


A  
A  
000 404 902 9



UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACULTY



REESE LIBRARY

0-101

UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

Recd.

Mar. 27

1893.

Fascicle No.

50799

Cat. No.

Southern Branch  
of the  
**University of California**  
Los Angeles

Form L 1

PA  
6105  
V24  
V.127

This book is DUE on the last date stamped below

OCT 3 1938

Form L-9-15m-8, '26

Digitized by the Internet Archive  
in 2008 with funding from  
Microsoft Corporation



1400-1500 ft. W.

M. ACCII PLAUTI  
COMŒDIAE.

VOL. III.

WILLIAM T. M.

M. ACCII PLAUTI

COMœDIÆ

EX EDITIONE J. F. GRONOVII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITÆ.

17243

VOLUMEN TERTIUM.

F

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1829.

66199

## ACTUS SECUNDI SCENA QUARTA.

PALÆSTRIÖ, PHILOCOMASIUM, SCELEDRUS.

**P.A.** PRÆCEPTA facito ut memineris. **Ph.** toties monere mirum est. [docebo:

**P.A.** At metuo, ut satis sis subdola. **Ph.** cedo vel doctas, Memini malas, ut sint malæ: mihi solæ e quo supersit.

**P.A.** Age, jam nunc insiste in dolos: ego abs te procul recedam.

**Quid astas, Sceledre?** Sc. hanc rem gero: habeo auris, loquere quidvis. 5

**P.A.** Credo ego istoc exemplo tibi esse eundum actutum extra portam, [ob rem?

Discessis manibus patibulum cum habebis. Sc. quamnam

**P.A.** Respice dum ad lævam: quis illæc est mulier? Sc.

pro Di immortales! [videtur.

Heri concubina est hæc quidem. **P.A.** mihi quoque pol ita

**P.A.** Da operam ut recorderis monitorum meorum. **Ph.** Miror te repeterem tam sæpe tua monita. **P.A.** Vereor ne non sis satis astuta. **Ph.** Da mihi eruditas, etiam ego eas erudiam: recordor astutarum, et quantum sint astulæ, ego eas una supero. **P.A.** Perge, urge jam fraudes: ego absistam longe a te. Quare adstas, Sceledre? Sc. Ago hanc rem: sunt mihi aures, dic quicquid libet. **P.A.** Ego credo hoc modo te iturum propediem extra portam Metiam, quando portabis crucem manibus extensis. Sc. Quare? **P.A.** Converte te ad levam: quæ est illa mulier? Sc. Pro Dii immortales! profecto ecce concubina heri. **P.A.** Evidem sic exis-

1 Pll. tolles in onere; B. I. et Ven. 1. tolle monere; C. a m. pr. munera.—2 C. vel doce me, docebo; C. 2. vel dice me docebo; B. 1. vel doctas me docebo; Ven. 1. ne doceto.—3 Pll. mihi sola equo; C. aquo; B. I. Ven. 1. mihi sola ego; al. mihi sola ego supersun; al. epol quoque superfit.—5 Quid astas tu Parei 3. contra codd. Quid stas C. 2.—6 B. I. C. 2. istuc. Mox, si extra portam est B. I.—7 Dispersis Pll. Discessis Parei 3. habetis C.—8 Respic et dum C. illa

## NOTÆ

3 Mihi sole supersit] Solæ pro soli, id est, isto modo situque vetus; id est, novi malas, sed omnes sola supero nequitia.

6 Istoc exemplo] Id est, passis manibus; quia videlicet stabat ad ostium sublatis manibus et deductis ab invicem Sceledrus, et ohservabat utrum prodiret Philocomasium, ut manus statim injiceret. Itaque isto

extra portam] Metiam videlicet, quia exibant una ad supplicium rei: neque iis temporibus intra muros arbitris supplicium sumebatur de reis, neque tortoribus intra muros manere fas erat.

Age nunc jam, quod lubet. Sc. quid agam? Pa. peri  
perpropere. 10

Ph. Ubi iste bonus servos, qui propudii me maxume in-  
nocentem [tibi. Ph. quem dixi

Falso insimulavit? Pa. hem tibi: hic mihi id dixit. Sc.  
Tu, te vidisse in proxumo hic, sceleste, me osculantem?

Pa. Atque cum alieno adolescentulo, dixit. Sc. dixi  
hercle vero.

Ph. Tun' me vidisti? Sc. atque his quidem oculis. Ph.  
carebis, credo, 15

Qui plus vident, quam quod vident. Sc. nunquam hercle  
deterrebor, [multum,

Quin viderim id quod viderim. Ph. ego stulta et mora

Quæ cum hoc insano fabulem: quem pol ego capit is  
perdam.

Sc. Noli minitari: scio crucem futuram mihi sepulcrum:  
Ibi mei majores sunt siti; pater, avos, proavos, abavos. 20

timo. Age jam, quoniam vis. Sc. Quid agam? Pa. Occumbe velociter. Ph.  
Ubi iste bonus servus, qui me accusavit falsissime impudicitiae insontem? Pa.  
Adest ille, qui mihi id dixit. Sc. Tibi! Ph. Quem tu dixisti, sceleste, te vi-  
disse hic, qui me osculabatur, in proximo? Pa. Et dixit, cum juvene alieno.  
Sc. Dixi per Herculem. Ph. Tune me vidisti? Sc. Et his quidem oculis. Ph.  
Non habebis, puto, oculos, qui plus cernunt, quam quod cernunt. Sc. Per Hercu-  
lem adduci non potero, ut nou conspexerim, id quod conspexerim. Ph. Ego insa-  
nissima et dementissima, quæ sermonem instituo cum illo recordi, cui ego adimam  
vitam. Sc. Ne mihi miniteris: intelligo fore ut crux sit meus tumulus: mei ma-  
iores hic conditi sunt; pater, avus, prourus, abavus. Oculi nequeunt mihi adimi

\*\*\*\*\*

hec est C.—9 Gronov. polita.—10 B. 1. quando lubet. Mox, peri peri propere  
al. ap. Parenm.—11 C. qui prodit; C. 2. qui prodit. Mox, Pll. maxumei.—  
12 B. 1. insimulatam . . . hic mi id. Mox, tibi quæso? dixti tuten? al. ap. Pa-  
renm.—13 Tu te me vidisse . . . s. osculantem B. 1.—15 Al. ap. Parenm, oculis  
quidem.—16 Pll. deterrebo.—17 Meurs. ego stulta moror multum; C. 2. et C.

#### NOTÆ

11 *Propudii insimulavit*] Propudi-  
um est, quasi projecti pudoris cri-  
men.

17 *Mora*] Id est, stulta. Unde  
morari, despere, qua voce est usus  
Nero in morte Clandii decessoris sui;  
nimirum dicere solebat, teste Sue-  
tonio, Clandium desissee inter vivos  
morari; in quo 'morari' non est a  
'moror' maneo, sed a 'moror' in-

sanio. Itaque ludus est in ambigua  
voce.

18 *Capitis perdam*] Supp. 'pœna'  
Usitatius, 'capite perdam,' id est,  
vita privabo. In vocibus accusandi  
et puniendi hæ ellipses sunt usitatæ:  
'accusare parricidii,' 'furti,' &c.  
Supp. 'crimine.'

20 *Sunt siti*] 'Situs' est vox ex-  
equiarum propria; et non solum sig-

Non possunt mihi minaciis tuis hisce oculi fodiri.  
 Sed paucis verbis te volo, Palæstrio : obsecro, unde  
 Exit hæc huc ? PA. unde, nisi domo ? Sc. domo ? PA.  
 me vidente. Sc. video. [transire !  
 Nimis mirum est facinus, quomodo hæc hinc potuerit  
 Nam certo neque solarium est apud nos, neque hortus  
 ullus, 25  
 Neque fenestra, nisi clatrata : nam certo ego te hic intus  
 vidi. [ecastor ergo  
 PA. Pergin', scelesti, intendere, atque hanc arguere ? PH.  
 Mibi haud falsum eveniat somnium, quod noctu hac som-  
 niavi. [vortito animum.  
 PA. Quid somniasti ? PH. ego eloquar : sed, amabo, ad-  
 Hac nocte in somniis mea soror gemina germana visa 30  
 Venisse Athenis in Ephesum cum suo amatore quodam :  
 Hi ambo hospitio huc in proximum mihi devorti sunt visi.  
 Sc. Palæstrionis somnium narratur. PA. perge porro.

hisce minitntionibus tuis. Sed te cupio alloqui paucis verbis, Palestrio : rogo,  
 unde hæc prodit huc ? PA. Unde prodiret, nisi ab ædibus ? Sc. Ab ædibus ?  
 PA. Me teste. Sc. Est factum prorsus admirandum, qua via hæc potuerit trans-  
 ire hinc ; nam certo neque est solarium apud nos, neque ullus hortus, neque fe-  
 nistra, nisi clatris obtenta. Nam sine dubio ego te conspexi hic in ædibus. PA.  
 Prosequerisne, nequam, esse contumax, atque hanc accusare ? PH. Igitur som-  
 nium quod mihi contigit hac nocte, non erit falsum. PA. Quodnam fuit somnium ?  
 PH. Ego dicam ; sed, queso, adhuc mentem. Mea soror germana gemina mihi  
 visa est in somniis venisse Athenis Ephesum cum suo amico quodam. Hi duo mihi  
 sunt visi venire huc in hospitium vicinum. Sc. Proponitur somnium Palæstrionis.



a m. sec. stulta moror ; voc. et mora desunt in B. 1.—21 Non mihi possunt B.  
 1.—23 Exit hac huc PH. huc deest in B. 1. me viden'. Sc. te video Grut. me  
 vidente video PH.—24 Nisi mirum est PH. Ni mirumst B. 1. hic potuerit PH.  
 hinc transire potuerit B. 1.—25 Nam certe al. ap. Parenn. solariust PH.—26 C.  
 C. 2. B. 1. Ven. 1. nisi clarata. Mox hic deest in B. 1.—27 B. 1. C. C. 2.  
 Ven. 1. et hanc. Mox, ecclastor ego PH.—28 Edd. quædam vett. evenit.—29 Quid  
 somniavisti B. 1. advortite Parei 3. et C. a m. pr.—30 B. 1. et germana.—

## NOTÆ

nificat situm hominis, sed situm mortui. In tumulo Hannibal erat in-  
 scriptum ‘Hannibal hic situs est ;’ id est, corpus Hannibal mortui.  
 ‘Sicicines’ vocabantur, qui canebant  
 ad ‘sitos,’ seu sepulcra mortuorum.

21 Non possunt mihi minaciis tuis]

Id est, non assequeris tuis minis, ut  
 quod viderim non viderim.

26 Fenestra clatrata] ‘Clatri’ seu  
 ‘clatra,’ sunt virgæ ferreæ quibus  
 fenestrae communiantur, ne perviae  
 sint.

**PH.** Ego læta visa, quia soror venisset, propter eandem  
Suspicionem maxumam sum visa sustinere;                           35  
Nam arguere in somnis me familiaris meus mihi visu'st  
Me cum alieno adolescentulo, quasi nunc est, osculatam  
esse,

Cum illa osculata mea soror gemina esset suumpte amicum.  
Ita me insimulatam perperam falsum esse somniavi.

**PA.** Satin' eadem invigilantes expetunt, quæ in somnis visa  
memoras ?   40

**H**eus hercle præsentia omnia ! abi intro, et comprecare.  
Narrandum ego istuc militi censebo. **PH.** facere certum.  
Neque me quidem patiar probri falso impune insimulatam.  
**SC.** Timeo quid rerum gesserim : ita dorsus totus prurit.

**PA.** Scin' te periisse nunc quidem domi certo ? **SC.** certa  
res est   45

Nunc nostrum observare ostium, ubi ubi sit. **PA.** at, Sce-  
ledre, quæso,

Ut ad id exemplum somnium quam simile somniavit !

**PA.** Prosequere porro. **PH.** Ego visa sum gaudere adventu sororis, visa sum et  
incurrere in maximam suspicionem propter eundem ; nam meus servus mihi visus  
est me insimulare me esse osculatam juvenem alienum, sicut nunc se res habet : quia  
illa mea soror gemina germana osculata esset suum amicum. Ita somniavi falsum  
esse me accusatum. **PA.** Quæ memoras visa in somniis, eadem convenient satis  
vigilantibus ? **H**eus ! Per Herculem omnia sunt subjecta oculis. Ingredere, et  
preces funde ; ego existimo referendum istud militi. **PH.** Statui referre. Neque  
feram me accusari falso impudicitiae citra penas. **SC.** Vereor ne quid commiserim ;  
adeo totum dorsum prurit. **PA.** Intelligisne te esse perditum in ædibus sine dubio ?  
**SC.** Oportet jam observare januam nostram, ut videam quo iverit hera. **PA.** At,  
Sceledre, quonodo, amabo, illi contigit somnium ejusmodi ? et quonodo tu credidisti



31 Pll. cum meo amatore.—33 Palæstrioni B. 1. C. C. 2. Ven. 1.—34 B. 1. riso,  
q. s. venisse.—37 Verbum est deest in edd. qnibusdam vett.—38 Cum illam  
auskulata C. a m. pr. suum amicum B. 1.—39 Al. ap. Pareum, falsum fuisse ;  
rō falsum deest in B. 1.—40 B. 1. vigilanti ; Pll. vigilantis. Mox quæ somnis  
C. et C. 2.—41 **H**eus hercle quam Parei 3. omnia Pas. sonnia al. præsenti jam  
omnia B. 1.—42 Douz. censeo.—43 B. 1. prodi falso.—44 B. 1. gesserit ita dor-  
sum totum ; Parei 3. gesserim hic ita. Mox, totus prorit C. a m. pr.—45 C. et  
C. 2. perisse. C. sed nunc. B. 1. quid est domi.—46 Al. ap. Pareum, obserare.  
B. 1. hostium ubi esset. Pll. ubi isset ; al. ubi ubi sit ; al. voluisse ; al. volup' est.

#### NOTÆ

41 *Comprecare*] Prodigalem Jo-      44 *Dorsus prurit*] Pro 'dorsum' ;  
vem, et Deos Averuncos depulseres      id est, portendit sibi plagas esse mo-  
malorum omnium.      do imponendas.

Atque, ut tu suspicatus es eam vidisse te osculantem!

Sc. Me eam non vidisse arbitraris? Pa. næ tu hercle,  
opinor! obsecro, 49

Resipisce: si ad herum hæc res pervenerit, peristi pulchre.

Sc. Nunc demum experior, prius ob oculos mihi caliginem  
obstitisse. [fuerit intus.

Pa. Dudum edepol hoc planum quidem: quæ hic usque

Sc. Nihil habeo certi quid loquar: non vidi eam, etsi vidi.

Pa. Næ, tu edepol stultitia tua nos pæne perdidisti.

Dum te fidelem facere hero voluisti, absumtus es pæne. 55

Sed fores vicini proxumi crepuerunt: conticiscam.

*te eam vidisse osculantem? Sc. Putasne me eam non vidisse? Pa. Per Hercu-  
lem, tu periisti, puto, funditus, si hæc res pervenit ad herum. Sc. Nunc tandem  
animadverto caliginem mihi offusam esse prius ante oculos. Pa. Certe hoc est  
apertum jam dudum: quandoquidem hæc fuit semper in ædibus. Sc. Nihil habeo  
certi quod dicam: non eum conspexi, etsi eum conspexi. Pa. Projecto tu nos  
ferme confecisti tua amentia. Dum voluisti te præstare fidum hero, es pæne con-  
fectus; sed ostium vicini contigui edidit murmur; sileam.*

—47 PII. quasi simile.—49. 50 C. ne tu hercle opinor obsecro Respicis (a m. pr. Resipisci) si ad erum hæc res prius ob oculos creverit (a m. sec. pervenit) peribis; et sic C. 2. Respires . . . . pervenit B. 1. pervenerit al. ap. Pareum.—51 Pronomen mihi deest in B. 1. obtigisse PII.—52 PII. hic planum; B. 1. planum hoc. C. et C. 2. hinc usque; B. 1. hue usque.—53 Edd. quædam vett. quid eloqui. B. 1. non viderim, et si.—54 Ne te B. 1. tua pene perdidit idem codex; tua nos-  
tra pene C. a m. sec. perdidisti et te al. ap. Pareum.

## ACTUS SECUNDI SCENA QUINTA.

PHILOCOMASIVM, PALÆSTRIÖ, SCELEDRUS.

PH. INDE ignem in aram, ut Ephesiæ Dianæ lauta laudes  
Gratesque agam, eique ut Arabico fumificum odore amœnæ:

PH. Impone ignem altari, ut referam laudes et gratiam Dianæ Ephesinæ post-

1 Indo C. a m. sec. latas laudes C. C. 2. B. 1. Ven. 1. lata C. a m. pr. latas

### NOTÆ

1 *Inde ignem in aram]* Philocoma-  
sium alloquitur ancillam; et quo de-  
cipiat custodem suum Sceledrum, et  
suadeat se non esse Philocomasium, sed Glyceren sororem Philocomasii,

vota nunenpat Dianæ Ephesiæ, quasi  
recens a navigatione.

2 *Arabico odore]* Id est, thure sua-

Quæ me in locis Neptuniis templisque turbulentis  
Servavit, sævis fluctibus ubi sum afflictata multum.

Sc. Palæstrio, o Palæstrio. PA. o Sceledre, Sceledre,  
quid vis? 5

Sc. Hæc mulier, quæ hinc exit modo, estne herilis con-  
cubina [videtur.

Philocomasium? an non est ea? PA. hercle opinor, ea  
Sed facinus mirum est, quomodo hæc hinc nunc potuerit  
transire: [PA. ea videtur.

Siquidem ea est. Sc. an dubium tibi est cam esse hanc?  
Adeamus, appellemus. Sc. heus, quid istuc est, Philoco-  
masium? 10

Quid tibi istic hisce in ædibus debetur? quid negotii est?

Quid nunc taces? tecum loquor. PA. immo edepol tute  
tecum? [plena,

Nam hæc nihil respondet. Sc. te alloquor, vitii probrique  
Quæ circum vicinos vaga es. PH. quicum tu fabulare?

Sc. Quicum, nisi tecum? PH. quis tu homo es, aut me-  
cum quid negotii est? 15

*quam lavi; et ut ei adoleam odores Arabicos amæniores: hæc me custodivit in mari, et templis turbulentis, in quibus sum plurimum jactata iratis procellis. Sc. Palæstrio, o Palæstrio! PA. O Sceledre, Sceledre, quid vis? Sc. Hæc mulier quæ hinc egreditur modo, estne Philocomasium meretrix heri? An non est? PA. Puto, ea esse videtur; sed miror, quomodo hæc potuerit nunc hinc transire, si eu est. Sc. An dubitas quin ea sit? PA. Ea esse videtur: conveniamus, advoce-  
nus. Sc. Heu, quid est istud, Philocomasium? Quid tibi debetur istic in hisce ædibus? quid est rei? Quid jam siles? Te alloquor. PA. Immo sane te ipse alloqueris? Nam hæc nihil reputit. Sc. Tecum mihi sermo est, o plena sceleris et contumelie, quæ vagaris circum vicinos. PH. Quis es tu? aut quid rei est tibi*



*laudes al. ap. Pareum.—4 Servant B. 1. Serrabit C.—8 Verbum transire de-  
est in B. 1.—9 Sc. audiuim tibi est B. 1. an dubiu id est C.—10 At eunus B. 1.  
—12 Particula immo deest in Pl.—13 Pl. nihil est; respondet; C. et Parei  
3. adloquar.—14 C. C. 2. et B. 1. rages; C. a m. pr. vagu's. Mox, B. 1. fabu-*

#### NOTÆ

vissimo. A Plinio vocatur ‘Arabia odorifera,’ quia ex Arabia laudatissimi afferuntur odores. Festo, ‘Ara-  
bice olere,’ idem est, ac suaviter.

3 *Templisque turbulentis*] Idem est  
quod loca Neptunia. Loca autem

Neptunia sunt undæ maris in quibus tanquam in templo habitare dicitur Neptunus.

6 *Quæ hinc exit*] Id est, ex ædibus Periplectomenis.

**Sc.** Men' rogas, hem, qui sim? **Ph.** quin ego hoc rogem,  
quod nesciam? [odiosus, quisquis es,

**Pa.** Quis ego sum igitur, si tu hunc ignoras? **Ph.** mihi  
Et tu, et hic. **Sc.** nos non novisti? **Ph.** neutrum. **Sc.**  
metuo maxume. [piam :

**Pa.** Quid metuis? **Sc.** enim ne nosmet perdiderimus us-  
Nam neque te, neque me novisse ait hæc. **Pa.** perscrutari hic volo, 20

Sceledre, nos nostri, an alieni simus: ne dum quispiam  
Nos vicinorum imprudentes aliquis immutaverit.

**Sc.** Certe equidem noster sum. **Pa.** et pol ego: quæris  
tu, mulier, malum. [tenent,

Tibi dico, heus Philocomasium. **Ph.** quæ te intemperiæ  
Qui me perperam perplexo nomine appelles? **Pa.** cho, 25  
Quis igitur vocare? **Ph.** Glycere nomen est. **Sc.** injuria est.

Falsum nomen possidere, Philocomasium, postulas.

At istuc non decet, et meo adeo hero facis injuriam.

**Ph.** Egone? **Pa.** tute. **Ph.** quæ heri Athenis Ephesum  
adveni vesperi

Cum meo amatore, adolescente Atheniensi. **Pa.** dic  
mihi, 30

Quid hic tibi in Epheso est negotii? **Ph.** geminam germanam meam

*mecum? Sc. Hem! petis qui sim? Ph. Cur ego non petam, quod ignoro?*  
**Pa.** Quis sum ego igitur, si tu non cognoscis hunc? **Ph.** Mihi es invisus, quisquis es, et tu, et hic. **Sc.** Nos non cognoscis? **Ph.** Neutrum. **Sc.** Timeo magnopere. **Pa.** Quid times? **Sc.** Ne nos aniserimus nosmet aliebui. Nam hæc ait se neque te novisse neque me. **Pa.** Volo hic explorare, Sceledre, si nos simus nostri, an alieni: ne forte quis vicinorum nos eoumutaverit inscientes. **Sc.** Profecto sum noster. **Pa.** Et ego: mulier, tu quæris malum. **Tibi** dico, heus! Philocomasium. **Ph.** Que amentia præcipitem agit, qui me nuncupas incassum nomine implicato? **Pa.** Quomodo ergo vocaris? **Ph.** Nomen est Glycere. **Sc.** Est injustitius: postulas, Philocomasium, possidere falsum nomen: at istud non decet, atque adeo infers contumeliam meo hero. **Ph.** Egone? **Pa.** Tu. **Ph.** Quæ hesterna die adveni Athenis Ephesum cum meo amatore, juvene Atheniensi. **Pa.** Dic mihi, quid rei est Ephesi? **Ph.** Accepi meam sororem germanam geminam



*laris.—15 B. 1. C. C. 2. Ven. 1. quid est negotii.—16 B. 1. quæ nesciam.—18 Idem, non nos.—20 Pronomen haec deest in B. 1. persecuti PII.—22 Nos deest in B. 1.—23 PII. quæres. Pronomen ego deest in C.—25 Edd. quædam vett. appelles nomine.—26 B. 1. vocare philocomasium dicere nomen si injuria est; PII. etiam dicere. Douz. injuria es.—28 Adice testu non dieat ei et meo ære non*

Hic sororem esse inaudivi: eam veni quæsitum. PA.  
mala es.

PH. Immo ecclastor stulta multum, quæ vobiscum fabuler:  
Abeo. Sc. abire non sinam te. PH. mitte. Sc. mani-  
festaria

Res est, non mitto. PH. at mihi jam crepabunt manus;  
malæ tibi; 35

Nisi me omittis. Sc. quid, malum, astas? quin retines  
altrinsecus?

PA. Nihil moror negotiosum mihi esse tergum: qui scio  
An ista non sit Philocomasium, atque alia ejus similis sit?

PH. Mittis me, an non mittis? Sc. immo vi atque invi-  
tam, ingratiis,

Nisi voluntate ibis, rapiam te domum. PH. ostium hoc  
mihi 40

Domicilium est: Athenis domus ac herus: ego istam do-  
mum [scio.

Neque moror, neque vos, qui homines sitis, novi, neque  
Sc. Lege agito, te nusquam mittam, nisi das firmatam  
fidem, [quis es.

Te huc, si omisero, intro ituram. PH. vi me cogis, quis-

esse hic. Veni eam quæsitum. PA. Es nequam. PH. Immo sane amens pluri-  
mum, quæ dissero vobiseum: abeo. Sc. Non patiar te ubire. PI. Dimitte. Sc.  
Non dimitto, res est palam. PH. At mæ manus audientur; habes genas, nisi  
me dimittis. Sc. Quare astas otiosus, malum? Quin tenes ab altera parte?  
PA. Nolo negotium facere meo tergo; quomodo scium an ista non sit Philoco-  
masium, an sit alia similis illi? PI. Me linquis, an non linquis? Sc. Immo te  
abducam in ædes reluctantem, nisi venius ultro. PI. Adest janua mæ domus  
Ephesi: sed Athenis est domus ac herus. Ego non curo istam domum: neque  
novi qui vos sitis, neque scio. Sc. Intende mihi actionem: te nunquam dimittam,  
nisi interposueris fidem, te huc intraturam, si dimisero. PH. Vim affers, quisquis

facis PI. Particula adeo deest in B. 1.—29 PI. Egone? PA. tu B. 1.—32 C.  
audiri.—33 B. 1. fabulem.—34 B. 1. mitte scelerare manifestaria.—35 Pronomen  
mihi deest in C. 2. et C. a m. sec.—36 PI. quid retines.—38 Parei 3. similis  
siet.—39 PI. atque vita ingratis.—40 Voluntatis te rapiam B. 1. voluptate ibi  
PI. hoc mihi est Domicilium B. 1.—41 Pist. Athenis domus atque heus, ego istam;  
C. domus est Acherusa; C. 2. domus est Achorus; al. ap. Pareum, domus ac rus;  
Parei 3. domus est Acherusia; B. 1. domus est ac herus.—44 B. 1. si misero inter-

#### NOTÆ

43 *Lege agito*] Dicebat id adversa- nullum, aut nullius momenti.  
rius adversario, cuius jus erat, aut

Do fidem, si omittis, istoc me intro ituram, quo jubes. 45  
 Sc. Ecce omitto. Ph. at ego abeo missa. Sc. muliebri  
 fecisti fide. [potis,  
 Pa. Sceledre, manibus amisisti prædam: tam ea est, quam  
 Nostra herilis concubina: vin' tu facere hoc strenue?  
 Sc. Quid faciam? Pa. affer mihi machæram huc intus.  
 Sc. quid facies ea?  
 Pa. Intro rumpam recta in ædes, quemque hic intus vi-  
 dero 50  
 Cum Philocomasio osculantem, eum ego obtruncabo ex-  
 tempulo. [sed quomodo  
 Sc. Visane est ea esse? Pa. Immo edepol plane ea est:  
 Dissimulabat! abi, machæram huc effeſ. Sc. jam faxo  
 hic erit. [audacia,  
 Pa. Neque eques, neque pedes profecto quisquam tanta  
 Qui æque faciat confidenter quicquam, quam quæ mu-  
 lieres 55  
 Faciunt: nt utrobique orationem docte edidit!  
 Ut sublinitur os custodi cauto, conservo meo!  
 Nimis beat, quod commeatus transtinet trans parietem.  
 Sc. Heus, Palæstrio, machæra nihil opus. Pa. quid jam,  
 aut quid opus est?

es. Do fidem, si dimittis, me intraturam illuc, quo imperas. Sc. Ecce dimitto.  
 Ph. At ego abeo dimissa. Sc. Agis fide muliebri. Pa. Sceledre, passus es elabi  
 prædam de manibus: hæc mulier est tam concubina heri, quam potest esse; visne  
 tu agere fortiter quod mandavero? Sc. Quid agam? Pa. Affer mili ensem in  
 ædes. Sc. Quid ages? Pa. Irrumpam recta in ædes; quemcumque conspexero in  
 iis osculantem Philocomasium, ego eum occidam statim. Sc. Credisne eam esse?  
 Pa. Immo profecto est ipsa plane. Sed quonodo dissimulabat! Abi, affer huc  
 ensem. Sc. Curabo ut hic sit modo. Pa. Neque eques, neque pedes quisquam  
 est adeo audax, ut suscipiat res perinde audaceas, atque suscipiunt mulieres: ut  
 concinnavit diserte orationem in utramque partem! ut ductarit meum conservum  
 custodem calidissimum! O nos beatos, quibus est paries pervius! Sc. Heus  
 Palæstrio! nihil opus ense. Pa. Quare? aut quid igitur opus est? Sc. Ecce



ituram.—47 Ph. tam ea sique an potis.—48 Nostra deest in B. I. hoc facere  
 al. ap. Pareum.—49 Ph. mili mæoram.—51 C. C. 2. B. I. Ven. I. extemplo.—  
 52 Visane ea est Phl.—53 Phl. hue ceſer.—54 B. I. profectus quisquam.—55 B.  
 I. confidenter quanquam mulieres. Mox, quæ deest in Phl.—57 Nam ut sublin-  
 tur.—58 Voc. transtinet deest in B. I. viam parietem Gulielm. tam parietem C.

## NOTÆ

58 *Traustinet*] Id est, commeatus, qui est trans parietem.

Sc. Domi eccam herilem concubinam. PA. quid? domi?  
 Sc. in lecto cubat. 60  
 PA. Edepol næ tu tibi malam rem repperisti, ut prædicas.  
 Sc. Quid jam? PA. quia hanc attingere ausus mulierem  
 hic in proxumo. [quin soror  
 Sc. Magis hercle metuo: sed nunquam quisquam faciet,  
 Ista sit germana hujus. PA. eam pol tu osculantem hic  
 videras.  
 Et quidem palam est eam esse, ut dicis. Sc. quid propius  
 fuit, 65  
 Quam ut perirem, si locutus fuisse hero! PA. ergo si  
 sapis,  
 Mussitabis: plus oportet scire servom, quam loqui.  
 Ego abeo a te, ne quid tecum consilii commisceam:  
 Atque apud hunc vicinum: tuæ mihi turbæ non placent.  
 Herus si veniet, si me quærerit, hic ero: hinc me arces-  
 sito. 70

*meretrix heri est domi.* PA. *Quid? domi?* Sc. *Accubat in lecto.* PA. *Pro-  
 fecto tu conflavisti rem malam, ut dicis.* Sc. *Quare?* PA. *Quia ausus es injicere  
 manus huic mulieri, quæ manet in proximo.* Sc. *Per Herculem timeo magis;*  
*sed nunquam ussequetur quisquam, quominus ista sit hujus soror germana.* PA.  
*Certe tu eam fueras conspicatus hic osculantem, et quidem patet eam esse, quam  
 loqueris.* Sc. *Quam parum absuit, quin occiderem, si rem dixisset hero!* PA.  
*Igitur, si sapis, tacebis.* *Debet servum nosce plura, quam dicere.* Ego discedo  
*a te, ne videar esse particeps consiliorum; atque ero apud hunc vicinum; tui  
 tumultus non mihi probuntur.* *Si herus veniat, si me petit, hic ero; hinc me  
 evocato.*

---

*jam parietem al. ap. Pareum; clam parietem al. ibid.—62 Qui jam C. 2. B. 1.  
 Qui nam al. ap. Pareum. e proxumo al. ibid.—63 Pll. facient qui soror.—  
 64 B. 1. nam pol.—66 C. si locutus essem.—67 Musitibus Pll.—68 Voc. a te  
 desunt in C. 2. B. 1. Ego ab eo te C. a m. pr.—70 Edd. quædam vett. hinc  
 ero.*

---

## ACTUS SECUNDI SCENA SEXTA.

SCELEDRUS, PERIPECTOMENES.

Sc. SATIN' abiit ille, neque herile negotium  
 Plus curat, quam si non servitute serviat?

Sc. Nonne ille discessit satis? Neque magis solitus est de re heri, quam si

---

1 Satin' abit Pll. Itane abiit al. ap. Pareum: Satur abiit ille al. ibid.—2 Aci-

Certo quidem illa hæc nostra intus est in ædibus?  
Nam ego et cubantem eam modo offendit domi.

Certum est nunc observationi operam dare. 5

P.E. Non hercle hisce homines me marem, sed fœminam  
Vicini rentur esse servi militis:

Ita me ludificant: meamne hic in via hospitam,  
Quæ heri huc Athenis cum hospite advenit meo,  
Tractatam, et ludificatam, ingenuam et liberam? 10

Sc. Perii hercle! hic ad me recta habet rectam viam.  
Metuo, illæc mihi res ne magno malo fuat,  
Quantum hunc audivi facere verborum senem.

P.E. Accedam ad hominem: tun' Sceledre, hic, scelerum  
caput,

Meam ludificasti hospitam ante ædis modo? 15

Sc. Vicine, ausculta quæso. P.E. ego auscultem tibi?

Sc. Expurgare volo me. P.E. tun' te expurges mihi,  
Qui facinus tantum tamque indignum feceris?

An quia latrocinamini, arbitramini

Quidvis licere facere vobis, verbero? 20

Sc. Licetne? P.E. at ita me Di Deæque omnes ament,

*non esset revera ejus servus! sine dubio illa hæc nostra est domi; nam ego eam reperi nunc modo in ædibus decumbentem: apud me statui observare nunc diligenter. P.E. Profecto hi famuli militis vicini non arbitrantur me esse virum, sed mulierem, ideo me subsannant. Oportetne meam hospitam, quæ advenit huc Athenis cum meo hospite, fuisse sic habitam hic in via, et irrigum, quamvis sit ingenua et libera? Sc. Occidi profecto: Periplectomenes contendit recta ad me. Vereor ne hoc negotium mihi vertat magno detimento; sicut audio loqui hunc senem. P.E. Adoriar hominem; tune, Sceledre sceleratissime, illusisti mox meæ hospiti ante ostium? Sc. Vicine, audi, amabo? P.E. Ego audiam te? Sc. Volo me excusare. P.E. Tune te excuses mihi, tu qui commisisti tantum scelus tamque atrox? An quia estis milites, existimatis vobis licere audere onnia, furcifer? Sc. Liotumne est? P.E. Sed ita me omnes Dii Deæque ament, nisi sumantur de te pænae*

dal, quasi non.—3 C. 2. illa hic nunc intus; C. 2. illa hinc nunc intus.—4 Nam ego excubantem eam domo B. 1. excubantem ea domo PII.—6 C. te feminam; vel, et feminam.—8 PII. meamne in vita hospita; B. 1. meane hic in via hospita.—10 Tracta es ludificata ingenua B. 1. raptant et ludificant ingenuam Menrs.—11 B. 1. ad me recte abit via; C. 1. abit; C. 2. abit. C. habet recta via.—12 B. 1. me malo magno. Mox, fiat C.—13 Quantum huc C.—15 Meam ludificaristi C.—16 C. 2. auscultam.—17 PII. tune.—22 Nisi supplicium, omissio mihi, PII.—24 C.

#### NOTÆ

6 *Hisce*] Pro 'hice,' et 'hi,' in nominativo plurali. 19 *Latrocinamini*] Id est, milites estis.

Nisi mihi supplicium virgarum de te datur  
 Longum diutinumque a mane ad vesperum,  
 Quod meas confregisti imbrices et tegulas,  
 Ibi dum condignam te sectatus simiam, 25  
 Quodque inde inspectavisti meum apud me hospitem  
 Amplexum, amicam cum osculabatur suam ;  
 Quodque concubinam herilem insimulare ausus es  
 Proibri, pudicam, meque summi flagitii :  
 Tam quod tractavisti hospitam ante aedes meas : 30  
 Nisi tibi supplicium stimuleum datur,  
 Dedecoris pleniorum herum faciam tuum,  
 Quam magno vento plenum est undarum mare.  
**Sc.** Ita sum coactus, Periplectomene, ut nesciam  
 Utrumne postulare prius tecum æquom siet, 35  
 An me expurgare hic tibi videatur æquius ;  
 Nisi istæc non est hæc, neque ista sit mihi :  
 Sicut etiam nunc nescio quid viderim :  
 Ita est istæc hujus similis nostræ tua,  
 Siquidem non eadem est. **P.E.** vise ad me intro, jam  
 scies. 40  
**Sc.** Licetne? **P.E.** quin te jubeo : at placide noscita.

*virgarum longæ diuturnæque a mane ad vesperam, quod comminuisti meas imbrices et tegulas, sectando per eas simiam belluam dignam te, et quod inde despexisti meum hospitem complectentem apud me suam amicam, et deosculantem ; et quod es ausus accusare concubinam heri castum impudicitia, et me ingentis sceleris ; tum quoniam attrectavisti hospitem ante meum ostium : nisi sumatur de te pæna stimulorum, reddam tuum herum magis refertum contumelia, quam mare est refertum undarum ingenti vento. Sc. Eo sum reductus, Periplectomene, ut ignorem utrum sit justius contendere prius tecum, an me excusare tibi hic : si ista mulier non est Philoconasium, neque mea : sicut etiam nunc ignoro quid conspexerim : adeo hæc quæ tua est, est similis nostræ Philoconasio, si modo non est eadem. P.E. Vide apud me in ædibus, statim intelliges. Sc. Mihine id concedis? P.E. Immo ego*

\*\*\*\*\*

*inbricis.—25 B. 1. sectaris.—29 C. neque summi.—30 Tumque tractavisti B. 1. tractabisti C.—31 Pro datur, C. 2. et B. 1. dedatur.—33 B. 1. plenus est.—35 C. æquom sit ; C. 2. æquom'st.—36 An deest in B. 1. C. et C. 2. Mea expurgare C. Hic et seq. vs. transpositi sunt in B. 1. C. et C. 2.—37 B. 1. istast mihi.—39 Ita ista hujus E. 1.—41 Licet ne ne quin te Pll. juveo C. et C. 2. at*

#### NOTÆ

22 *Nisi mihi supplicium*] Si quis num passus erat, vel dominus aesti-servus damno afficerat aliquem, vel mationem litis pendebat, vel pipulo dabat poenas ejus arbitrio qui dam- differebatur.

Sc. Ita facere certum est. Pe. heus Philocomasium, cito  
 Transcurre curriculo ad nos, ita negotium est.  
 Post, quando exierit Sceledrus a nobis, cito  
 Transcurrito ad vos rursum curriculo domum. 45  
 Nunc pol ego metuo, ne quid infuscaverit.  
 Si hic non videbit mulierem, aperitur dolus.  
 Sc. Pro Di immortales! similiorem mulierem,  
 Magisque eandem, utpote quæ non sit eadem, non reor  
 Deos facere posse. Pe. quid nunc? Sc. commerui ma-  
 lum. 50  
 Pe. Quid igitur: ean' est? Sc. etsi ea est, non est ca.  
 Pe. Vidistin' istam? Sc. vidi et illam, et hospitem  
 Complexam atque osculantem. Pe. ean' est? Sc. nescio.  
 Pe. Vin' scire plane? Sc. cupio. Pe. abi intro ad vos  
 domum  
 Continuo, vide sitne ista hæc vostra intus domum. 55  
 Sc. Licet: pulchre admonuisti: jam ego ad te exibo foras.  
 Pe. Nunquam edepol hominem quenquam ludificarier  
 Magis facete vidi, et magis miris modis.

*impero; sed agnosce placide. Sc. Deliberatum est sic agere. Pe. Heus! Philocomasium, transi ad nos celeriter, et accurre; ita res postulat. Deinde quando Sceledrus discesserit a nobis transi celeriter, et recurreris iterum in aedes militis. Sane ego pertimesco jam ne Philocomasium misceat aliquid; si hic non conspiciat mulierem, frans detegitur. Sc. Proh Dii immortales! non arbitror Deos posse creare mulierem similiorem, et magis eandem, utpote quæ non sit eadem. Pe. Quid ais nunc? Sc. Meritus sum panas. Pe. Quid ais igitur? estne ipsa? Sc. Etsi est ipsa, non est ipsa. Pe. Conspexitne istam? Sc. Conspexi et illam, et hospitem complexam, atque osculantem. Pe. Estne? Sc. Nescio. Pe. Visne scire plane? Sc. Volo. Pe. Introi domum ad vos uno tempore, vide utrum sit ista hæc vestra in ædibus. Sc. Placet; bene admonuisti. Jam ego prodibo ad te foras. Pe. Certe nunquam audivi quenquam hominem irrideri magis festive, et mo-*

deest in B. 1.—45 B. 1. *advorsum curriculo*.—46 B. 1. *nec quid*. Mox, al. ex Festo *infutaverit*; al. ap. Pareum *infucaverit*.—47 Pll. *aperitur fobis*; C. a m. sec. *aperitur foris*.—49 B. 1. *eandem quam nostræ adesse non reor*; Ven. 1. *eandem quam nostræ ea est non reor*.—52 *Vidistin' eam* C. *vidi illam hospitem* B. 1.—53 *Complexum* al. ap. Pareum. Mox, *ea ne est* B. 1.—55 B. 1. *domum vestrum intus*; C. et C. 2. *domum vostra intus*.—56 B. 1. *sciam ego*; Pll. *a te*

## NOTÆ

46 *Infucaverit*] Id est, turbaverit. 55 *Intus domum*] In domo. Ad Plinius infuscatain aquam appellat, verbia loco præpositionum reponuntur. moto luto quod in fundo est, turbatam.

Sed eccum egreditur. Sc. Periplectomene, te obsecro  
 Per Deos atque homines, perque stultitiam meam, 60  
 Perque tua genua. Pe. quid obsecras me? Sc. inscitiæ  
 Meæ et stultitiae ignoscas: nunc demum scio  
 Me fuisse excordem, cæcum, incogitabilem. [cifer,  
 Nam Philocomasium eccam intus. Pe. quid nunc, fur-  
 Vidistin' ambas? Sc. vidi. Pe. herum exhibeas volo. 65  
 Sc. Meruisse equidem me maximum fateor malum,  
 Et tuæ fecisse me hospitæ aio injuriam:  
 Sed meam esse herilem concubinam censui,  
 Quoi me custodem herus addidit miles meus.  
 Nam ex uno puteo similior nunquam potest 70  
 Aqua aquæ sumi, quam hæc est, atque ista hospita.  
 Et me despexe ad te per impluvium tuum  
 Fateor. Pe. quid ni fateare, ego quod viderim?  
 Sc. Sed Philocomasium me vidisse censui.  
 Pe. Ratusne me istic hominem esse omnium minimi pretii,  
 Si ego, me sciente, paterer vicino meo 76  
 Eam fieri apud me tam insignite injuriam?  
 Sc. Nunc demum a me insipienter factum esse arbitror,  
 Cum rem cognosco: at non malitiose tamen  
 Feci. Pe. immo indigne: namque hominem servom suos

*dis magis miris. Sed ecce prodit! Sc. Periplectomene, te rogo per Deos et homines, et per meum amentiam, et per tua genua. Pe. Quid me rogas? Sc. Ignosce meæ amentia et ignorantia: intelligo nunc demum me fuisse recordem, cæcum, inconsideratum. Nam ecce Philocomasium est in ædibus. Pe. Quid jam, cruciarie! conspicatus es ambas? Sc. Conspicatus sum. Pe. Volo ut producas herum. Sc. Fateor equidem me meritum esse maximam pœnam, et fateor me intulisse injurium tuæ hospiti: sed existimavi esse meretricem mei heri, cui miles meus herus me adjunxit custodem. Nam nunquam potest hauriri ex eodem fonte aqua similior aquæ, quam est Philocomasium, atque ista hospita. Et fateor me despessisse in tuas ædes per tuum impluvium. Pe. Quare non futcare, quod ego consperxerim? Sc. Sed existimavi me vidisse Philocomasium. Pe. Arbitratusne essem me esse vilissimum omnium hominum, si ego patiar inferri tam insignem contumeliam meo vicino, me consciente, apud me? Sc. Nunc demum existimo esse a me factum amenter, quando cognosco rem: attamen non feci nequiter. Pe. Immo*



*exibo.—61 Perque tuam gnatam B. 1. et Ven. 1. obsecras. Sc. meæ inscitiæ idem codex.—66 Pronomen me deest in C.—70 Nam e summo puteo C. 2. Nam exumo puteo C. 2. potis Pll.—72 B. 1. et C. despessisse.—75 Parei 3. me sic hominem.—77 Em Pll. Inferri apud me ita B. 1.—78 Voc. a me dessunt in B. 1. a deest in Pll. extat vero in Vat.—80 B. 1. nam homini servo.—83 Multivero*

|   |    |
|---|----|
| Domitos habere oportet oculos, et manus,            | 81 |
| Orationemque. Sc. egone? si post hunc diem          |    |
| Muttivero, etiam quod egomet certo sciam,           |    |
| Dato excruciatum me: egomet dedam me tibi.          |    |
| Nunc hoc mihi ignoscas quæso. PE. vincam animum     |    |
| meum,   | 85 |
| Ne malitiose factum id esse abs te arbitrer.        |    |
| Ignoscam tibi istuc. Sc. at Di tibi faciant bene.   |    |
| PE. Næ tu hercle, si te Di amant, linguam comprimes |    |
| Posthac: etiam illud, quod scies, nesciveris:       |    |
| Ne videris, quod videris. Sc. bene me mones.        | 90 |
| Ita facere certum est: sed satine oratus abis?      |    |
| Numquid nunc aliud me vis? PE. ne me noveris.       |    |
| Sc. Dedit hic mihi verba: quam benigne gratiam      |    |
| Fecit, ne iratus esset! scio, quam rem gerat:       |    |
| Ut miles, cum extemplo a foro adveniat domum,       | 95 |
| Domi comprehendat: una hic et Palæstrio             |    |
| Me habent venalem: sensi, et jamdudum scio.         |    |
| Nunquam hercle ex ista nassa ego hodie escam pcam.  |    |

indigne; nam oportet serrum habere oculos moderatos, et manus, et sermonem. Sc. Egone? si in posternum locutus fuero, etiam quod egomet teneam plane, trade me suspendendum: egomet me tibi permittam. Nunc obsero hoc mihi condona. PE. A me impetrabo, ut non rear id a te esse perpetratum per malitiam, tibi condonabo istud. Sc. At Di tibi bene faciunt. PE. Per Herculem tu coerces deinceps linguam, si Di tibi ament: etiam ignoraveris id quod noris, ne intuitus fueris quod intuitus fueris. Sc. Me doces sapienter: propositum est sic agere. Sed esne satis placatus? Visne mandare alind? PE. Ne me noveris. Sc. Hic me fecellit: quam ultro concessit ne esset iratus! Intelligo quid negotii agat: statuit videlicet, ut miles me capiat in adibus, quando revertetur modo domum a foro. Periplectomenes et Palæstrio me proponunt ambo vendem: hoc animadvertis et intelligo jam pridem. Profecto nunquam ego depromam escam ex ista



C. 2. et C. a m. sec. Metuero C. a m. pr.—84 Dato me excruciatum, ni ego me dedam Douz. ego me dedam tibi B. 1. dedam tibi al.—88 C. et C. 2. comprimis.—89 Post hac C. et C. 2.—91 Particula sed deest in B. 1. sed satin' oratus? PE. abi. Sc. Numquid, &c. Acidal. ahit C. et C. 2. abi Parei 3.—93 B. 1. qua b. gratia.—95 Ut tecum extemplo B. 1.—96 Amicum prendat B. 1. comprehendat al. ap. Pareum.—98 C. C. 2. B. 1. ista massa. Mox, C. hodie capiar;

## NOTÆ

97 *Me habent venalem*] Me produnt. Nos nostro vernaculo dicimus, vous me rendez.

98 *Nunquam ex ista nassa escam pe-*

*tum*] Nassa est vas quoddam viminatum, angustiori aditu, sed facilis, exitus difficult, utpote acuminibus munito, une nasse. In ima autem nassa esca

Nam jam aliquo aufugiam, et me occultabo aliquot dies,  
Dum hæ consilescent turbæ, atque iræ leniunt. 100  
Nam jam nunc satis et plus nimio merui mali.  
Verumtamen de me quicquid est, ibo hinc domum.  
PE. Illic hinc abscessit: sat edepol certo scio,  
Occisam sæpe sapere plus multo suem,  
Cum manducatur, ne id, quod vidit, viderit! 105  
Nam illius oculi, atque aures, atque opinio  
Transfugere ad nos: usque adhuc actum est probe.  
Nimium festivam mulier operam præbuit.  
Redeo in senatum rursus: nam Palæstrio  
Domi nunc apud me: Sceledrus nunc autem foras. 110  
Frequens senatus poterit nunc haberier.  
Ibo intro: ne, dum absum, illis sortito fuam.

*nassa. Nam concedam jam in quandam locum, et me abscondam aliquot diebus, dum hæ contentiones componantur, atque iræ placantur. Nam meritus sum nunc satis superque pœnarum. Attamen quod ad me attinet, proficiscor hinc in ædes. PE. Ille prefectus est hinc: per ædem Pollucis scio satis pro certo suem occisam sapere saepe multo plus, quando comeditur, ne id quidem conspicatur, quod conspicatus est! Nam illius oculi, atque aures, atque sententia migravere in nostras partes; et bene actum hucusque. Philocomasium exhibuit nimis jucundam operam. Revertor rursus in senatum: nam Palæstrio est nunc apud me domi: Sceledrus vero est nunc foris. Senatus poterit nunc cogi frequens: ingrediar, ne fiat sortitio me absente.*

---

C. 2. *hodie capetam*.—100 *Dum hæc C.—101 Nam nunc Pll. Jam nunc B. 1. populo impio merui Pll.—105 Quod inaudinatur C. et a m. sec. Quod ei admittatur; Quoine eximatur Bipont. C. 2. Quod in admittatur; al. ap. Pareum, Quoniam animatur; al. ibid. Suem cum inducar. —108 Non festiva mulier operæ scribunt C. et C. 2. festiva etiam B. 1.—110. 111 Hi versus ita leguntur in B. 1. nam Palæstrio *Frequens senatus sceledrus nunc autem foras Domi apud me poterit, &c. Pist. hand foras*.—112 C. et C. 2. *dum absim*. Mox, multis sortito C. et Parei 3. multi sortito C. 2. illis sortito fuat Bipont. illis sortito fuat al. ap. Pareum. illi in sortito sient al. ibid. *absim multa sortito fuam al. multa sortito fuam al.**

## NOTÆ

reponitur ad illiciendos pisces. Sceledrus confitetur se voluisse in illa nassa cibum quærere, adiisse se periculum, ex eo evasisse; juratque se nunquam inde repetitum.

100 *Irae leniunt*] Pro leniuntur, activum pro passivo. Cicero, ‘terra movet,’ id est, moveatur. Virg. ‘veniti posnere;’ ‘insinuat pavor.’

106 *Illius oculi Transfugere*] Id est, non videt nisi nostris oculis.

112 *Illis sortito fuam*] Senex, allegoria a rebus gravibus facta ad res indicras, dicit redeundum sibi in senatum snorum congertronum, ne multa irrogata, quod fieri solebat in absentes senatores apud Romanos, pœnas det. In senatu sortiebantur provincias; hic autem jocans senex, dicit vereri se ne ipse fiat sortitio, id est, ne multam pendendam a se aliquis, tanquam provinciam, sortiatur.

## ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

PALÆSTRIÖ, PLEUSIDES, PERIPLECTOMENES.

**PA.** COHIBETE intra limen etiam vos parumper, Pleusides.  
 Sinite me prius prospectare, ne uspiam insidiæ sient,  
 Concilium quod habere volumus: nam opus est nunc tuto  
 loco,

Unde inimicus ne quis nostris spolia capiat consiliis;  
 Unde inimicus ne quis nostra spolia capiat auribus: 5  
 Nam bene consultum, inconsultum est, si inimicis sit usui:  
 Neque potest, quin, si id inimicis usui 'st, obsit mihi.  
 Nam bonum consilium surripitur sœpissime,  
 Si minus cum cura aut cate locus loquendi lectus est.

'**PA.** Contineat vos adhuc paulisper intra ostium, Pleusides; per vos liceat mihi  
 osservare, ne sint alicubi insidiæ collocatae cœtui quem optamus obire. Num  
 oportet habere nunc stationem securam, ne aliquis hostis nostrorum consiliorum, ex  
 ea ex vias detrahatur, ne quis de ea inimicus auferat nostra consilia auribus: nam  
 quod est meditatum est immeditatum, si hostes possunt eo uti; neque fieri potest,  
 ut id non mihi noceat, quod prodest meis inimicis. Nam bona consilia perveniunt  
 sœpe ad hostes, si sumitur locus ad loquendum minus diligenter et prudenter: quippe

\*\*\*\*\*

2 B. 1. perspectari; C. perspectare; C. 2. me per prius spectari.—3 Concilio  
 Parei 3.—5 'Hic versus dubio procul spurius est.' Pareus. Deest in ed. Bi-  
 pioni.—6 Jam bene, al. ap. Pareum; Tum bene al. ibid. Mox, B. 1. inconsultum  
 si sit inimicis usus; Pll. inconsultum est, si sit inimicis usus.—7 B. 1. qui nisi  
 inimicis usu est. Hic versus deest in ed. Gronov.—8 Nam bene unde margo  
 Gronov. ex codd. bene consultum B. 1. et Sciop. tibi sœpissime Parei 3.—9 C.

## NOTÆ

3 Concilium quod habere volumus] Alii,  
 insidiæ sint Concilium, pro insidiæ sint  
 concilio positæ, collocatae. Sed hoc  
 loco Plantus, quod alibi non semel,  
 dissoluto per verbum substantivum  
 verbo, idem regimen retinet, ne insi-  
 diæ sint pro 'ne insidentur': neque  
 movere debet quenquam, quod 'in-  
 sidiari' dandi casum regat, quia et is  
 hoc in poëta passim obvius archais-  
 mus, quo deponens, cui jam adjungit-  
 tur unus casus, olim aliis subjunge-  
 retur; sic 'insidiari aliquem' pro  
 'insidiari alieni.'

4 Spolia capiat consiliis] Est allego-

Dclph. et Var. Clas.

ria ducta a re militari; quasi dicat:  
 ne consilium, seu senatus, ut alibi  
 vocat, congerronum, spolietur. Quæ  
 sunt autem spolia consilii seu sena-  
 tus? est consilium senatus, seu  
 quod deliberatum est in senatu. Ita-  
 que spolia capere consiliis, est audi-  
 re ea de quibus deliberant sena-  
 tores. Consilium autem in hac al-  
 legoria duobus modis accipitur, qui  
 nisi distinguantur, parunt confusio-  
 nem: sumitur enim et pro concessis  
 senatorum, et pro iis quæ deliberata  
 sunt in senatu.

5 Spolia capiat auribus] Ut hosti vic-

Plaut.

3 S

Quippe si resciverint inimici consilium tuum, 10  
 Tuopte tibi consilio occludunt linguam, et constringunt manus :

Atque eadem, quæ illis voluisti facere, faciunt tibi.  
 Sed speculabor, ne quis aut hinc a læva, aut a dextera  
 Nostro consilio venator assit cum auritis plagis.  
 Sterilis hinc prospectus usque ad ultimam plateam est probe. 15

Evocabo : heus Periplectomene et Pleusides, progredimini.  
 PE. Ecce nos tibi obedientes. PA. facile est imperium in bonis.

Sed volo scire, eodem consilio, quod intus meditati sumus,  
 Si gerimus rem. PE. magis ad rem esse non potest utibile.  
 PA. Immo quid tibi, Pleusides ? PL. quodne vobis placeat, displiceat mihi ? 20

Quis homo sit magis meus, quam tu es ? PE. loquere lepide et commode. [serum macerat,

PA. Pol ita decet hunc facere. PL. at hoc me facinus misi hostes accepert tua consilia, tibi obstruunt os tuomet consilio, et colligant manus ; et tibi conflant eadem quæ voluisti illis conflare. Sed observabo ne aliquis venator adsit nostro consilio, aut a læva, aut a dextra, cum retibus auritis. Prospectus est valde vacuus hinc usque ad extremam aream. Evocabo : heus Periplectomene, et Pleusides, prodite foras. PE. Ecce nos tibi paremus. PA. Est facile imperare bonis. Sed cupio diserce utrum gerimus rem eodem consilio quod cogitavimus in cœibus. PE. Nihil potest esse utilius ad rem perficiendam. PA. Immo quid tibi est, Pleusides ? PL. Estne aliquid quod vobis placeat, et mihi dispiceat ? Quis homo est magis meus, quam tu es ? PE. Loquere bene et tempestive. PA. Per Pollucem oportet hunc sic ugere. PL. Sed unum est quod me discruciat infelicem,

aut catalogos ; C. 2. aut catalogo ; al. ap. Pareum, aut capto loco loquendi lectum id est ; B. 1. aut catalogo l. lectum est.—10 B. 1. si rescivere ; Pll. ei scire sive re. Idem codd. suum, pro trum.—15 Celebris hinc profectus B. 1. Mox, idem codex, probe est.—17 Al. ap. Pareum, in bonos.—19 Si deest in Pll. ad rem non potest esse B. 1. ut sibile C.—21 C. 2. quam us loquere ; C. a m. pr. magis us quamvis loquere ; C. a m. sec. magis me usquam loqui ; al. magis usquam quam tu. Mox, lepide mea et commode C.—22 Pll. hanc facere ; C. a m.

## NOTÆ

to manibus spolia, sic inimico auribus secreta detrahuntur.

14 Venator assit] Allegoria a re venatica. Nimirum quemadmodum venator plagas in manu fert ad captandas ex occultis insidiis feras, sic aures ad captanda consilia inimici.

15 Sterilis prospectus] Id est, quaque versum conferam oculos, video in platea neminem. Sterilis metaphorice dicitur, quasi dicat nullum se hominem cernere in area tota plantatum.

17 In bonis] Id est, imperium quod

Meumque cor, corpusque cruciat. **PE.** quid id est, quod cruciat? cedo.

**PL.** Me tibi istuc ætatis homini facinora puerilia  
Objicere, neque te decora, neque tuis virtutibus, 25  
Ea te expetere: te ex opibus summis mei honoris gratia,  
Mihique amanti ire opitulatum, atque ea te facere facinora,  
Quæ istæc ætas fugere facta magis, quam sectari solet.  
Eam pudet me tibi in senecta objicere solitudinem.

**PE.** Novo modo tu homo amas: siquidem te quicquam,  
quod faxis, pudet, 30  
Nihil amas: umbra es amantum magis, quam amator, Pleu-  
sides.

**PL.** Hancçine ætatem exercere me mei amoris gratia?

**PE.** Quid ais tu? itane tibi ego videor oppido Acherun-  
ticus,

Tam capularis, tamne tibi diu videor vita vivere?

Nam equidem haud sum annos natus, præter quinquaginta  
et quatuor: 35

*et meum animum, conficitque corpus.* **PE.** Aperi: quid est quod discruciat? **PL.** Me tibi offerre nato ista ætate negotia juvenilia, et te obire indigna, et minimæ  
convenientia tuis virtutibus; te mihi opitulari amanti omnibus viribus mei causa,  
atque te obire factu quæ hæc ætas magis solet aversari quam amare. Pudet me  
tibi afferre in senectute eas curas. **PE.** Tu amas nova ratione: si te pudet cuius-  
quam rei quam feceris, nihil amas: es magis umbra amantum, quam amator, Pleu-  
sides. **PL.** Æquumne est me verare hanc ætatem pro meis amoribus? **PE.** Quid  
dicis? Tibine videor ego adeo deceptitus, tam feretro proximus, tibine videor tam-  
diu vixisse? Nam ego sum natus tantum quinquaginta quatuor annos: video clare



sec. hæc facere.—23 C. a m. sec. qd cruciat te dico; et a m. pr. qd cruciant  
ted, omisso cedo; C. 2. qd cruciat te [lacuna]; verbum cedo deest etiam in B.  
1.—25 O bicere C.—26 Eaque expetere Parei 3. Ætate exquirere Pll. Mox,  
mihi honoris C. C. 2. et B. 1. amoris gratia al. ap. Pareum.—32 Pronomen me  
deest in B. 1. et Ven. 1. mei abest a Pll. gratiam C.—34 Tam capulari sta-  
mine B. 1. et Ven. 1. vita videre C. a m. pr.—35 B. 1. natus annos. Mox,

#### NOTÆ

in bonos exerceas est facile; ulro  
enim obsequuntur; vel, imperium  
unde bonum aliquod affligit, Inben-  
ter accipitur; unusquisque enim suis  
utilitatibus stundet.

25 *Te decora*] Est hypallage pro  
'digna,' et quod hypallagen probat,

*decora* habet casum τοῦ 'digna:' di-  
citur enim 'tibi decora,' 'te digna.'

26 *Ex opibus summis*] Id est sum-  
mopere.

30 *Quod faxis, pudet*] Vetustas ocul-  
los exemit amori, Periplectomenes  
detrahit et pudorem.

Clare oculis video, pernix sum manibus, sum pedes mobilis. [senex.

PA. Si albus capillus hic videtur, neutiquam ingenio est Inest in hoc amussitata sua sibi ingenua indeoles.

PL. Pol id quidem experior ita esse, ut prædictas, Palæstrio;

Nam benignitas quidem hujus oppido ut adolescentuli est! 40

PE. Immo, hospes, magis cum periculum facies, magis noscet meam [cere?

Comitatem erga te amantem. PL. quid opus nota nos-

PE. Ut apud te exemplum experiundi habeas, ne petas foris: [spicit.

Nam qui ipse haud amavit, ægre amantis ingenium in-  
Et ego amoris aliquantulum habeo, humorisque meo etiam in corpore: 45

Neque dum exarui ex amoënis rebus et voluptariis.

Vel cavillator facetus, vel conviva commodus [vivio.

Item ero: neque ego unquam oblocutor sum alteri in con-  
Incommunitate abstinere me apud convivas commode

*oculis, sum expeditis manibus, sum velox pedibus. PA. Si hæc cæsaries et coma est cana, nullonodo est senex animo. Hic præditus est natura liberali et exacta ad unguem. PL. Per Pollucem profecto animadverto id esse sicut prædictas, Palæstrio; nam ejus urbanitas est ut juvenis. PE. Immo, hospes, quando experieris, noscet magis magisque meam urbanitatem erga te amantem. PL. Quid est opus experiri nota? PE. Quandoquidem habes locum faciendi periculi apud te, ne queras foris: nam qui non amavit ipse, ægre fert animum amantis. Et est etiam mihi nonnihil amoris humorisque adhuc in meo corpore: neque adhuc exarui in rebus jucundis et voluptariis. Item ero vel festivus cavillator, vel epulator non molestus: neque ego obloquor unquam alteri in epulis. Scio cavere commode apud convivas ab*



Pll. et III. or.—36 Care oculis C. 2. Claris oculis videor C. manibus pedibus mobilis idem codex.—37 B. 1. neutiquam ibi ingenium senis.—38 C. C. 2. B. 1. emusitata.—40 Pll. oppido adolescentules; rā ut et est desunt in B. 1.—41 B. 1. et C. hospis. C. et C. 2. mea.—42 Comitate C. et C. 2. Comitatem merito te B. 1. merce team Pll.—43 Pronomen te deest in B. 1. Mox, Parei 3. et C. ne eas foris; B. 1. C. 2. neges foris.—44 Nam ipsi quod ipse C. haud deest etiam in B. 1. et C. 2.—45 Voc. meo deest in B. 1.—46 C. 2. ex amoris rebus et; al. ap. Parenm, ex amore rebusque vol.—47 C. 2. convivia.—48 Pronomen ego deest in C. unquam deest in B. 1.—49 Pll. convirias quomodo communit.

#### NOTÆ

36 Pedes mobilis] Hellenismus.

Commemini, et meæ orationis justam partem persequi ; 50  
 Et meam partem itidem tacere, cum aliena est oratio.  
 Minime sputator, screator sum, itidem minime muccidus.  
 Post Ephesi sum natus; non in Apulis, non sum in Umbria.

**PL.** O lepidum senicem, si, quas memorat, virtutes habet;  
 Atque equidem plane eductum in nutricatu Venerio! 55

**PE.** Plus dabo, quam prædicabo, ex me venustatis tibi.  
 Neque ego ad mensam publicas res clamo, neque leges  
 crepo :

Neque ego unquam alienum scortum subigit in convivio,  
 Neque præripio pulpamentum, neque prævorto poculum,  
 Neque per vinum unquam ex me exoritur dissidium in  
 convivio. 60

Si quis ibi est odiosus, abeo domum, sermonem segredo.

Venerem, amorem, amoenitatemque accubans exerceo.

**PL.** Tui quidem edepol omnis mores ad venustatem va-  
 lent.

*incommodo, et obire istam partem mei sermonis; et rursum silentio premere par-  
 tem orationis, quando est aliena. Non sum sputator, non sum screator, itidem non  
 sum mucidus. Præterea sum natus Ephesi; non in Apulia, non in Umbria.*  
**PL.** O festivum senem, si habet virtutes quas dicit; atque altum omnino nutrice  
*Venere!* **PE.** Plus tibi præstabo venustatis, quam pollicear ex me. Neque ego  
*vociferor res publicas inter pocula; neque prædicto leges: \* \* \* neque præ-  
 ripio cibum, neque præcipio poculum; neque rixa exoritur unquam ex me propter  
 rinum in convivio.* Si quis est ibi molestus, fugio domum, intermitto orationem.

\* \* \* **PL.** Omnes tui mores, per adem Pollucis, sunt compositi ad elegan-

---

—52 C. putatur scrahatur, et in marg. potator, scortator. Mox, minime succi-  
 dus B. 1.—53 Pli. et B. 1. non sum in tñula.—54 B. 1. ne si quas memorat  
 tuis habet; C. semine; C. 2. sensim semine.—57 Ille versus non est in codd. sed  
 apud Servium.—58 B. 1. subagito in concivium.—59 Idem codex, perrorto cop-  
 pulum.—60 Pli. discidium.—62 Venerem amorem B. 1. Ven. 1. accumbans B.  
 1.—63 Et equidem B. 1. Tu quidem C. et C. 2. vacet C. vicet C. 2. venustatem

#### NOTÆ

53 *Post Ephesi sum natus]* Quam lahem inurat hoc loco genti sua Umbri enim ferme erant latissimis humeris, magnis et pedibus et auribus, que ferme indicia sunt roboris quidem in corpore, sed insignis

stoliditatis. Porro Ephesi natos inde colligendum est, fuisse elegantes corpore, animo præstantes.

54 *O lepidum senicem]* ‘Senex, senicis,’ vetus. ‘Senica mulier,’ pro, ‘senex mulier.’

Cedo tres mihi homines aurichalco contra cum istis moribus.

PA. At quidem illuc ætatis qui sit, non invenies alterum 65

Lepidiorem ad omnes res, nec qui amicus amico sit magis.

PE. Tute me ut fateare faciam, esse adolescentem moribus :

Ita apud omnes comparebo tibi res benefactis frequens.

Opusne erit tibi advocato tristi, iracundo ? ecce me.

Opus leni ? leniorem dices, quam mutum est mare : 70

Liquidiusculusque ero, quam ventus est Favonius.

Vel hilarissimum convivam hinc indidem expromam tibi,

Vel primarium parasitum, atque opsonatorem optumum :

Tum ad saltandum non cinædus malacus æque est atque ego.

PA. Quid ad illas artes optassis, si optio eveniat tibi ? 75

PL. Hujus pro meritis ut referri pariter possit gratia,

Tibique ; quibus nunc me esse experior summæ solicitudini.

tiam. *Du mihi tres homines pro quovis pretio istis moribus prædictos.* PA. *At non reperies alium illa ætate natum faciorem ad omnes res, nec qui sit magis amicus amico.* PE. *Dabo operam ut tu confiteare me esse juvenilibus moribus : ita videbor tibi assiduus in beneficiendo in omnibus rebus. Eritne opus patrono severo, iracundo ? ecce ego.* Opus miti ? dices mitiore quam est æquor tranquillum ; ego magis serenus quam est ventus Favonius. *Tibi me vel præstabo, vel epulonem jucundissimum, parasitum egregium, aut opsonorum entorem. Præterea non est cinædus perinde flexilis ad saltandum atque ego.* PA. *Quid cupiveris addi illisce artibus, si tibi offeratur optio ?* PL. *Ut possit referri gratia ex æquo pro hujs meritis, et tibi ; quibus sentio nunc me esse summæ curæ.* At mihi grare est me tibi

\*\*\*\*\*

*jugiter Ven. 1. et al. ap. Pareum ; ad v. igiter jugiter B. 1. a m. pr.—64 Cedo tris B. 1. contra emptos cum Parei 3. contra emptum istis B. 1.—68 Ita ad omnes al. ap. Pareum.—70 Opus ne leni B. 1. Ven. 1. tutum est amare C.—71 Liquidus citusque ero B. 1. Liquidus cultusque quam Ven. 1. Faonius C. 2.—72 Pl. convirium ; convivam me astinandum B. 1. convivam me extimandum Ven. 1. exprimam tibi B. 1. Ven. 1.—73 B. 1. obsonantem.—74 Tum ad salutandum C. et C. 2. mage usque saltat qm ego B. 1. magis usque saltat qm ego Ven.*

#### NOTÆ

64 *Cedo tres mihi homines*] Da mihi dior. Favonius, qui et zephyrus, ab tres homines istis moribus prædictos, occasu spirat; lenis ille, et parturienti naturæ favens, dicitur a Græcis αἰθρῆγενέτης, serenitatis et tepentis aëris auctor.

71 *Liquidiusculusque*] Id est, liqui-

At tibi tanto sumtui esse mihi molestum est. **P.E.** morus es:  
Nam in mala uxore atque inimico si quid sumas, sump-  
tus est:

In bono hospite atque amico, quæstus est, quod sumi-  
tur : 80

Et, quod in divinis rebus sumas, sapienti lucro est.

**D**eum virtute, ut transéuntem hospitio accipiam, apud me  
est comitas. [ritudine.]

Es, bibe, animo obsequere mecum, atque onera te hila-  
Liberæ sunt ædis: liber sum autem ego: me uti volo  
libere.

Nam mihi, **D**eum virtute dicam, propter divitias meas 85  
Licuit uxorem dotatam genere summo ducere :

Sed nolo mihi oblatraticem in ædis intromittere.

**P.L.** Cur non vis? nam procreare liberos lepidum est onus.

**P.E.** Herkle vero, liberum esse, id multo est lepidius.

*esse tanto sumtui.* **P.E.** Amens es: nam si impendas quippiam cum mala uxore, et  
cum inimico, dispendium est; quod impenditur cum bono hospite atque amico, est  
lucrum: quod impendas in rebus sacris, est quæstus, judicio sapientis. Benignitas est apud me, ut præbeam hospitium prætereunti beneficio Deorum. Es, pota,  
indulge genio mecum, atque prole te lætitia. Domus est libera; ego etiam sum  
liber; volo frui mea libertate. Nam mihi licet habere uxorem cum egregia  
dote, genere nobilem, propter meas opes, dicam id voluntate Deorum: sed nolo in-  
ducere in ædes clamosum. **P.L.** Quare non vis? nam est munus jucundum habere  
liberos. **P.E.** Per Herculem, est multo jucundius esse liberum. **P.A.** Tu homo



1.—75 **B.** 1. optes.—77 **B.** 1. nunc esset experiosum meæ sol.—78 **B.** 1. motus es;  
**Ven.** 1. mortuus es.—79 **B.** 1. si quid sumptum est; **Ven.** 1. si quid sumat sumptum est.—80 **C.** quietum'st; **C.** 2. quæstus est.—81 **B.** 1. sumas sumptu sapienti;  
**Ven.** 1. sumas sumtus sapienti.—82 Particula ut deest in **B.** 1. transcunde **C.**  
et **C.** 2. virtute cunctem **Ven.** 1. accipere **B.** 1. **Ven.** 1.—83 **C.** hilarissime;  
**C.** 2. hilariter me; **B.** 1. **Ven.** 1. honerato hilaritus me.—84 **C.** me tui rolo; **C.**  
2. me tu volo. **C.** in marg. bibere, pro libere.—85 **B.** 1. et **Ven.** 1. virtutem . . .  
div. datas.—88 **C.** a m. pr. lepidissimum est; **B.** 1. **Ven.** 1. lepidus sonus; al. ap.

#### NOTÆ

**85 Deum virtute]** Id est, auxilio Deorum. Etiam veri numinis ignari infirmitatem agnoscent humanam in rectis et laudabilibus rebus, quas non sibi, sed Diis tribunnt.

**88 Lepidum est onus]** Nos vernacula nostro dicimus liberos esse onus: vocat onus hoc Pleusides lepidum, id

est, minime grave, sed jucundum. Nam et sunt onera, quæ quo graviora sunt, eo sunt et jucundiora: nemo conqueritur de uberiore, aut messe, aut vindemia; nemo quod non unquam a mercatu gravior ære dextra redeat, ut cum optimo poëta loquar.

PA. Tute homo et alteri sapienter potis es consulere, et tibi.

90

PE. Nam bona uxor, si ea deducta est usquam gentium,  
Ubi eam possem invenire? verum egone eam ducam domum,

[tibi pallium

Quæ mihi nunquam hoc dicat: Eme, mi vir, lanam, unde Malacum et calidum conficiatur, tunicæque hybernæ bonæ, Ne algeas hac hyeme? hoc nunquam verbum ex uxore audias.

95

Verum priusquam galli cantent, quæ me somno suscitet,  
Dicat, Da mihi, vir, Kalendis meam quod matrem juverit:  
Da qui farciat, da qui condiat: da quod dem Quinquatribus,

*potes dare monita prudentia aliis et tibi.* PE. *Nam si bona uxor usquam gentium a quoquam ducta, ubi possim eam reperire?* Sed eamne ducam ego domum, quæ nunquam mihi sic alloquatur: *compara lanam, mi vir, ut tibi conficiam pallium molle et calidum, et bonas tunicas hybernæ, ne frigeas hac hyeme?* Nunquam accipias hanc orationem ab uxore. Sed antequam galli cantum mittant, quæ me excitet somno et dicat: *præbe mihi, vir, quod placeat meæ matri Kalendis; tribue sartorem; tribue conditorem: da quod apponam in festis Minervæ præcantatrici, conjec-*

\*\*\*\*\*

Pareum, *Cur nevis n. p. i. lepidu'st honos.*—89 *Hercle verum* edd. vett.—91 *Pll. sua deducta est;* *Parei 3. si ea quidem deducta est;* *C. a m. sec. sit pro est.*—92 *Ubi ea B. 1. Ven. 1. potest B. 1. possit Ven. 1. inveniri B. 1. Ven. 1.*—93 *B. 1. Ven. 1. hæc dicat;* *C. dicat memini vir.* *Nam unde tibi;* *C. 2. dicate memi virtu nam, &c.* *B. 1. mi vir tanam;* *B. 1. Ven. 1. vende tibi.*—95 *Ne algem B. 1. Ven. 1. verbum uxore C.*—97 *Da, mi vir, quæ Calendis mittam, Martiæ cum venerint Meurs.* *mittam cum martiæ venerint Ven. 1. mean q matrem venerit B. 1.*—98 *Da qui faciat Pll.* Mox, secundum da qui deest in B. 1. C.

## NOTE

91 *Deducta est usquam gentium*] Id est, adducta est a quavis regione.

97 *Kalendis*] Martiis videlicet, quia Kalendæ erant Junoni sacræ, unde Juno Kalendaris dicta, sed in primis Martiæ, utpote a quibus esset olim anni exordium, et in iis matronæ sacra faciebant, quæ appellabantur Matronalia, ut annis esset felix.

98 *Quinquatribus*] Dicitur 'quinquatribus' et 'quinquatris,' secundæ et quartæ inclinationis. Erant Romæ festa Minervæ, ut Athenis Παναθήναια, Quinquatris dicta, quod post quintum Idus Martias celebrarentur. Is-

que primis Romæ temporibus dicebatur Quinquatus, ut sextus sextatus, et septimus septimatrus. Deinde factum est, ut crescente imperio, sumto errore ex nomine, arbitrati sunt celebranda Quinquatrica, non solum post quintum Idus Martias, verni etiam diebus quinque. Ovidius in Fastis et hanc vocis originem notat, et qua ratione celebrarentur Quinquatrica: 'Una dies media est, post fiunt sacra Minervæ, Nomina quæ a junctis quinque diebus habent. Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro, Causa, quod

Præcantatrici, conjectrici, hariolæ atque aruspiceæ :  
 Flagitium est, si nihil mittetur ; quo supercilios spicit ! 100  
 Tum piatricem clementer, non potest, quin munerem.  
 Jampridem, quia nihil abstulerit, succenset ceraria.  
 Tum obstetrix expostulavit mecum, parum missum sibi.  
 Quid ? nutrici non missurus quicquam, quæ vernas alit ?  
 Hæc atque hujus similia alia damna multa mulierum, 105  
 Me uxore prohibent, mihi quæ hujus similes sermones  
 serat.

*trici, hariolæ et aruspiceæ; est crimen, si mittetur nihil ; quo vultu me aspiciat ! Non possum quin dem munus benigne expiatrixi. Ceraria conqueritur jamdudum, quod nihil acceperit. Tum obstetrix mihi exprobrat sibi esse missa pauciora. Quid? non es missurus quicquam nutrici, quæ nutrit vernas? Hæc et alia horum similia detrimenta complura mulierum, me avocant ab uxore, quæ mihi occantet ser-*

\*\*\*\*\*

*et C. 2. conditatque Parei 3.—99 Præcatrici C. Præcantatrici C. 12. Præcantatrici et lectrici B. 1.—100 B. 1. quo s. aspicit.—101 T. patricia c. non potest inquit munere B. 1. Ven. 1. patricam C. et C. 2.—102 Pll. suscenset. Pro ceraria, alii cellaria.—104 Quin Pll.—106 Nunc u. prohibui et quæ . . . erant B. 1.*

## NOTÆ

est illo nata Minerva die. Altera tresque super strata celebrantur arena, Ensibus exertis bellica læta Dea est. Summa dies e quinque tuba lustrare canora Admonet, et forti sacrificare Deæ.' Idem poëta innuit fuisse minores Quinquatrus, et quo ritu celebrarentur : 'Et jam Quinquatrus jubeor narrare minores : Nunc ades oœptis flava Minerva meis ; Cur vagus incedit tota tibicen in urbe, Quid sibi personæ, quid toga longa volunt.' Celebrabantur a tibicinibus personatis, et talari toga induitis.

99 *Præcantatrici*] Quia erant mulieres, quæ carminibus amoliebantur mala et venena.

*Conjectrici*] Erant et conjectrices, somniorum interpretes.

*Hariolæ*] 'Hariola' dicta, quasi 'fariola' a fando; vel, ab halando; quia quando ad fata aperienda sese accingebant, halabant, 'quasi ad efflandam animam humanam divinamque sorbendam: exhalabant vero mortalem, repetito sèpius vocabulo,

'ohie;' quod sèpius repeterè non possis, nisi exhausto et exhalato penitus spiritu.

100 *Quo supercilios spicit*] Id est, quo oculo; oculus enim visui, non supercilium servit; sed supercilium indicat affectum animi, quo spicias, seu cernas elatum supercilium arrogantiam, adductum severitatem significat, aliud æquanimitatem. Spicit a 'spicio,' seu 'specio;' manet in compositis 'aspicio,' 'despicio,' 'suspecio.'

101 *Piatricem*] Aliis nominibus saga et simpulatrix appellabatur, ejusque partes erant die lustrico, seu nominali, quem veteres ὄρομαστρία vocabant, 'lustrationes facere.' Græcis ἀπομάκτρια, et περιμάκτρια. Festus : 'Piatrix dicebatur sacerdos, quæ expiare erat solita, quam et sagam et simpulatricem vocant.'

102 *Ceraria*] Alii geraria. Porro nutrix, a 'gerendo,' geraria dicta est : alii toraria a 'toro.' Ceraria, quæ cereos ad sacrificia suppeditabat.

PA. Di tibi propitii sunt hercle: nam si istam semel amiseris [locum.

Libertatem, haud facile te in eundem rursus restitues

PL. At illa laus est, magno in genere et in divitiis maximis,

Liberos hominem educare, generi monumentum et sibi. 110

PE. Quando habeo multos cognatos, quod opus sit mihi liberis? [ut lubet:

Nunc bene vivo, et fortunate, atque ut volo, atque animo  
Mea bona mea morte cognatis dicam, inter eos partiam.

Illi apud me edunt, me curant, visunt quid agam, ecquid velim.

Priusquam lucet, assunt: rogant, noctu ut somnum ceterperim. 115

Eos pro liberis habeo: quin mihi mittunt munera.

Sacrificant? dant inde partem mihi majorem, quam sibi:

Abducunt ad exta: me ad se, ad prandium, ad cœnam vocant.

Ille miserrimum se retur, minimum qui misit mihi.

Illi inter se certant donis: ego hæc tecum mussito: 120

*mones ejusmodi.* PA. Per Herculem Diū tibi sunt amici: nam si semel perdisseris illum libertatem, haud citra labore recuperabis rursus eundem locum. PL. At est præclarorum in nobili genere, et in amplissimis opibus, si homo enutriat prolem ad monumentum generis et sui. PE. Quandoquidem sunt mihi affines, quid mihi opus est liberis? Vivo bene nunc, et beate, et ut placet, et ut libet animo. Dicabo meas fortunas consanguineis in morte, eas dividam inter eos. Illi vivunt apud me, gerunt curam mei, observant quid agam, et quid optem: antequam illucescat, assunt: rogant quomodo ceterim somnum noctu; ii sunt mihi liberorum loco, quin ad me mittunt munera. Sacrificia offerunt? Mihi dant ex eis majorem partem quam sibi: invitant ad exta, me invitant ad se, ad prandium, ad cœnam; ille arbitratur se esse infelicissimum, qui ad me misit pauciora: illi contendunt muneribus inter



Ven. 1.—108 B. 1. in te; ῥδ in deest in Bipont. Mox, C. et Parei 3. rursum.—  
110 Liberum B. 1. Ven. 1.—111 mihi deest in B. 1.—113 B. 1. Ven. 1. partiant;  
Pll. partim.—114 Illi a te C. Illi apud me C. 2. curabunt Pll. visam C. visant C. 2. agam hic quid velint Pll.—115 B. 1. Ven. 1. noctu un somnum.—116 B. 1.  
que mittunt; Ven. 1. qui mittunt; Pll. quam mittunt; Parei 3. quom mittunt.  
—117 C. 2. dent.—118 Adducunt extra B. 1. Abducunt extra Ven. 1. ad se  
prandium B. 1. Ven. 1.—120 Pll. ego et meeum. B. 1. ego tecum. C. et C. 2.

#### NOTÆ

118 *Abducunt ad exta]* Sacrificio- amicis, iisque carissimis comedeba-  
rum exta intelligit, quæ ‘exta lus- tur, et nisi adessent convivio, pars  
tralia’ pars Diis offerebatur, pars ab sua ad eos mittebatur.

Bona mea inhiant: certatim dona mittunt et munera.

**PA.** Nimis bona ratione, nimiumque ad te et tua tu multum vides.

**Et tibi** sunt gemini, et trigemini, si te bene habes, filii.

**PE.** Pol, si habuissem, satis cepisse miseriarum liberis: Censerem emori, cecidissetne ebrius, aut de equo uspiam:

125

Metuerem, ne ibi defregisset crura aut cervices sibi:

Tum ne uxor mihi insignitos pueros pariat postea,

Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pætum, aut broncum filium. [dari,

**PA.** Huic homini dignum est divitias esse, et diu vitam

se. Ego haec mecum recogito; flagrant desiderio meorum bonorum: mittunt certatim dona et munera. **PA.** Tu peritus perspicis res animo valde acuto, et rulde perspicaci. Et habes filios geminos et trigeminos, si tibi bene est. **PE.** Per Pollucem si fuissent mihi liberi, pertulisse satis ægritudinum: mortuus fuisset, ut quidem arbitror, si aliquis cecidisset temulentus, aut de equo uspiam: metuisse ne sibi perfregisset ibi crura aut collum: præterea metuisse, ne suscipisset a conjugi prolem deformem, aut filium valgum et compernem, aut pætum, aut broncum. **PA.** Est æquum hunc hominem habere opes, et diuturnam vitam, qui et tue-

\*\*\*\*\*

musito.—121 B. 1. et Ven. 1. certatim nutrificant et munera; Pil. certatim nutriti et munera; Lips. certatim nutrificant et munerant; Vatican. certatim ideo nutrificant et munerant.—122 B. 1. nimiumque apte tu multa vides; Pil. et tuu ultimus vides; al. ap. Pareum, nimisque aperta; Ven. 1. nimiumque aperte tu multa vides.—123 Pil. tricemini. Idem codd. et Acidal. si te bene habent.—125 Censerem memori B. 1. Censerem memori Ven. 1. Censerem e muro Parei 3. Censerem e mori cecid. Pil. aut de equo suscipiam C. suspiam C. 2.—126 Pil. ad cervices.—127. 128 Hi duo versns desunt in B. 1. C. C. 2. et Ven. 1. Ex Festo inserti sunt.—129 B. 1. et Ven. 1. esse diu; C. et C. 2. esset div. vitam dare.—

#### NOTÆ

**127 Tum ne uxor]** Hi duo versns, qui desiderantur in manuscriptis, e Festo hoc translati sunt.

**Insignitos]** Aliqua nota deformi.

**128 Varum]** Vari, qui sic intortis sunt erubibus, ut junctis ferme genibus incedant, talis ab invicem disjunctis. Alii pro varum, ratum ponunt. A 'varo,' 'Varii'; a 'vato,' 'Vatinii' Romani.

**Valgum]** Valgus qui talis conjunctis ferme graditur, et invicem sese tundentibus, genibus longissime disjunctis.

**Compernem]** 'Compernis' Nonio

est, cuius pes longior, quam moles corporis ferat, et proportionis ratio.

**Pætum]** Pætus dicitur, et qui alterum oculum habet minorem, vel saltem ferme clausum, et qui obliquis oculis cœlum aspicit, qualis venatoria avis; et qui detortis oculis, qui et insens dicitur; et is cuius oculi recti quidem sunt, sed perpetuo mouentur.

**Broncum]** Bronci dicuntur, qui labris sunt tumidis et productioribus, itidem dente aliquo extus prominentiore extra ceterorum ordinem.

Qui et rem servat, et qui bene habet, suisque amicis est  
volup. 130

PL. O lepidum caput! ita me Di Deæque ament, æquom fuit

Deos paravisse, uno exemplo ne omnes vitam viverent:  
Sicuti merci pretium statui, pro virtute ut veneat;  
Quæ improba est, pro mercis vitio dominum pretio pau-  
peret;

Itidem Divos dispertisse vitam humanam æquom fuit. 135

Qui lepide ingeniatus esset, vitam longinquam darent;

Qui improbi essent et scelesti, iis adimerent animam cito.

Si hoc paravissent, homines essent minus multi mali,

Et minus audacter scelestata facerent facta: et postea

Qui probi homines essent, esset his annona vilior. 140

PE. Qui Deorum consilia culpet, stultus inscitusque sit,

Quique eos vituperet: nunc jam istis rebus desisti decet.

Nunc volo opsonare: ut, hospes, tua te ex virtute, et mea,

Meæ domi accipiam benigne, lepide, et lepidis victibus.

PL. Nihil me pœnitit jam, quanto sumtui fuerim tibi. 145

*tur fortunas, et qui bene se habet, et est jucundus suis amicis. PL. O festivum hominem! Ita Di Deæque me adjuvent, est par Deos noluisse, ut omnes vitam agerent uno modo: quemadmodum solet assignari pretium merci, ut divendatur pro sua præstantia; ut quæ est illaudata, efficit pauperem mercatorem propter vitia mercis; sic æquum fuit Deos partiri genus humanum, ut tribuerent diuturnam vitam ei qui esset ingenio præstanti, ut spoliarent velociter vita eos qui essent improbi et scelesti. Si fecissent hoc, essent pauciores homines mali, et qui perpetrarent scelerata adeo audacter. Præterea annona esset vilior his qui essent probi. PE. Qui incusaverit consilia Deorum, et qui eos damnaverit, est amens, et imperitus. Jam supersedendum est istis rebus. Jam consilium est parare opsonia, ut invitent te, hospes, pro tuis meritis, et meis, liberaliter in meis cedibus, laute, et lautis cibis. PL. Non me remordet nunc quod tantæ impensæ tibi fuerim. Nam*

---

130 Qui egregie servat B. 1. Ven. 1. est deest in B. 1. Ven. 1. et al. ap. Gronov.—132 B. 1. riceret.—133 B. 1. C. C. 2. Ven. 1. statuit.—134 Qui improba sit B. 1. si pro mercedis Pl. pro mentis vitio alii e codd. Pl. pauper erit B. 1. C. et C. 2. Quæ improba est merces, pro vitio dominum al.—135 C. et C. 2. disperdisse.—136 Pl. ingenuatus.—137 Verbum essent deest in B. 1. et Ven. 1.—140 Qui homines probi B. 1. C. C. 2. Ven. 1.—141 Quid Deorum B. 1. Ven. 1. culpes B. 1. insictusque Pl.—142 Qui Deos vituperes B. 1. Ven. 1.—143 B. 1. Ven. 1. velut hospes tua te ex virtute; C. tua e virtute tua.—145 C.

#### NOTÆ

136 *Ingeniatus*] Vox infrequens a- Usus est hac Gellius: ‘Corpusque pud Latinos, ab ‘ingenio, ingenias.’ et animum bene ingeniatis primordiis

Nam hospes nullus tam in amici hospitium devorti potest,  
Quin ubi triduum continuum fuerit, jam odiosus siet.

Verum ubi dies decem continuos immorabitur,

Tametsi dominus non invitatus patitur, servi murmurant.

P.E. Servientes scrvitute ego servos introduxi mihi, 150  
Hospes, non qui mihi imperarent, quibus ego essem obnoxius : [gero.

Si illis ægre est, mihi quod volupe est, meo remigio rem  
Tamen id quod odio est, faciendum est cum malo atque  
ingratiis. [tibi,

Nunc, quod occipi, opsonatum pergam. P.L. si certum est  
Commodulum opsona, ne magno sumtu : mihi quidvis sat  
est. 155

P.E. Quin tu istanc orationem hinc veterem atque antiquam  
amoves.

Nam proletario sermone nunc quidem, hospes, utere.

Nam hi solent, quando accubuere ubi cœna apposita est,  
dicere :

*nullus hospes potest hospitio excipi ab homine, adeo amice, ut quando fuerit apud eum per tres dies continuos, molestus non erat. Sed si manserit per decem dies continuos, tametsi dominus eum fert ultro, servi ægre ferunt. P.E. Ego admisi apud me servos, qui mihi ministrent, hospes, non qui mihi dominarentur, et quibus ego essem addictus : si illis est molestum id quod mihi placet, rem gero meo arbitratu, et illis agendum est, quod est odio, adhibita pena et invitatis. Nunc ibo ad paranda opsonia, sicut institui. P.L. Si tibi id propositum est, compara opsonia commode citra sumtum : quidvis mihi est satis. P.E. Quin tu abstine ab isto sermone veteri et obsoleto. Adhibes nunc, hospes, orationem communem : nam hi conseruerunt dicere, quando accubuere, quando cœna est apposita ; quid opus fuit his*

\*\*\*\*\*

*sumptus ; C. 2. sumptum.—146 Nam hoc pusillus tam inimici hospicium C. Nam hoc pis nullus tam inimici C. 2. tam amici officium B. 1. tam amici hospicium Ven. 1.—147 C. C. 2. B. 1. Ven. 1. odiosus sit.—148 B. 1. continuos illi astodorum illas ; C. C. 2. Ven. 1. Mediol. continuos ite astodorum illas ; Argent. c. iterasti domum illos.—149 Pll. non unius sit patitur. C. et C. 2. murmurat.—150 Servienti scrvitute Pll. ego mi servos Ven. 1. ego miser vos B. 1.—151 Verbum essem deest in C. ego esse obnoxius C. 2.—152 Si illud æ. ut vobis B. 1. Ven. 1. Si illius ingressus mihi initit quod volupi est C. et C. 2. more remigiorum B. 1. mortem remigiorum Ven. 1.—153 C. C. 2. B. 1. odiose faciendum : Parei 3. odiose est. Mox, fiat malum B. 1. cum malum Pll. ingratias C. et C. 2.—154 Nunc quo Pll. si certust C. et C. 2. si certum tibi B. 1.—155 Cum modo Pll. Commodum B. 1. Ven. 1. nemo agnum sumptum Pll.—156 C. et C. 2. hinc verem ; unde Pareus conj. veram.—157 Pll. hospis.—158 Namhii Pll. occubuere*

#### NOTÆ

inchoatum, insitivo, degenerique ali- 157 *Proletario sermone]* Proletarii  
mento lactis alieni corrumpere.' erant qui nihil nisi prolem habebant

Quid opus fuit hoc sumtu tanto nostra gratia?

Insanivisti hercle: nam idem hoc hominibus sat erat decem.

160

Quod eorum causa opsonatum est, culpant; et comedunt tamen.

[sapit!]

PA. Fit pol illud ad illud exemplum: ut docte et perspecte

PE. Sed iidem homines nunquam dicunt, quanquam appositorum est ampliter:

[nihil moror.

Jube illud demi: tolle hanc patinam: remove pernam:

Aufer illam offam penitam: probus hic conger frigidus:

165

Remove, abi, aufer: neminem eorum haec asseverare audiatis:

[tunt.

Sed procellunt se, et procumbunt dimidiati, dum apper-

PA. Bonus bene ut malos descripsit mores! PE. haud centesimam

Partem dixi, atque, otium rei si sit, possim expromere.

PA. Igitur id, quod agitur hic, primum prævorti decet.

170

Nunc huc animum advortite ambo: mihi opus est opera tua,

Periplectomene: nam ego inveni lepidam sycophantiam,

Qui adniutiletur miles usque cæsariatus: atque uti

*impensis tantis nostra causa? Insanis per Herculem: nam id sufficiat decem hominibus. Vituperant quod eorum causa est paratum ad cœnam, attamen manducant.*

PA. Per Pollucem hoc fit hoc modo: ut cullet docte, et perspicaciter!

PE. Sed iidem homines nunquam dicunt, tametsi est appositorum largiter: Jube illud amoveri: tolle hanc patinam, remove pernam: nihil moror. Aufer illam offam penitam: hic conger est bonus frigidus. Remove, abi, aufer. Audias neminem eorum id contendere. Sed producent se, et sese inclinant in mensam dimidio corpore, dum invadunt escas.

PA. Ut bonus vir depinxit graphicè malos mores!

PE. Haud notavi centesimam partem, atque possem proponere, si esset otium.

PA. Igitur oportet inprimis aggredi id de quo agendum est. Nunc advertite mentem ambo. Indigo tuo adjutorio, Periplectomenes: nam ego reperi festivam fallaciam, qua miles tam egregie comatus detondeatur usque ad cutem: et ut

\*\*\*\*\*

B. 1.—159 Parei 3. *hoc, hospes, sumptu.*—160 Pli. sata erant.—162 Pli. et per speciem.—163 Set idem C. et C. 2. unquam C.—164 Jube illud denuo tolli: h. p. r. perdam C.—165 C. C. 2. B. 1. offam porcinam. Mox, B. 1. hinc carcer; C. et C. 2. hinc cancer.—167 Sed percellunt Parei 3. Sed p. sed B. 1. Ven. 1. dimidiatim B. 1.—168 C. decepit; C. 2. et Vat. deseipsit.—169 C. reiūstit; C. 2. rei sistit. B. 1. Ven. 1. exprimere.—170 Parei 3. agitur nunc huic. Pli. et hic.—172 B. 1. lepide.—173 Pli. milesque cæsariatus; B. 1. Ven. 1. miles cæsaria-

#### NOTÆ

in republica; unde ‘proletarius ser- 165 *Offam penitam*] Penis caudam mo, id est, tenuissimæ plebis. significat. De canda porcina, quæ

Huic amanti ac Philocomasio hanc efficiamus copiam,  
Ut hie eam abducat, abeatque. Pe. dari istanc rationem  
volo. 175

Pa. At ego mihi annulum dari istum tuum volo. Pe. quam  
ad rem usui est? [dabo.]

Pa. Quando habeo, igitur rationem mearum fabricarum

Pe. Uttere, accipe. Pa. accipe a me rursum rationem  
doli, [auribus.]

Quam institui. Pl. perpurgatis ambo damus tibi operam

Pa. Herus meus ita magnus moechus mulierum est, ut  
neminem 180

Fuisse adæque, neque futurum credam. Pe. credo ego  
istunc idem.

Pa. Itaque Alexandri præstare prædicat formam suam:

Itaque omnis se ultro sectari in Epheso memorat mulieres,

Pe. Edepol qui te de isto multi cupiunt non mentirier:

Sed ego ita esse, ut dicis, teneo pulchre: proin, Palæ-  
stro, 185

Quam potes, tam verba confer maxume ad compendium.

Pa. Ecquam tu potes reperire forma lepida mulierem,

*efficiamus hanc copiam huic amanti et Philocomasio, ut hic eam abducat, et proficiscatur.* Pe. Volo ut doceas rationem, qua id aggrediaris. Pa. Sed ego volo mihi tradi istum annulum. Pe. Ad quam rem est tibi hoc opus? Pa. Quando habeo, tum ostendam rationem meæ fraudis. Pe. Uttere, accipe. Pa. Accipe etiam a me rationem fraudis, quam meditor. Pl. Te anscultamus ambo auribus pervacuis. Pa. Meus herus est adeo magnus mæchus mulierum, ut putem fuisse neminem, neque futurum, perinde dissolutum. Pe. Ego puto istud idem. Pa. Igitur gloriantur suam pulchritudinem antecellere pulchritudini Alexandri: idcirco dicit omnes mulieres se persequi ultro Ephesi. Pe. Per adem Pollucis complures optant te non mentiri de isto: sed ego scio optimè, id esse sicut loqueris. Itaque Palæstro, contrahe orationem pro viribus. Pa. Nonne

\*\*\*\*\*

*tus, omissus usque.—174 B. 1. Ven. 1. ad philocomasium.—175 B. 1. Ven. 1. dare.  
—176 B. 1. istunc. B. 1. Ven. 1. quam ad rem vis.—177 B. 1. habeo.—178 C. 2.  
rusum.—181 Fuisse atque neque B. 1. Ven. 1. istuc B. 1. Ven. 1. isthunc Pl.  
—182 Post hunc versum in Pl. sequitur, Sed pr. cumbunt in mensam dimidiati petunt; in B. 1. Si procubuit in mensan dimidiatim petunt.—183 Pronomen  
se deest in B. 1. et Ven. 1.—184 B. 1. quid de isto multa? scio te non; Pl. qui*

#### NOTÆ

*est copiosi succi.*

*184 De isto multi cupiunt non mentirier] Id est, multi cupiunt id quod ille  
narrat fieri posse, ut mulieres omnes*

*assectentur. Quasi dicat, spectacu-  
lum esset pulcherum, si omnes fœminæ  
virum unum assectarentur.*

Cui facetiarum cor corpusque sit plenum et doli?

**P.** Ingenuamne, an libertinam? **P.** aequo istuc facio,  
dummodo

Eam des, quæ sit quæstuosa, quæ alat corpus corpore; 190

Cuique sapiat pectus: nam cor non potest, quod nulla  
habet. [succidam,

**P.** Lautam vis, an quæ nondum sit lauta? **P.** siccam,  
Quam lepidissumam potes, quamque adolescentem maxu-  
me. [centulam.

**P.** Habeo eccillam meam clientam, meretricem adoles-  
Sed quid ea usus est? **P.** ut ad te eam jam deducas do-  
mum, 195

Utique eam huc ornatam adducas matronarum modo:

Capite comto, crines vittasque habeat, assimuletque se

Tuam esse uxorem: ita præcipiendum est. **P.** erro,  
quam insistas viam. [maria.

**P.** At scietis: sed ecqua ancilla est illi? **P.** est pri-

potes invenire mulierem venustate egregia, cuius animus et corpus sit refertum  
lepore et fraude? **P.** Visne ingenuam, an libertinam? **P.** Facio perinde eas,  
modo eam suppedites, quæ sit quæstui dedita, quæ nutrit corpus corpore, et cui  
pectus sapiat: nam cor non potest sapere, cum nulla mulier cor habeat. **P.** Pe-  
tisse lautam, an illautam? **P.** Peto siccam, succo plenam, venustissimam  
quam potes, et juvenem inprimis. **P.** Est mihi mea clienta prope, juvenis me-  
retrix; sed in quo potest esse utilis? **P.** Oportet, ut eam deducas jam in ades,  
et ut eam perducas huc habitu matronali. Sunt illi capilli et vittæ capite comto,  
singulque se esse tuam uxorem. Haec sunt præcepta ei danda. **P.** Nondum  
video quod iter inreas. **P.** At videbis; sed quam ancillam habet? **P.** Est egre-

te . . . non metier.—180 Quam potis Pll.—187 Et quam Pll.—188 Cui fallacia-  
rum corpusque B. 1. Cui satiarum corporusque Pll.—189 Pll. atqui istuc; B. 1.  
atqui istuc parvifacio.—192 B. 1. Ven. 1. sic consucidam.—194 Pro meretricem,  
Pll. habent electricem.—195 Set C. 2. Sed te quid usus est C.—196 Itaque Pll.  
et B. 1.—197 B. 1. Ven. 1. rictasque. Mox, habeas B. 1. a in. pr.—198 Tuam  
uxorem esse C. et C. 2.—199 At stetisse haec quæ C. At s. set ecqua C. 2. est

#### NOTÆ

192 *Lautam vis]* Quæ pepererant, lationibus multum utebantur; id ex Amphitryone, et aliis locis videre est; itaque petit Periplectomenes, nrum velit unam quæ pepereit forte, ut plus habeat calliditatis et dolorum ad adjuvandas Palæstrionis fraudes.

*Siccam, succidam]* Siccum duo signi-

ficat, et quæ non sit lauta, id est, quæ non pepererit, et quæ non biberit; quia opus est animo sobrio, et attento ad nectendum militi dolum. *Succidam* significat, et quæ non sit lauta; metaphora a lanis ducta, et quæ sit juvenis, et succo plena ad concitandum cupiditatem gloriosi quidem, sed stolidi militis.

**P.A.** Ea quoque opus est: ita præcipito mulieri, atque ancillæ,

200

Ut simulet se tuam esse uxorem, et deperire hunc militem.

Quasique hunc annulum Faveæ suæ ancillæ dederit: ea porro mihi,

[dio.]

Militi ut darem: quasique ego rei sim interpres. **P.E.** au-

Ne me surdum verbera. **P.A.** tu si audis, ego recte meis

Dabo: a tua mihi uxore dicam delatum et datum, 205

Ut sese ad eum conciliarem: ille ejusmodi est; cupiet miser :

**Qui**, nisi adulterio, studiosus rei nullæ aliae est, improbus.

**P.E.** Non potuit reperire, si ipsi Soli quærendas dares,

Lepidiores duas ad hancce rem, quam ego: age: habe animum bonum.

**P.A.** Ergo accurato et properato opus est: nunc tu ausculta, Pleusides. 210

**PL.** Tibi sum obediens. **P.A.** hoc facito: miles domum ubi advenerit,

Memineris ne Philocomasium nomines. **PL.** quam nominem?

*giæ formæ.* **P.A.** Opus est etiam ea. Jube mulieri, atque ancillæ, ut fingat se esse tuam uxorem, et amare perdite hunc militem, et quasi dederit hunc annulum Faviae suæ ancillæ: Favia vero mihi dederit, ut darem militi: quasi ego sim internumius. **P.E.** Audio; ne me obtunde, quasi surdum. **P.A.** Si tu audis, ego dabo recte militi: dicam ad me esse ullatum, et creditum a tua uxore, ut sese ad eum conciliem; ille est sic factus; infelix cupiditate inflammabitur, qui nulli rei nisi libidini deditus est, nequam. **P.E.** Sol non potest invenire duas magis ad id idoneas, si ipsi dares quærendas, quam ego. Esto bono animo. **P.A.** Igitur oportet fallaciam concinnare et accelerare; nunc tu audi, Pleusides. **PL.** Tibi obtempero. **P.A.** Da operam, ut quando miles advenerit domum, memineris ne appelles suo no-

\*\*\*\*\*

primicacata B. 1. C. et C. 2. est primiata Ven. 1.—200 C. præcipio.—201 C. et perire.—202 B. 1. Ven. 1. annulum famese ancillæ dederit eum porro, omissa mihi; Pll. etiam famese; C. fanoise; C. 2. famasæ.—203 C. sum.—204 B. 1. Ven. 1. verberat: ut si; Pll. verberavit. Al. recte militi.—205 Dabo: tua B. 1. Ven. 1. tuam m. uxorem Pll.—206 Ut sese autem conciliare C. 2. Ut sedeant mecum conciliare C. Ut sed eomet conciliarem al. ap. Parenm.—207 Pll. nulli alia est; B. 1. nulli aliae est.—208 Non potui Pll. reperiri C. C. 2. reperire sub sub sole quærenda res B. 1.—209 Parei 3. quam ego dabo; Gronov. quam ego: habe.—210 Ergo accurras B. 1. Ergo ad curas et properas opus Pll. et propera opus

#### NOTÆ

202 *Faveæ*] Aucilla. Juvenal. Sat. vi. ‘Et Faveam cui det mandata pueram.’

*Delph.*, et *Var. Clas.*

*Plaut.*

3 T

**PA.** Glyceram. **PL.** nempe eandem, quæ dudum constituta est. **PA.** pax ! abi. [men.

**PL.** Meminero : sed quid meminisse id refert? ego te ta-

**PA.** Ego enim dicam tum, quando usus poscet: interea tace. 215

Ut nunc etiam hic agit, actutum partes defendas tuas.

**PL.** Ego eo intro igitur. **PA.** et præcepta sobrie ut cures, face.

*mine Philocomasium. PL. Quam appellabo! PA. Glyceram. PL. Nempe eandem, quæ instructa est jundudum. PA. Sile, abi. PL. Recordabor; sed qui oportet recordari? ego te tamen consulam. PA. Ego monebo tum cum erit opus. Interim sile; ut nunc Periplectomenes sustinet adhuc suas partes, sustine e vestigio tuas. PL. Igitur ego ingrediar in ædes. PA. Fac ut cures diligenter præcepta.*

B. 1.—211 C. huc facito; C. 2. *huc facto.*—212 C. quem nomenem.—213 *Dic eam* B. 1. Ven. 1. *Diceam* C. et C. 2. *Clyceram* Vat. et Parei 3. *abis* C. C. 2. B. 1. Ven. 1.—214 Tria verba, *ego te tamen*, desunt in B. 1.—215 Al. *pro tum*, *habent tamen*. Mox, Pl. *poscit.*—216 *Ut cum etiam* B. 1. C. 2. Ven. 1. *Unus etiam hic aget actutum* al. ap. Pareum; *Et nunc e. hic agit actutum* *partes defendes tuas* al. ibid.—217 *Pro et præcepta*, *quod servant* C. C. 2. B. 1. Ven. 1. al. vett. *ei præcepta* legitur in Parei 3.

#### NOTÆ

213 *Pax*] Non pacem signifiat, sed urbanior formula. est πάξ a Græco, silentii imponendi

---

## ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

### PALÆSTRIÖ, LUCRIO.

**PA.** QUANTAS res turbo ! quantas movco machinas !  
Eripiam ego hodie concubinam militi,  
Si centuriati bene sunt manipulares mei.  
Sed illum vocabo. Heus, Sceledre ; nisi negotium,

**PA.** Ut misceo res ! ut instruo machinas ! Ego subducam hodie meretricem militi, si meæ copia sunt recte instructæ. Sed illum appellabo. Heus, Sceledre ;

#### NOTÆ

3 *Centuriati*] Id est, sub centuri-  
one instructi ad committendum cer-  
tamen. ‘Centurio, as,’ significat in  
centurias distribuere milites.

*Manipulares mei*] Id est, milites  
mei manipuli. Manipulus autem pro-  
prie est tantum aut fœni aut sege-  
tum, quantum manu altera contineri

Progredere ante ædis : te vocat Palæstrio. 5

LU. Non operæ est Sceledro. PA. quid jam ? LU. sorbet dormiens.

PA. Quid sorbet ? LU. illud stertit volui dicere.

Sed quia consimile est, quod stertas, quasi sorbeas.

PA. Echo an dormit Sceledrus intus ? LU. non naso quidem :

Nam eo magnum clamat : tetigit calicem clanculum, 10  
Demisit nardini unam amphoram cellarius.

PA. Echo tu sceleste, qui illi suppomus es, echo !

LU. Quid vis ? PA. qui libitum est illi condormiscere ?

LU. Oculis opinor. PA. non te istuc rogito, scelus.

*si licet per otium, prodi ante ædes: Palæstrio te appellat. LU. Sceledrus non potest auscultare. PA. Quare? LU. Sorbet dormiendo. PA. Quid sorbet? LU. Volui dicere illum stertere. Quia ille qui stertit est similis ei qui sorbet. PA. Echo! an Sceledrus somno indulget in ædibus? LU. Non quidem naso dormit; nam vociferatur naso magnopere. Sicavit furtim scyphum, cellarius exhaustus unam amphoram vini conditi nardo. PA. Echo tu nequam, qui es vicarius promi, echo! LU. Quid vis faciam? PA. Quare liberti illi somnum capere? LU. Oculis, puto. PA. Non a te peto id, nequam! prodi huc: jam occidisti, nisi verum*



5 C. toca ; C. 2. voco.—6 Non opera C. 2. B. 1. Ven. 1. dormes C.—7 C. steterit ; C. 2. et B. 1. sterterit.—8 Diss. quoniam stertas ; C. quod stercas.—11 Demisit B. 1. Ven. 1. Dormis ita arcliminā C. Domi sitam arcliminamporam C. 2. amardiminam B. 1.—13 B. 1. C. 2. quid libitum ; C. quid lubet.—14 C. istic.

#### NOTE

potest, ut altera succidatur. Plinius accipit manipulum, pro fasciculo ejusmodi manipulorum, qualis est segoris, quem vulgo appellamus une gerbe, aut fœni, quem une botte, ou un botteau de foin. Translate dicitur manipulus de manu parva militum. Vegetius scribit manipulum esse contubernium decem militum, sub eodem tentorio degentium, quod coniunctis manibus dimicarent. Vocabantur signiferi manipulorum, et ipsi manipuli, a fœni manipulo, quem defixum hasta Romulo regnante ferebant loco aquilæ, ant aliorum signorum. Crediderim fuisse in legione quavis triginta ejusmodi signa, et inde constabit quot certarent sub sin-

gulis illis signis milites, cum omnium consensu essent in legione, quæ sexaginta erat centuriarum, manipuli trintata. A manipulo dicti sunt manipulares milites, Servio teste, et ipso Ovidio: ‘Pertica suspensos portabat longa maniplos, Unde manipularis nomina miles habet.’ *Manipulares mei*, id est, commandipulares mei, milites ejusdem manipuli.

10 *Tetigit calicem*] Ἐλάρτωσις, proflansit, siccavit calicem.

11 *Demisit*] Cellæ praefectus reliquit amphoram vini obviam.

*Nardini*] Supple ‘vini.’ Veteres enim odoratis vinis delectabantur. Nardus autem et gustum et nares oblectat.

Procede huc : periisti jam, nisi verum scio. 15  
 Promisisti tu illi vinum ? LU. non promsi. PA. negas ?  
 LU. Nego hercle vero : nam ille me vetuit dicere.  
 Neque equidem heminas octo expromsi in urceum,  
 Neque ille hic calidum exhibet in prandium.  
 PA. Neque tu bibisti ? LU. Di me perdant, si bibi, 20  
 Si bibere potui. PA. qui jam ? LU. quia enim obsorbui :  
 Nam nimis calebat, amburebat gutturem.  
 PA. Alii ebri sunt, alii poscam potitant.  
 Bono suppromo et promo cellam creditam !  
 LU. Tu hercle idem faceres, si tibi esset credita : 25  
 Quoniam æmulari non licet, nunc invides.  
 PA. Echo an nunquam promsitus antehac ? responde, scelus :  
 Atque ut tu scire possis, edico tibi,  
 Si falsa dixis, cocio, excruciahere.

*disco. Tu illi eduxisti vinum ? LU. Non eduxi. PA. Inficiaris ? LU. Eo inficias per Herculem : nam ille me prohibuit dicere. Neque equidem eduxi octo heminas in ureum ; neque ille potavit hic calidum per prandium. PA. Neque tu potasti ? LU. Di me perdant, si potavi, si potui potare. PA. Cur ? LU. Quia exsorbui : nam nimis calidum erat, amburebat fauces. PA. Alii sunt temulent, atli bibunt poscam. O cellum creditam bono suppromo et promo ! LU. Certe tu ageres idem, si tibi esset curæ : quoniam non potes imitari, nunc invides. PA. Echo an nunquam eduxit antea ? Responde, nequam ; et ne ignores, tibi dico, si*

Mox, B. 1. rogo.—17 C. me metuit.—18 Neque enim feminas B. 1. Neque equidem feminas Pll. saeminas Ven. 1.—19 C. exivit ; C. 2. et B. 1. exivit ; Ven. 1. exiunt ; al. ap. Pareum, Neque æque illuc eadum exbuiit ; al. ibid. eduxit, vel exbit.—20 Neque tu bivisti Pll. si bibi desunt in B. 1.—21 Pll. potuisti. B. 1. C. et C. 2. quid jam.—22 C. 2. ealervat ; B. 1. calor comburebat ; C. et C. 2. amburebat.—23 Alii ebri C. 2. Alii ebri sunt postquam poterunt B. 1. alii postquam potatum C. alia potest jam pota itum C. 2.—24 B. 1. cella credita.—27 Pll. promisit ; B. 1. an unquam prompsi.—28 Atque tu B. 1. dico C. C. 2. B. 1.—29 Si falsa dicis B. 1. Si palsa dicis votio excrucibaret Pll. cocio deest in B. 1.

## NOTÆ

17 *Vetuit dicere*] Dictum ad risum movendum. Sceledrus enim præcepert Lucrioni ne diceret de amphora vini epota. Urget Palæstrio Lucrionem. Lucrio respondet, Non dicam tibi bibisse Sceledrum, ne dicere enim vetuit. Quod quid est aliud quam dicere, eum bibisse ?

18 *Heminas*] Hemina est dimidia pars sextarii, *un demi-setier*.

19 *Urceum*] Urceus poculum nnius

ferme heminæ.

20 *Calidum exhibet*] Id est, bibit Sceledrus vinum, non ad sedandam sitim ; sed quasi veritus fuisse, ne si lente duxisset, adussisset guttur, scyphos integros absorbet.

21 *Poscam*] Posca est vinum acidum aqua dilutum. Erat autem vinum tenuioris plebeiorum. A ‘poto,’ ‘posca ;’ ut ab ‘edo,’ ‘esca.’

22 *Cocio*] Aulo Gellio est hariolator.

|   |    |
|---|----|
| <b>Lu.</b> Ita vero, ut tu ipse me dixisse delices ;      | 30 |
| <b>Postea</b> sagina ego ejiciar cellaria,                |    |
| <b>Ut</b> tibi qui promat, alium suppromum pares.         |    |
| <b>Pa.</b> Non edepol faciam : age loquere audacter mihi. |    |
| <b>Lu.</b> Nunquam edepol vidi promere : verum hoc erat : |    |
| <b>Mihi</b> imperabat, ego promebam postea.               | 35 |
| <b>Pa.</b> Hui ! illecebrosa ! capite sistebas cadum ?    |    |
| <b>Lu.</b> Non hercle tam istoc valide casabant cadi.     |    |
| Sed in cella est paulum nimis loculi lubrici,             |    |
| <b>Ibi</b> erat bilibris aqualis, hic propter cados.      |    |
| Ea sæpe decies complebatur die.                           | 40 |
| <b>Eam</b> plenam atque inanem fieri maxumam              |    |

mentiaris dabis pœnas. **Lu.** Sic vero, ut tu ipse dicas me dixisse ; postea ego extrudar e cella pingui, ut inducas alium suppromum, qui tibi educat vinum. **Pa.** Certe non agam ; age, loquere mihi secure. **Lu.** Per adem Pollucis nunquam conspicuas sum educere ; sic se res habebat : mihi mandabat, ego educebam postea. **Pa.** Hui ! festive ! invertebas cadum capite ? **Lu.** Per Herculem hoc erat, quod cadi non fundebant vinum tam valide. Sed est in cella locus parum nimis lubricus, erat ibi aqualis duarum librarium juxta cados. Ea impliebatur saepius decies in die. Vidi eam subinde plenam, atque vacuum omnino fieri. Aqualis ultro citro-

\*\*\*\*\*

corio Buchn. ocius Lips. loris Gam.—30 B. 1. ipsemet dixisse dictites.—31 Post sagina B. 1. C. C. 2. eicia Pll.—32 Ut sibi prompseris B. 1. Ven. 1. si promptis alium sub promis paris Pll.—33 Pll. age te loquere ; unde Pareus, age eloquere.—35 Mili imperavat C. 2. Mili imperavit ego pro me postea C. 2.—36 Hic illi celebro B. 1. Ven. 1. Hic illecebrosa C. 2. sistebat cadi C. sistebas cadi B. 1. Ven. 1.—37 C. cessavit cadi ; C. 2. cassavit cadi ; Parei 3. casavant cadi.—38 Sed in c. erat B. 1. Sed in c. erit C. et C. 2.—39 Pll. vilibris avilis.—40 C. complevatur.—41 B. 1. immu-

#### NOTÆ

30 *Delices*] Id est, prodes, indices.

31 *Sagina cellaria*] *Sagina cellaria* de vino in quo plurimum sit virtutis ad vires suppeditandas et lacertos; immo et saginam, sen pinguedinem.

36 *Capite sistebas cadum*] Id est, tenebas in alto cadum, dum Sceledrus exciperet ore hiante vinum quod deflueret.

37 *Casabant cadi*] In Asinaria, ‘Casanti capite incedit ;’ id est, quasi in passus singulos ruituro ex humeris capite. A ‘cado,’ aut ‘quassso’ est hoc ‘caso.’ Id est, non tam

effundebantur cadi, quam si de capite funderetur vinum. Quia scilicet inclinabantur cadi in aqualem, nec humo tollebantur. Id dicit jocando Lucrio additque, est in cella vinaria lubricus locus ad inclinandum cadum facilius.

39 *Bilibris aqualis*] Dnarnum librarium erat, aut ipsum vas, aut vimum quod ipso capiebatur.

41 *Plenam atque inanem maxumam*] Id est, fiebat vicissim et maxime plena, et maxime inanis.

Vidi : bacchabatur hama, casabant cadi.

PA. Abi, abi intro jam : vos in cella vinaria

Bacchanal facitis, jam hercle ego herum adducam a foro.

LU. Perii, excruciat me herus, domum si venerit, 45

Quom hæc facta scibit, quia sibi non dixerim.

Fugiam hercle aliquo, atque hoc in diem extollam malum.

Ne dixeritis, obsecro, huic, vostram fidem.

PA. Quo tu agis? LU. missus sum alio: jam huc revernero.

PA. Quis misit? LU. Philocomasium. PA. abi, actutum redi. 50

LU. Quæso tamen tu meam partem infortunii,

Si dividetur, me absente, accipito tamen.

PA. Modo intellexi quam rem mulier gesserit:

Quia Sceledrus dormit, hunc subcustodem suum

Foris ablegavit, dum ab se huc transiret: placet. 55

Sed Periplectomenes, quam ei mandavi, mulierem

Nimis lepida forma ducit: Dii hercle hanc rem adjuvant.

*que commeabat; fundebant cadi.* PA. Abi, abi in ædes jam, vos agitatis bacchanalia in cella vinaria. Per Herculem ego adducam jam herum a foro. LU. Interii, herus me penis afficiet, si venerit domum, quando sciet hec esse facta quia non sibi aperuerim: me recipiam profecto aliquo, atque differam hanc pœnam in alium atque alium diem: ne huic aperueritis, rogo restraintam fidem. PA. Quo tu vadis? LU. Sum missus alio: jam revertar huc. PA. Quis misit? LU. Philocomasium. PA. Abi, revertere celeriter. LU. Tamen, amabo, tu partire mecum pœnas, si dividantur, me absente. PA. Audiri modo, quid mulier fecerit: quia Sceledrus dormit, foris misit hunc suum subcustodem, dum migraret huc a suis ædibus; placet: sed Periplectomenes adducit mulierem quam ci mandavi, pulchritudine nimis egregia. Per Herculem Dii opitulantur huic negotio. Quum am-



nem. Ven. 1. fieri plenam e summo.—42 Ubi b. avia B. 1. Ven. 1. avia cessabat cadi Pll. cessabat etiam B. 1. quassabant Ven. 1.—43 Abi deest in C.—44 C. adducta fore; C. 2. adductata fore.—45 C. et C. 2. excruciat. 46 Quomodo C. scivit Pll.—47 B. 1. hoc indie. Pll. extollat.—49 Quod tu agis C. Quot tu agis C. 2.—52 Si id videtur C.—54 Pll. huc s. suum.—55 B. 1. C. 2. dum se huc; Pll. dum ab huc. B. 1. C. et C. 2. transire.—57 Di h. h. r. ut juvant B. 1. ut vivant

#### NOTÆ

42 Bacchabatur hama] Hama est quasi jamjam casuri. Et casabant, vas vinarium: dicitur autem bacchari, quia more Baccharum ultro citro- que currit.

42 Bacchabatur hama] Hama est quasi jamjam casuri. Et casabant, id est, inane sonabant; sonnent le vuide. ‘Caso’ est, quasi imitativum verbum a sono cadi inanis.

Casabant cadi] Próni erant cadi,

Quam digne ornata incedit, haud meretricie!

Lepide hoc succedit sub manus negotium.

*bulat honeste ornata, non meretricie! hoc negotium succedit lepide sub manus.*

Ven. 1.—58 Pll. aut meretricie.

### ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

PERIPILECTOMENES, ACROTELEUTIUM, PALÆSTRIÖ,  
MILPHIDIPPA.

PE. REM omnem, Acroteleutium, tibi, tibique, mea Milphidippa,

Domi demonstravi ordine: hanc fabricam fallaciasque  
Minus si tenetis, denuo volo percipiatis plane.

Satis si intelligitis, aliud est quod potius fabulemur.

Ac. Stultitia atque insipientia insulsa atque maxima hæc  
sit, 5

Me ire in opus alienum, aut tibi meam operam pollicitari,  
Si ea in opificina nesciam aut mala esse aut fraudulenta.

PE. At melius est monerier. Ac. meretricem commoneri,  
Quam sane magni referat, mihi clam est! quin ego me  
frustro,

PE. *Tibi ostendi domi signallatim omne negotium, Acroteleutium, et tibi quoque  
mea Milphidippa: si nescitis has technas et fraudes, volo ut rursus accipiatis prorsus:  
si satis cognoscitis, est aliud quod agitemus potius.* Ac. Esset amentia et insania  
insulssissima et maxima, si curarem res alienas, aut tibi promitterem meum  
aurilium, si non sin aut mala aut dolosa in ea opificina. PE. At est satius esse  
monitam. Ac. Mihi non est palam, quam magni referat monitam esse pellicem:

1 *Hem. o. accedere te ut velim mea* B. 1. *una Milph.* Pll.—2 C. C. 2. B. 1. *in  
ordine.*—3 C. *si netetis.*—5 B. 1. Ven. 1. *iusipientia nou fallacia hæc sit;* C.  
*Stultitiaque insipientiam falsa hesit;* C. 2. *St stultitiaque iusipientiam falsa hæc  
sit.*—6 *Me ire Parei 3. Mei rei* Pll.—7 *Si eam opificinam nesciat* C. et C. 2.—  
8 *At melius, omisso est,* B. 1. *At melius* C. 2. *commoveri* C.—9 *Pronomen me*

#### NOTE

6 *Me ire in opus alienum]* Id est, *opus alienum faciendum in me recipere, nisi illius faciendi artem tene-* am. Allegoria ducta ab opificibus, qui sua arte, nou aliena, opera in se facienda recipiunt.

Postquam adbibere aures mæ tuam moram orationis. 10  
Tibi dixi, miles quemadmodum potis esset deasciari.

PE. At nemo solus satis sapit: nam ego multos sæpe vidi  
Regionem fugere consilii, prius quam repertam habuerc.

AC. Si quid faciendum est mulieri male atque malitiose,  
Ea sibi immortalis memoria est meminisse et sempiterna:  
Sin bene quid aut fideliter faciendum est, eo deveniunt, 16  
Obliviosæ extemplo uti fiant, meminisse nequeunt.

PE. Ergo istuc metuo, quo venit vobis faciendum utrumque:

Nam id proderit mihi, militi male quod facietis ambæ.

AC. Dum ne inscientes quid bonum faciamus, ne formida.  
Mala nulla meretrix est, ne pave, pejora ubi convenient. 21

PE. Ita vos decet: consequimini. PA. cesso ego illis obviam ire.

Venire salvom gaudeo: lerido hercle ornatu incedit.

PE. Bene opportuneque obviam es, Palæstrio: hem! tibi assunt,

*quoniam ego memet decepio, ex quo meæ aures accepere tuum sermonem, qui me maturat. Tibi aperui, qua ratione posset frustatim concidi miles. PE. At nullus solus satis est sapiens: nam ego plurimum animadvertis multos nolle dare locum consilio, antequam repererint. AC. Si mulieri est faciendum aliquid male atque malitiose, memoria ejus est immortalis et sempiterna: si agendum est quippiam recte et cum fide, eo deveniunt, ut evadant statim obliviosæ, et non possint recorduri. PE. Ergo timeo id, ne male succedat, quod sit vobis agendum utrumque; nam quod damno afficietis ambæ militem, id mihi erit utile. AC. Ne metue, nisi unum, nempe ne agamus aliquid recti imprudentes. Nulla pellex est nequam, ne time, quando nequiora sese offerunt agenda. PE. Hoc vobis convenit: sequimini. PA. Ego cunctor occurrere illis. Lector te reversum incolumem. Per Herculem Acroteletium ambulat mundo eleganti. PE. Occurris recte et tempestive, Palæstrio:*

deest in B. 1. in sustro C. in frastro C. 2. egomet ultro al. ap. Pareum.—10  
B. 1. meas ad tuam.—11 Pro potis eset, Pl. habent potisset; B. 1. potis est Deas dare; Ven. 1. potis est oleas dare; C. deas daret; alter Pl. assedarei.—  
13 B. 1. et Ven. 1. reperta habuere; Pl. reperta habere; Lamb. haberent.—  
15 Ejus illi al. ap. Pareum.—16 Sin bene aut quid fideliter B. 1. C. C. 2. Ven. 1. unde Pareus conj. Sin bene autem quid, aut, &c. Mox B. 1. Pl. et Ven. 1. faciendum si eadem veniunt.—17 Pl. exemplo.—18 B. 1. et Ven. 1. istuc mecum convenit robis.—19 Pl. mihi militia; B. 1. et Ven. 1. mihi malitia male quod.—20 Dum nescientes B. 1. Dum nescientis quod C. Dum nescientis quid C. 2.—21 C. Mala mulier est ne parcer; C. 2. Mala nulla meretrix est. Mox, pejoribus convenient B. 1. C. C. 2.—23 Venere Pl. lepide h. ornatus C. C. 2. B. 1.—24 C. obvia es, Palestridem; C. 2. Plestridem. Mox, hem deest in B. 1.—

#### NOTÆ

13 Regionem fugere consilii] Locum consilio minime facere.

Quas me jussisti adducere, et quo ornatu. PA. heus!  
noster esto. 25

Palæstrio Acroteleutium salutat. AC. quis hic amabo est,  
Qui tam pro nota me nominat? PE. hic noster architectus  
est. [hic te

AC. Salve, architecte. PA. salva sis: sed dic mihi, eequid  
Oneravit præceptis? PE. probe meditatum utramque duco.

PA. Audire cupio, quemadmodum: ne quid peccetis, paveo.

PE. At tua præcepta: de meo nihil his novom apposivi. 31

AC. Nempe ludificari militem tuum herum vis? PA. elo-  
cuta es. [est.

AC. Lepide et sapienter, commode et facete res parata

PA. Atque hujus uxorem esse te volo assimulare. AC.  
fiet.

PA. Quasi militi animum adjeceris, simulare. AC. sic  
futurum est. 35

PA. Quasique hæc res per me interpretem, et tuam ancil-  
lam geratur.

AC. Bonus vates poteras esse: nam, quæ sunt futura, dicis.

*ecce tibi præsto sunt ea quas me imperasti adducere, et eo ornatu quo volnisti.*  
 PA. Heus! esto noster. Palæstrio salutem dicit Acroteleutio. AC. Quis est hic,  
*quæso, qui me appellat nomine tanquam notum?* PE. Hic est noster architectus.  
 AC. Salve, architecte. PA. Sis salva. Sed dic mihi, numquid Periplectomenes te  
*oneravit monitis?* PE. Vobis sisto utramque optime doctam. PA. Opto accipere  
*quomodo sit meditata, timeo ne erretis in aliquo.* PE. Sed sunt tua mandata,  
*nihil addidi his de meo.* AC. Nimurum vis militem tuum herum ludificari? PA.  
*Res est ita, ut tu dixisti.* AC. Res est instructa prudenter et festive, commode et  
*jucunde.* PA. Et cupio fingere te esse hujus uxorem. AC. Fiat. PA. Simula-  
*te adjecisse animum militi.* AC. Faciam sic. PA. Et quasi res fiat per me in-  
*terpretem, et tuam ancillam.* AC. Poteras esse bonus vates; nam divinas ea qua-



25 Quas ne Pll. et equo orta C. et C. 2.—26 B. 1. hic homo est.—27 Quid tam  
 pro notam mittat notum C. me deest in B. 1.—29 C. ducam.—31 Ad tua al. ap.  
 Pareum. Mox, his posui, omissio novom, C. his novom ut posui C. 2.—32 C.  
 exlocutus; C. 2. exlocuta es; al. ap. Pareum rem locuta est.—33 B. 1. res pa-  
 ratæ, omissio est; Pll. res parate.—34 Verbum esse deest in B. 1. adsimulari  
 Pll. fiat C. et C. 2.—35 Verbum est deest in B. 1.—36 Quasi hæc B. 1. Ven.  
 1. res est C. æres ast C. 2. ancillam ejeceretur C. ancilla ceretur C. 2. ancillam  
 curetur B. 1. Ven. 1.—37 Pll. num qui; al. cum qui; B. 1. Ven. 1. futura vides;

#### NOTÆ

25 *Heus! noster esto]* Ad Peri- trum angeas, et e nobis sis.  
 plectomenem directa oratio, quasi di- 27 *Noster architectus est]* Id est,  
 cat, Opportune ades, ut cœtum nos- initæ fraudis inventor.

**P.A.** Quasique annulum hunc ancillula tua abs te detulerit ad me,

Quem ego militi darem tuis verbis. Ac. vera dicis.

**P.E.** Quid istis nunc memoratis opus est, quæ commemorare? Ac. melius' st: 40

Nam, mi patrono, hoc cogitato: ubi probus est architectus,  
Bene lineatam si semel carinam collocavit,

Facile esse navem facere, ubi fundata et constituta est.

Nunc hæc carina satis probe fundata et bene statuta est.

Assunt fabri architectique a me, a te, haud imperiti. 45

Si non nos materiarius remoratur, quod opus' st, qui det,  
Novi indolem nostri ingenii; cito erit parata navis.

**P.A.** Nempe tu novisti militem meum herum? Ac. rogare mirum est.

Populi odium quid ni neverim? magnidicum, cincinnatum,  
Mœchum unguentatum. **P.A.** num ille etiam te novit? Ac. nunquam vidit: 50

Qui neverit me, quis ego sim? **P.A.** nimis lepide fabulare.

sunt futura. **P.A.** Et quasi tua ancillula ad me attulerit hunc annulum abs te, quem ego deferrem ad militem tuis verbis. Ac. Dicis vera. **P.E.** Quid opus est nunc commemoratione horum, quorum recordatae sunt? Ac. Id præstat: nam hoc recordare, mi patrono: quando architectus est peritus, si semel bene directam carinam posuit, esse facile facere navem, ubi est fundata et collocata. Nunc hæc carina est fundata satis stabiliter et bene constituta: adsunt fabri et architecti a me et a te conducti, haud parum industriosi: si materiarius non tardat suppeditare quod opus est quod det; novi nostrum animum, navis erit brevi instructa. **P.A.** Nempe tu scis qualis sit miles meus herus? Ac. Miror quod a me petas; cur non neverim hominem invisum omnibus, vaniloquum, calamistratum, adulterum, unguentis delibutum? **P.A.** Num te norit ille etiam? Ac. Nunquam vidit: quomodo neverit quis ego sim? **P.A.** Garris nimis festive! Poterit fieri multo festivius.



al. ap. Pareum *futura videas*.—38 B. 1. *tua ad me*; Pl. *tua a me*.—39 Parei 3. *nunc vera dicis*.—40 Voc. *meliu'st deest* in B. 1.—43 Copula *et deest* in B. 1. C. C. 2.—44 *Nunc hic carina Pl. satis profundata est et statuta est* B. 1. *at probe fundata et, &c.* Pl.—45 *At sunt ebri architecti* B. 1. Ven. 1. *At sunt ebri architecti* C. Adsunt muliebria architectique Pl. eabri architectique C. 2. quæ a te umant ut imperiti B. 1. quæ te amant ut imperiti Ven. 1. a te amant imperiti C. qui te amant cum imperiti al. ap. Pareum.—46 Pronomen *nos deest* in edd. quibusdam vett. quod opus qui det Pl. *ad opus quidem* B. 1. Ven. 1.—48 B. 1. Ven. 1. *rogare mirus*.—49 C. 2. *quin ni*. Mox, B. 1. C. 2. Ven. 1. *magnum dicunt*; C. 2. *magnum illum*.—50 B. 1. *ille etiam norit*; C. illa eam novit; C. 2.

#### NOTÆ

42 *Bene lineatam carinam*] Delineatam. Allegoria ducta ab architecto navis.

Eo potuerit lepidius pol fieri. Ac. potine ut hominem  
Mihi des? quiescas cetera: ni lepide ludificata  
Ero, culpam omnem in me imponito. Pa. agite igitur, in-  
tro abite,

Insistite hoc negotium sapienter. Ac. alia cura. 55  
Pa. Age, Periplectomene, has nunc jam duc intro, ego ad  
forum illum

Conveniam, atque illi hunc annulum dabo, atque prædicabo  
A tua uxore mihi datum esse, eamque illum deperire.  
Hanc ad nos, cum extemplo a foro veniemus, mittito tu,  
Quasi clanculum ad me missa sit. Pe. faciemus: alia  
cura. 60

Pa. Vos modo curate: ego illum probc jam oneratum huc  
accibo. [plane,

Pe. Bene ambula, bene rem gere: at egone hoc si efficiam  
Ut concubinam militis meus hospes habeat hodie,  
Atque hinc Athenas abeat; si hodie hunc dolum dolamus,  
Quid tibi ego mittam muneris? Ac. datne ab se mulier  
operam? 65

Ac. Potesne mihi dare hominem? ceterum quiesce; nisi illi illusero facete, refunde  
in me omnem culpam. Pa. Agite itaque; intravite, urgete hanc rem collide. Ac.  
Cura alia. Pa. Age, Periplectomene, duc illas domum nunc, ego ibo ad illum ad  
forum, atque illi dabo hunc annulum, atque affirmabo mihi esse datum a tua uxore,  
eumque ab illa deperiri; tu mitte hanc statim ad nos, quando revertemur a foro,  
quasi ad me missa sit occule. Pe. Agemus: eura aliis res. Pa. Vos curate  
haec: ego illum adducam huc mox egregie onustum. Pe. Bene rade, gere rem  
bene. Sed si ego id assequar prorsus, ut meus hospes habeat hodie meretricem  
militis, atque hinc remigret Athenas; si instructa sit recte hodie haec fraus,  
quod ego ad te mittam præmium? Ac. Mulier facitne suo Marte? Pa. Fes-

\*\*\*\*\*

*illa et anam novit.—52 Eo potiverim C. et C. 2. Eo poterit rerum lepidius B.  
1. Ven. 1.—53 Parei 3. ni illum; C. C. 2. B. 1. Ven. 1. ni ludificata lepide.  
—54 Per culpam Ven. 1. Ero deest in B. 1. me inponito Pll.—56 Pro  
has nunc jam, C. habet adnuntiam.—57 C. hoc anulum.—58 Al. mihi uxore.  
Mox, Pll. eam quam illum.—59 Hecad nos C. Ha oīd nos C. 2. quam ex templo  
B. 1. Mox, tu deest in eodem codice.—60 Pll. admissæ sit; B. 1. admissa  
sit.—61 C. acibo; C. 2. aciebo.—62 Pll. gerat ego nec. Mox, B. 1. hoc ef-  
ficiam.—63 Athenas archat Donz. Athenas habeat Pll. si deest in B. 1. C. et C. 2.*

#### NOTÆ

61 *Oneratum*] Clitellis videlicet. Id joco dicit; neque enim ejus, qui  
Notum est ex superioribus.

65 *Quid tibi ego mittam muneris?*] cipere.

**P.** Lepidissume et comissume. Ac. confido confuturum.  
Ubi facta erit collatio nostrarum malitiarum,

Haud vereor, ne nos subdola perfidia pervincamur.

**P.** Abeamus ergo intro, hæc uti meditemur cogitate :  
Nequid, ubi miles venerit, titubetur. Ac. tu morare, 70  
Ut accurate et commode, hoc quod agendum est, exequa-  
mur.

tive omnino et comiter. Ac. Spero fore, ut res ex voto fluat : quandoquidem nostræ nequitiae conferuntur in unum, non timeo ne nos convincamur fraude et dolo. **P.** Ingrediamur ergo in ædes, ut agitemus hæc animo, ne in aliquo titubemus, quando Miles aderit. Ac. Tu nos retardas, ut perficiamus diligenter et commode hoc quod faciendum est.

\*\*\*\*\*

—65 **B.** 1. des ne alia mulieri ; **Pli.** dantne ab si mulier.—66 *Lepidi* sunt et **B.** 1. *C.* Ven. 1. *comi* sunt **B.** 1. *comes* sunt *Ven.* 1. *jam futurum* **B.** 1. *Ven.* 1. *cum futurum* **C.** et **C.** 2.—67 **Pli.** **B.** 1. *militiarum*.—68 Aut vereor **Pli.**—69 *Habemus* **C.** et **C.** 2.—70. 71. Hos vss. transponit Gulielm. *agendum est : se- quamur* **B.** 1. et *Ven.* 1.

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

PYRGOPOLINICES, PALÆSTRIÖ.

**PY.** VOLUP est quod agas, si id procedit lepide et ex sententia.

Nam ego hodie ad Seleucum regem misi parasitum meum,  
Ut latrones, quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret,  
Qui ejus regnum tutarentur, mihi dum fieret otium.

**PA.** Quin tu tuam rem cura potius, quam Seleuci: quæ tibi Conditio nova et luculenta fertur per me interpretem ! 6

**PY.** Immo omnes res posteriores pono, atque operam do tibi.

Loquere: aures meas profecto dedo in ditionem tuam.

**PY.** Id quod agis est jucundum, si id succedit bene et ex animo. Ego misi hodie meum parasitum ad regem Seleucum, ut duceret hinc milites quos conduxi ad Seleucum, qui tueantur ejus imperium usque eo diu esset otium eundi ad eum. **PA.** Quin tu cura potius tuam rem, quam Seleuci: hoc consilium novum et egregium tibi datur per me internuntium. **PY.** Immo postpone omnia, et te audio. Loquere: certe committo meas aures tuo arbitrio. **PA.** Circumspice, ne quis au-

\*\*\*\*\*

<sup>1</sup> Volupe **B.** 1. Voluptas **C.** agam **B.** 1. et deest in eodem codice. Mox, at sententia **Pli.**—2 Seleanticum **C.**—3 **C.** et **C.** 2, ducere.—4 Quid **Pli.**—8 **C.** et

**PA.** Circumspicito dum, ne quis nostro hic aucep̄ sermoni siet;

Nam hoc negotii clandestino ut agerem, mandatum 'st mihi.

**PY.** Nemo adest. **PA.** hunc arrhabonem amoris primum a me accipe. 11

**PY.** Quid hic? unde est? **PA.** a luculenta atque a festiva fœmina,

Quæ te amat, tuamque expetissit pulchram pulchritudinem: [dedit.]

Ejus nunc mihi annulum ad te ancilla, porro ut deferrem,

**PY.** Quid? can' ingenua, an festuca facta e serva libera est?

**PA.** Vah! egone ut ad te ab libertina esse auderem inter-  
nuntius, 16

Qui ingenuis satis respondere nequeas, quæ cupiunt tui!

**PY.** Nupta ea est, an vidua? **PA.** et nupta et vidua. **PY.** quo pacto potis [cum sene.]

Vidua et nupta esse eadem? **PA.** quia adolescens nupta est

**PY.** Euge! **PA.** lepida et liberali forma est. **PY.** cave mendacium. 20

*cupetur nostrum sermonem; nam est mihi imperatum mandatum ut tractem occulte hoc negotium.* **PY.** Nemo adest. **PA.** Primo accipe a me hoc pignus amoris. **PY.** Quid hic annulus? unde est? **PA.** A præclara atque jucundissima fœmina, quæ te deperit, expetitque tuam egregiam pulchritudinem: ejus ancilla mihi dedit modo annulum, ut ad te deferrem. **PY.** Quid? estne ea ingenua, an est facta libera e serva, vindicta? **PA.** Vah! ut ego audeam esse internuntius ad te ab libertina! tu qui non valeas respondere salis ingenuis quæ te depereunt! **PY.** Est illa nupta, an vidua? **PA.** Et nupta et vidua. **PY.** Quomodo potest esse et conjugata et vidua? **PA.** Quia est uolescens, et nupta cum sene. **PY.** Euge! **PA.** Est festiva et egregia forma. **PY.** Cure ne mentiaris. **PA.** Illa est digna una

\*\*\*\*\*

C. 2. dido in d. tuam.—9 Circumspicito cunnequis Pll. sit Pll.—10 B. 1. Ven. 1. mdatur mihi.—11 Pro amoris, Pll. habent moris.—12 Quid hic? aut unde 'st Parei 3. ac festiva B. 1.—13 C. cumque exp. C. 2. tumque exp. B. 1. tum quasi expetiscit.—14 C. et C. 2. deferret.—15 Quid ea ingenua hac festuca facta serva an libera est B. 1. Quid ea ingenua ac f. facta servo re libera est Pll. Quid ea? i. an f. facta? serva an libera? al. ap. Pareum.—16 Vu ego me C. 2. ut abs te Pll. audere C. et C. 2.—17 B. 1. factis responsaret neque absque cupit uti; C. responderet nequeas capiti uti; C. 2. Quin genus satis responsaret nequeasque cupit uti.—18 Nupta ista an B. 1. Nuptan'st vidua C. Nuptan istan vida C. 2.—19 C. esse idem; C. 2. ē èadem. Mox, Pll. qui a. n. est; B. 1. quia a. n. sit.—

#### NOTÆ

15 Festuca] Id est, vindicta, quæ a prætore adhiberi solita. Sic vocat virga erat manumittendis hominibus et Persius.

**P.A.** Ad tuam formam illa una digna est. **P.Y.** hercle pulchram prædicas.

Sed quis ea est? **P.A.** senis hujus uxor Periplectomeni in proxumo,

Ea demoritur te, atque ab illo incipit abire: odit senem.

Nunc te orare atque obsecrare jussit, uti tui copiam

Sibi potestatemque facias. **P.Y.** cupio hercle equidem, si illa volt. 25

**P.A.** Quæ cupit! **P.Y.** quid illa faciemus concubina, quæ domi est?

**P.A.** Quin tu illam jube abs te abire, quo lubet: sicut soror Ejus huc gemina venit Ephesum, et mater, arcessuntque eam. [qui sciunt.]

**P.Y.** Ain' tu, advenit Ephesum mater ejus? **P.A.** aiunt,

**P.Y.** Hercle occasionem lepidam, ut mulierem excludam foras. 30

**P.A.** Immo vin' tu lepide facere? **P.Y.** loquere, et consilium cedo. [tiam?]

**P.A.** Vin' tu illam actutum amovere, a te ut abeat per gra-

**P.Y.** Cupio. **P.A.** tum te hoc facere oportet: tibi divitiarum affatim est: [mulieri,

Jube sibi aurum atque ornamenta, quæ illi instruxisti Dono habere, auferreque abs te quo lubeat sibi. 35

tua pulchritudine. **P.Y.** Per Herculem tu dicis esse pulchram; sed quæ est ea? **P.A.** Uxor hujus senis Periplectomenis vicini: ea te deperit et incipit discedere a viro: aversatur scenam. Jussit modo me te orare et obsecrare, ut sibi facias tui copiam potestatemque. **P.Y.** Per Herculem cupio, si illa cupit. **P.A.** Si cupit? **P.Y.** Quid faciemus de illa concubina, quæ est domi? **P.A.** Quin tu impera illam profici abs te, quo volet: ut ejus soror gemina venit huc Ephesum, et mater, et eam arcessunt. **P.Y.** Dicisne tu ejus matrem venisse Ephesum? **P.A.** Dicunt, qui sciunt. **P.Y.** Per Herculem pulchram occasionem ut ejiciam mulierem foras! **P.A.** Immo visne tu lepide facere? **P.Y.** Loquere, et da consilium. **P.A.** Visne tu illam dimittere statim, ut abeat a te per gratiam? **P.Y.** Volo. **P.A.** Oportet te facere hoc. Tibi est satis opum, jube eum sibi dono habere aurum atque ornamenta, quibus ornasti illam mulierem, et sibi auferre a te

21 Pll. pulcrum.—22 Sed qui hec'st C. si proxumo Pll.—23 B. 1. ab illo cepit; C. adque a. i. incipit; C. 2. atque a. i. ocpit.—24 C. uti eam eupiam; C. 2. uti eam capiam; B. 1. ut tui copiam.—26 Quæ ne cupit al. ap. Pareum. Mox, illam f. concubinam quando misit C. illa f. concubinam quando mist C. 2.—27 Pll. quolibet.—28 Ejus gemina B. 1. Ejus ugeminam venite Pll.—29 Eon'tu Pll. mater œvius C. et C. 2.—30 Lamb. extrudam foras.—32 C. a te ut habeant; C. 2. a te ut habeat.—34 Jube sis al. ap. Pareum. instruxit Pll. instruxti Parei

**PY.** Placet, uti dicis : sed ne istanc amittam, et haec mutet fidem, [amet!]

**Vide modo.** **PA.** vah delicatus, quæ te tanquam oculos

**PY.** Venus me amat. **PA.** st, tace ! aperiuntur fores : con-  
cede huc clanculum.

Hæc celox illius est, quæ hic egreditur internuntia.

**PY.** Quæ hæc celox ? **PA.** ancillula illius est, quæ hic  
egreditur foras, 40

Quæ annulum istunc attulit, quem tibi dedi. **PY.** edepol  
hæc quidem [cium.

Bellula est. **PA.** pithecum hæc est præ illa et spinturni-

Viden' tu illam oculis venaturam facere, atque aucupium  
auribus ?

*quo lubeat ? PY. Plaeet uti dicis; sed vide modo ne amittam istam, et hæc mutet fidem. PA. Vah jocaris, quæ te amet velut oculos ! PY. Venus me amat. PA. Sile ! reserantur fores ; concede huc occulse : hæc est celox illius, quæ egreditur, est illius internuntia. PY. Quæ est celox ? PA. Est illius ancil- lula, quæ egreditur huc foras, quæ attulit istum annulum quem tibi dedi. PY. Per Herculem hæc est bellula. PA. Hæc est pythecum et spinturnicum præ illa. Videsne illam venari oculis, et aucupari auribus ?*

\*\*\*\*\*

3.—35 *Dones h. auferre* B. 1. *auferret C. et C. 2. quo jubeat C. quod jubeat C. 2. quod lubeat B. 1.—36 P. ut dicis B. 1. istum Pil. et deest in C. 2.—37 C. quæ etiam oculos meos, omissis tanquam et amet.—38 B. 1. Ven. 1. at tace ; Pil. ast tace.—39 Verbum est deest in C. quæ deest in codem codice.—40 C. fo- ris.—42 Bellulast B. 1.*

#### NOTÆ

39 *Celox*] Velox navigii genus. 42 *Pithecum et spinturnicum*] Dno vocabula a veteribus adhiberi solita signem connotandam : illud a πλοηξ, simia ; hoc a ‘spinturnix,’ quæ est inauspicata avis.  
ad turpitudinem vultus et formæ in-

### ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

MILPHIDIPPA, PYRGOPOLINICES, PALÆSTRIÖ.

**Ml.** JAM est ante ædis circus, ubi sunt ludi faciendi mihi ?

**Ml.** Circus, ubi mihi faciendi sunt ludi, estne jam ante ædes ? Dissimulabo,

#### NOTÆ

1 *Circus*] Alludit Milphidippa ad Indos Circenses ; quasi locus, in quo est Indificatura militem, sit instar circi, loci videlicet in quo exhibe-  
tar ludi ad oblectationem populi Ro- mani.

Dissimulabo, hos quasi non videam, neque esse hic etiam dum sciam.

**PY.** Tace: subauscultemus, ecquid de me fiat mentio.

**Ml.** Num quis nam hic prope adest, qui rem alienam potius curet quam suam?

Qui aucupet me, quid agam? qui de vesperi vivat suo? 5

Eos nunc homines metuo, mihi ne obsint, neve obstent uspiam, [poris est,

Domo si ibit, ac dum huc transibit, quæ hujus cupiens cor-

Quæ amat hunc hominem nimium lepidum, et nimia pulchritudine [perit?]

Militem Pyrgopolinicem. **PY.** satin' hæc quoque me de-  
Mcam laudat speciem: edepol hujus sermones haud cine-  
rem queritant. 10

**PA.** Quo argumento? **PY.** quia enim loquitur laute et  
minime sordide: [fœmina.

Tum autem illa ipsa est nimium lepida, nimisque nitida  
Hercle vero jam allubescit primulum, Palæstrio.

*quasi non videam hoc, neque sciam esse hic etiamnum. PY. Tace: auscultemus mentionem quam faciet de me. Ml. Nonne est hic prope aliquis, qui curet potius rem alienam quam suam? qui aucupetur quid faciat? qui vivat vesperi de sua re? Timeo illos homines ne mihi obsint nunc, neve obstant uspiam, dum proficiscetur domo, et huc transeat, ea quæ cupit ejus corpus, quæ amat hunc hominem militem Pyrgopolinicem, magnopere lepidum, et egregia forma. PY. Hæc quoque me satis amat, laudat meam formam; hujus oratio non postulat cinerem. PA. Quare? PY. Quia loquitur terse et nitide: tum autem illa fœmina est valde lepida, et valde lauta. Per Herculen illa incipit jam placere, Palæstrio. PA. Amasne ancillam,*

\*\*\*\*\*  
 1 B. 1. *Ven. 1. hircus ubi est ludificandus;* Pll. et Scal. *ludificandi.*—3 Al. ecqua.—4 C. *hic properat est;* al. ap. Pareum, *hic prope abest.*—5 Qui a. me quique quidem vesperi B. 1. quid aquam quidem resperi Pll.—6 Pro obsint, C. habet obte; C. 2. obter.—7 Domus ibit C. 2. *Domina si domo huc transibit* al. ap. Pareum; *tranivit* Pll. *transivit atque hujus B. 1. corporist* C. et Parei 3.—8 C. *nimirum pulcritudinem.*—9 C. *satin hoc.*—10 C. *aut emerem queritat.*—11 Quo hoc Parei 3. *loquitur laudem* C.—12 Tum autem ipsa nimium C. *Tum*

#### NOTÆ

5 *Qui de vesperi vivat suo]* Qui e re sua sibi paret cibos: vespertinum vero tempus notatur, et non matutinum, aut alia quævis hora ad cœnam, quia videlicet reliquæ comediones ad vespertinam usque, aut nullæ erant, aut erant privatim a singulis

familiaribus fieri solitæ. Communis erat omnis familiae vespertina, unde cœna a vocabulo Græco κοίνη, id est, communis comestio.

10 *Haud cinerem queritant]* Id est, non egent cinere defricari, ut nitidores clarioresque fiant.

**PA.** Priusne, quam illam oculis tuis? **PY.** video id, quod credo tibi.

Cum hæc locuta, illam autem absentem subigit me ut amem. **PA.** hercle hanc quidem 15

Nihil tu amassis: mihi hæc desponsa est: tibi si illa hodie nupserit, [dubitas colloqui?

Ego hanc continuo uxorem ducam. **PY.** quid ergo hanc **PA.** Sequere hac me ergo. **PY.** Pedissequus tibi sum.

**Ml.** utinam, cuius causa

Foras sum egressa, conveniendi mihi potestas eveniat!

**PA.** Erit; et tibi exoptatum obtinget: bonum habe animum, ne formida: 20

Homo quidam est, qui scit, quod quæris, ubi sit. **Ml.** quem ego hic audivi? [rium.

**PA.** Socium tuorum consiliorum, et participem consilia-

**Ml.** Tum pol ego, id quod celo, haud celo. **PA.** immo, etiamsi non celas. [fide.

**Ml.** Quo argumento? **PA.** infidos celas: ego sum tibi firma

**Ml.** Cedo signum, si harunc Baccharum es. **PA.** amat mulier quædam quendam. 25

priusquam dominam rideris tuis oculis? **PY.** Video tuis oculis, quod a te dictum credo. Quando autem ancilla loquitur, me cogit ut amem dominam absentem. **PA.**

Per Herculem, ne hanc ames; hæc mihi est desponsa: si domina tibi nupserit hodie, ego statim ducam hanc uxorem. **PY.** Quare igitur moraris illam alloqui?

**PA.** Sequere me igitur hac. **PY.** Sum tuus pedissequus. **Ml.** Utinam mihi contingat potestas conveniendi ejus, cuius causa sum egressa foras. **PA.** Erit; et optatum tibi eveniet: habe bonum animum, ne time: est quidam homo qui scit ubi sit quod quæris. **Ml.** Quem ego audiri hic? **PA.** Socium tuorum consiliorum et participem. **Ml.** Per Pollicem, si ita est, ego non celo id quod celo. **PA.**

Immo tametsi non celas. **Ml.** Quomodo? **PA.** Celas infidos; sed ego tibi sum inconcussa fide. **Ml.** Cedo signum, si es ex nostris Bacchis. **PA.** Quædam mu-

autem ipsa est nimium C. 2. itidem femina PII.—14 C. iliam oculis.—15 Tum h. l. illam a. absens B. 1. elocutam illam PII. Quid illa autem absens, quom hæc locuta subigit Bipont. Ecceum hæc locutam al. Cum hæc celox tam bella: illa autem absens al. ap. Pareum.—16 C. 2. desponsatast.—17 Ego hac C.—19 Foris sum C.—23 Parei 3. immo ita etiamsi; C. immo et etiamsi; B. 1. immo etiam sed non, &c.—24 B. 1. infido. C. firma fides; C. 2. firme fides; B. 1. firme fide-

#### NOTÆ

25 Cedo signum, si harunc Baccharum es] Allegoria a sacris Bacchi, quæ in vulgns efferre quoniam nefas erat: nemini licebat de iis verba fa-

cere, nisi interposito signo, quo constat eum, quo cum de iis sermo esset, esse initiatum sacris, et de Baccharum numero.

- M<sub>1</sub>. Pol istuc quidem multæ. P<sub>A</sub>. at non multæ de digito  
donum mittunt. [palam rem.]
- M<sub>1</sub>. Enim cognovi nunc: fecisti modo mihi ex proclivo  
Sed hic numquis adest? P<sub>A</sub>. vel adest; vel non. M<sub>1</sub>.  
cedo te mihi solæ solum.
- P<sub>A</sub>. Brevin' an longinquo sermone? M<sub>1</sub>. tribus verbis.  
P<sub>A</sub>. jam ad te redeo.
- P<sub>Y</sub>. Quid? ego hic astabo tantisper cum hac forma, et  
factis sic frustra? 30
- P<sub>A</sub>. Patere, atque asta: tibi ego hanc do operam. P<sub>Y</sub>.  
properando excrucior.
- P<sub>A</sub>. Pedetentim: tu hæc scis, tractari ita solere hasce hu-  
jusmodi merces.
- P<sub>Y</sub>. Age, age, ut tibi maxume concinnum est. P<sub>A</sub>. nul-  
lum est hoc stolidius saxum.
- Redeo ad te: quid me voluisti? M<sub>1</sub>. quo pacto hoc  
dudum accepi,
- Istuc fero ad te consilium. P<sub>A</sub>. quasi hunc depereat.  
M<sub>1</sub>. tenco istuc. 35
- P<sub>A</sub>. Collaudato formam et faciem, et virtutes commemo-  
rato. [demonstravi.]
- M<sub>1</sub>. Ad eam rem habeo omnem aciem, tibi ut dudum

*tier amat quandam. M<sub>1</sub>. Per Pollucem multæ mulieres amant. P<sub>A</sub>. At non  
multæ mittunt annulum dono detractum de digito. M<sub>1</sub>. Nam cognovi modo; mihi  
patefecisti id ulro; sed adestne aliquis hic qui subauscultet? P<sub>A</sub>. Vel adest, vel  
non. M<sub>1</sub>. Da te solum mihi soli. P<sub>A</sub>. Brevine, an longo sermone? M<sub>1</sub>. Tribus  
verbis. P<sub>A</sub>. Jam revertor ad te. P<sub>Y</sub>. Quid? ego astabo hic vel minimum otiosus,  
hac tum egregia forma præditus, et factis clarus? P<sub>A</sub>. Mane, atque asta; ego  
tibi do hanc operam. P<sub>Y</sub>. Excrucior accelerando. P<sub>A</sub>. Placide! tu scis hasce  
ejusmodi merces solere sic tractari. P<sub>Y</sub>. Age, age, sicut tibi est maxime conve-  
niens. P<sub>A</sub>. Est nullum saxum hebetius hoc. Revertor ad te: quid mihi roluisti  
dicere? M<sub>1</sub>. Ad te fero illud consilium, quo pacto hoc accepi dudum. P<sub>A</sub>. Quasi  
hunc depereat. M<sub>1</sub>. Scio illud. P<sub>A</sub>. Lauda pulchritudinem et vultum, et recense  
virtutes. M<sub>1</sub>. Habeo omnem vim mentis ad eam rem conversam, ut tibi demon-*

*lis.—25 Cedo signum si hoc verum est B. 1. Ven. 1.—27 B. 1. et Pll. ex p. pa-  
trem; Gulielm. ex p. planam.—28 C. vel est, vel non. C. 2. solæ solum esse; C.  
mihi si solrem; B. 1. mihi soli solum.—30 Quid ergo C. Mox, B. 1. sic sic frus-  
tror; C. sit frustram; C. 2. si sic frustum.—31 B. 1. atque ita. Mox, propera-  
dum excrucior Colv. properandum exc. al. ap. Pareum; propera standa exc. al.  
ibid.—32 Pedetemptim Pll. tractore soles B. 1. sole C. soles etiam C. 2.—  
33 B. 1. concinnus.—34 Verba, quid me .... Istuc fero ad te, desunt in B. 1.  
et Ven. 1. hoc cilium accepi C. hoc cilium apeli C. 2.—35 Utile istuc fero Parei*

- PA. Tu cetera cura et contempla, et de meis venator verbis.  
 PY. Aliquam mihi partem hodie operæ des denique : jam tandem ades illico.  
 PA. Assum : impера, si quid vis. PY. quid illæc narrat tibi ? PA. lamentari 40  
 Ait illam miseram, cruciari, et lacrumantem se afflictare,  
 Quia tis egeat, quia te caret: ob eam rem huc ad te missa 'st.  
 PY. Jube adire. PA. at scin', quid tu facias? face te fastidii plenum,  
 Quasi non lubeat: me inclamato, quia sic te volgo volgem.  
 PY. Memini, et præceptis parebo. PA. voco ergo hanc, quæ te quærit ? 45  
 PY. Adeat, si quid volt. PA. Si quid vis, adi, mulier.  
 MI. Pulcher, salve.  
 PY. Meum cognomentum quis commemoravit? Di tibi dent quæ optes.  
 MI. Tecum ætatem exigere ut liceat. PY. nimium optas.  
 MI. Non me dico,  
 Sed heram meam, quæ te demoritur. PY. multæ aliæ idem istuc cupiunt,  
 Quibus non est copia. MI. ecastor haud mirum, si te habeas carum, 50

*stravi jam dudum.* PA. Tu cura et considera cetera, et venare de meis verbis. PY. Da mihi tandem hodie aliquam partem operæ : tandem ades statim. PA. Assum : jube si vis uliquid. PY. Quid tibi narrat illa? PA. Ait se miseram lamentari, cruciari, et se afflictare lacrymantem, quia te caret; ob eam rem missa est huc ad te. PY. Jube venire. PA. Sed scisne quid tu facias? fac te plenum fastidii, quasi non lubeat: inclamato me, quia sic vulgem te vulgo. PY. Recordabor, et obtemperabo præceptis. PA. Igitur accesso hanc quæ te quærit? PY. Adeat, si vult aliquid. PA. Mulier adi, si quid vis. MI. Formosar, salve! PY. Quis docuit hanc meum cognomen? Di tibi dent quæ optes. MI. Ut detur degere vitam tecum. PY. Optas nimium. MI. Non dico me, sed meam herum, quæ te deperit. PY. Complures aliæ cupiunt idem, quibus non est copia. MI. Per ædem

-----

3. Ut dis ut fero C. Væ list t fero C. 2.—36 C. et maciem.—37 B. 1. omnem faciem t. ut d. jam demonstrari.—39 C. odiv.—42 C. ate o te missa est; C. 2. ad te missat.—43 C. at scis. Mox, B. 1. facito fastidii; C. facite fastidili.—44 B. 1. C. 2. Ven. 1. sic tam vulgo.—45 C. ut querit.—47 C. 2. B. 1. quecumque optes; C. dent ut optes.—48 C. exire ut liceat.—49 C. quæ de te moritur.—50 Quibus

#### NOTÆ

42 Quia tis egeat] Id est, tui. 'Mis,' 'tis,' antique, pro moi, tui.

Hominem tam pulchrum, et præclara virtute, et forma,  
et factis.

**E**cquis dignior fuit, homo qui esset? **P**A. non hercle hu-  
manum est ergo : [faciam

Nam volturio plus humani credo est. **P**Y. magnum me  
Nunc, quoniam illæc me collaudat. **P**A. viden' ignavum,  
ut sese inferat!

**Q**uin tu huic responde? hæc illæc est ab illa quam du-  
dum. 55

**P**Y. Quanam ab illarum? nam ita me occursant multæ,  
meminisse haud possum.

**M**I. Ab illa, quæ digitos despoliat suos, et tuos digitos  
decorat. [porro.

Nam hunc annulum ab tui cupiente huc detuli huic, qui

**P**Y. Quid nunc tibi vis, mulier? memora. **M**I. ut, quæ  
te cupid, eam ne spernas.

Quæ per tuam nunc vitam vivit: sit, necne sit, spes in te  
uno est. 60

**P**Y. Quid nunc volt? **M**I. te compellare, et complecti, et  
contrectare.

Nam nisi tu illi fers suppetias, jam illa animum despondebit.

**A**ge, mi Achilles, fiat quod te oro: serva illam pulchram  
pulchre:

*Castoris non est mirum, si te aestimes pluris, utpote tam formosum, virtute egregia,  
et forma, et gestis. Et quis fuit dignior, qui esset homo?* **P**A. *Per Herculem  
non est humanum; nam credo esse plus humanitas in vulturio.* **P**Y. *Me faciam  
nunc excelsum, quandoquidem illa me laudat.* **P**A. *Videsne ignavum, ut sese ef-  
ferat?* **Q**uin tu responde huic? **hæc** est quam tibi dixi, jam diu missum ab illa.  
**P**Y. *A quanam illarum?* **N**am mihi occursant adeo multæ, ut non possim memi-  
nisce. **M**I. *Ab illa, quæ despoliat suos digitos, et decorat tuos digitos.* Nam  
detuli huic huc hunc annulum ab ea, quæ tñi desiderio tenetur, qui porro eum tibi  
redderet. **P**Y. *Memora mulier, quid vis nunc?* **M**I. *Ut ne eam spernas, quæ te  
vult alloqui, quæ vivit nunc per tuam vitam: spes in te uno est, sit necne sit.*  
**P**Y. *Quid vult nunc?* **M**I. *Te compellare, et complecti, et contrectare.* Nam nisi  
tu illi fers auxilium, jam illa despondit animum. **A**ge, mi Achilles, fiat quod te



*copia non est B. 1. Quibus non cupiunt C. 2. ecstator ut mirum C. si te habes  
Pll.—52 Heus dignior fuit quisquam homo B. 1. Heus etiam Pll. quisquam  
homo C. 2. quam homo C. est ergo Pll. est credo B. 1.—53 C. magnum faciam.  
—55 Quin tu p̄sponde C. hæc illic Pll. hæc illa B. 1.—56 Quam ab C. Qua  
ab B. 1. C. 2. aut possum C.—58 Pll. cupientis. Voc. ab tui desunt in C. Mox,  
qui deest in B. 1. et Pll.—59 C. et C. 2. qui te.—60 Quæ perpetuum nunc vitum  
vult C. Quæ per tuam nunc ritam vult C. 2. ritam vult: sit ne B. 1. si nec sit*

**E**xprome benignum ex tete ingenium, urbicape, occisor regum.

**PY.** Heu Hercle odiosas res! quoties hoc tibi, verbero,  
ego interdixi, 65

**M**eam ne sic volgo polliciteris operam? **PA.** audin' tu,  
mulier?

**D**ixi hoc tibi dudum, et nunc dico: nisi huic verri affertur  
merces, [est.

**N**on hic suo seminio quanquam porculam impertiturus  
**M**1. Dabitur, quantum ipsus pretii poscat. **PA.** talentum  
Philippum huic opus auri est.

**M**inus ab nemine accipiet. **M**1. heu ecastor nimis vile est  
tandem. 70

**PY.** Non mihi avaritia unquam innata est: satis est divi-  
tiarum. [thesaurum;

**P**lus mihi auri mille est modiorum Philippei. **PA.** præter  
Tum argenti montes, non massas habet. Ætna mons non  
æque altus.

**M**1. Heu ecastor hominem perjurum! **PA.** ut ludo! **M**1.  
quid ego? ut sublecto os! **PA.** scite.

**M**1. Sed amabo, mitte me actutum. **PA.** quin tu huic re-  
spondes aliquid, 75

*oro: serva illum pulchram pulchre: exprome ex te mansuetum ingenium, urbium expugnator, occisor regum!* **PY.** *Heu per Herculem res molestas!* quoties ego prohibui tibi id, verbero, ne sic polliciteris mean operam vulgo? **PA.** *Audisne tu mulier?* \* \* \* **M**1. *Dabitur tantum pretii quantum poscat.* **PY.** *Hic habet opus talento Philipeo auri.* *An nemine minus accipiet.* **M**1. *Heu tandem pretium est nimis vile.* **PY.** *Avaritia non unquam est innata mihi:* est satis divitiarum. *Habeo plus mille modiorum auri Philippei.* **PA.** *Præter thesaurum; præterea habet montes argenti, non massas: mons Ætna non perinde altus.* **M**1. *Heu, per ædem Castoris hominem perjurum!* **PA.** *Ut ludo hominem!* **M**1. *Quid ego facio? ut sublino os!* **PA.** *Probe.* **M**1. *Sed quæso, dimitte me statim.* **PA.**



C.—61 Pll. contractare.—62 C. despondit.—63 Achillis C. pulcere Pll.—64 B. 1. ex te ing. C. 1. ubi cape; C. 2. mi virbi cape; B. 1. mi vir cape.—65 Heus... ego hoc t. v. interdixi B. 1.—66 Meam sic v. polliciture C.—67 B. 1. huc verna fertur; C. huc verreant vel tu mercis.—68 Pll. porculem; B. 1. porculeum; edd. antiq. porculenam. Mox, imperiturn'st C. 2. imperitust C.—69 C. 2. ipsius pretii'st. Pll. Philippum. B. 1. auri opus est.—70 C. nemini. Mox, Pll. B. 1. Ven. 1. nimis vile'st tandem; Acidal. nimis vilis'st tandem. Verba, vile est tandem, desunt in Gronov. —71 C. nata est.—72 B. 1. auri est mille; C. auri est mosidium Philippi. C. 2. thensaurum.—73 Verba, Ætna mons, desunt in C.—74 Pll. ut sublectos; B. 1. ei subjectos.—75 C. huic respondis; C. 2. hic respon-

Aut facturum, aut non facturum? quid illam miseram  
animi excrucias,  
Quæ nunquam male de te merita est? Py. at jube eampse  
exire huc ad nos.  
Dic me omnia, quæ volt, facturum. Ml. facis nunc ut  
facere æquom; [habet ingenium.  
Quod, quæ te volt, eandem tu vis. Pa. non hic insulsum  
Ml. Quomque me oratricem haud sprevisti, sivistique ex-  
orare ex te. 80  
Quid est? ut ludo! Pa. nequeo hercle quidem risu me  
admoderarier:  
Ob eam causam huc abs te avorti. Py. non edepol tu scis,  
mulier, [illi dicam.  
Quantum ego honorem nunc illi habeo. Ml. scio, et istuc  
Pa. Contra auro alii hanc vendere potuit operam. Ml.  
istuc pol tibi credo.  
Pa. Meri bellatores gignuntur, quas hic prægnantes fecit; 85  
Et pueri annos octingentos vivunt. Ml. vœ tibi nugator!  
Py. Quin mille annorum perpetuo vivunt, ab sæculo ad  
sæclum.

*Quin responde tu huic aliquid, aut facturum, aut non facturum? Quid illam ex-  
crucias animi infelicem, quæ de te nunquam male merita est? Py. Sed jube eam  
exire huc ad nos; dic me facturum cuncta quæ exoptat. Ml. Facis jam sicut est  
æquum facere: quando tu vis eam, quæ te vult. Pa. Hic non habet insulam  
mentem. Ml. Et quando non me contempsisti oratricem, passusque es exorare a te.  
Quid est hoc? ut ludo hominem! Pa. Per Herculem nequeo temperare a risu;  
propterea huc me averti abs te. Py. Per adem Pollucis non scis, mulier, quan-  
tum ego illi habeo honorem. Ml. Scio, et illi dicam id. Pa. Poterat collocare  
hanc operam aliis contra auro. Ml. Per Pollucem istud credo. Pa. Bellatores  
meri gignuntur ex iis quas facit gravidas; et pueri vivunt octingentos annos.  
Ml. Vœ tibi, nugator! Py. Quin vivunt mille annos, a sæculo ad sæculum.*

\*\*\*\*\*

*des; Parei 3. hic responde.—76 C. miseram et amicam crucias.—77 B. I. jube  
eam ipse; Pll. jubeam ipse. Pro exire, C. habet dixerit.—78 Dic mihi omniū C.  
et C. 2. ut deest in C.—79 Quum quæ vult C. Mox, Pll. non hoc ins. hinc  
ingenium.—80 Pro sivistique, Pll. habent sistique. B. I. non sp. ut exorarem.  
Mox, pro ex te, Pll. iuste.—81 B. I. hercle risu me, &c. C. risum ac moderarier;  
al. risu me admoderari.—82 B. I. abs te divorte.—84 Idem codex, pol istuc.—  
85 Meri b. cinguntur C.—86 Parei 3. qui vivont.—87 Pll. vivont ab satio ad*

#### NOTÆ

87 *Ab sæculo] A primo sæculo ad ultimum sæculum mille annorum.*

- PA. Eo minus dixi, ne hæc censeret me advorsum se  
mentiri.
- Ml. Perii, quot hic ipse annos vivet, quojus filii tam diu  
vivunt?
- PY. Postriduo natus sum ego, mulier, quam Juppiter ex  
Ope natus est. 90
- PA. Si hic pridie natus foret, quam ille est, hic haberet  
regnum in caelo.
- Ml. Jam jam sat, amabo, est: sinite abeam, si possum,  
viva a vobis.
- PA. Quin ergo abis, quando responsum est. Ml. ibo, at-  
que illam huc adducam,
- Quam propter opera est mihi: numquid vis? PY. ne  
magis sim pulcher, quam sum:
- Ita mea forma solicitum habet. PA. quid hic nunc  
stas? quin abis? Ml. abeo. 95
- PA. Atque adeo, audin' tu? dicio docte et cordate. Ml.  
ut cor ei saliat. [hic esse.]
- PA. Philocomasio dic, si est hic, domum ut transeat: hunc
- Ml. Hic cum mea hera est, clam nostrum hunc sermonem  
sublegerunt.
- PA. Lepide factum est: jam ex sermone hoc gubernabunt  
doctius porro
- Rem. Ml. me morare. PA. abeo; neque te moror, ne-  
que te tango, neque te: taceo. 100

PA. Dixi minus, ne hac existimaret me mentiri coram se. Ml. Perii! quot annos  
hic vivet, cuius filii vivunt tamdiu? PY. Ego natus sum postridie ejus diei, quo  
Jupiter est natus ex Ope. PA. Si hic pridie foret natus, quam ille est, hic haberet  
regnum in caelo. Ml. Jam satis est, queso; sinite ut abeam viva a vobis, si  
possum. PA. Quare ergo abi, quandoquidem responsum est. Ml. Ibo, et  
illam adducam huc, propter quam est mihi hac opera: numquid vis? PY. Ne  
sim magis pulcher, quam sum. Adeo mea forma mihi est oneri. PA. Quare stas hic  
nunc? quare non abis? Ml. Abeo. PA. Atque adeo, audisne tu? dicio docte et  
cordate. Ml. Ut cor ei saliat. PA. Dic Philocomasio, si est hic, ut transeat  
domum, hunc esse hic. Ml. Est hic cum mea hera, clam sublegerunt hunc nos-  
trum sermonem. PA. Factum est lepide: jam administrabunt ex hoc sermone  
doctius rem. Ml. Me retardas. PA. Abeo; neque te retardo, neque te tango,



seclum.—89 Pronomen *ipse* deest in edd, quibusdam vett.—90 C. *natus sunt*  
.... *exoptuma est*.—91 Voc. *natus* deest in B. I.—92 C. *si possum adjuva vobis*.  
—93 C. *ibo ut illam*.—91 *Quam* deest in Ph. *quam suam C.*—95 C. et C. 2.  
*habent*.—96 C. et Parei 3. Ml. *ut docte et cordate curas aluit*. Camer. Ml. *cu-*

**PY.** Jube maturate illam exire huc : jam isti rei prævortemur.

*neque te: sileo.* **PY.** *Jube illam venire huc velociter.* *Jam istam rem ante alias faciemus.*

ra aliud.—98 *Hic cum hera est B. I.* *Hic mea est hera al. ap. Pareum. sublegerrunt sermonem B. I.*—100 **PA.** *Rememorare.* **Ml.** *abeo . . . te moror B. I.* *Rememorare etiam Pll. Ml.* *Me morare, abeo.* **PA.** *neque te moror, &c.* *neque te teneo.* **PY.** *Jube, &c.* **Ml.** *jam isti, &c.* *Diss. neque tago C.*—101 *Jube maturare B. C. C. 2. Ven. 1. rei isti B. I.* *nos isti rei Parei 3.*

## ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

PYRGOPOLINICES, PALÆSTRIO.

**PY.** QUID mihi nunc es auctor, ut faciam, Palæstrio,

De concubina ? nam nullo pacto potest

Prius hæc in ædes recipi, quam illam omiserim.

**PA.** Quid me consultas, quid agas ? dixi equidem tibi,

Quo pacto id fieri possit clementissume. 5

Aurum atque vestem omnem muliebrem habeat sibi ;

Quæ illi instruxisti, sumat, habeat, auferat :

Dicasque tempus maximum esse, ut eat domum :

Sororem geminam adesse et matrem, dicio,

Quibus concomitata recte deveniat domum. 10

**PY.** Qui tu scis eas adesse ? **PA.** quia oculis meis

**PY.** *Quid existimas mihi esse agendum, Palastrio ? Nam Acroteletium nullo modo potest admitti in ædes, antequam illam dimiserim.* **PA.** *Quid a me petis, quid facias ? Profecto tibi dixi, qua ratione id possit fieri lenissime.* *Servet omnem pecuniam, atque omnes vestes muliebres quas illi dedisti, accipint, retineat, auferat ; et innue illi esse tempus, ut remigret in patriam.* *Innue illi sororem geminam esse hic et matrem, quibus comitibus repeatat feliciter civitatem.* **PY.** *Quomodo scis tu eas adesse ? PA.* *Quia conspicatus sum meis oculis ejus sororem*

1 *Pll. est auctor ; edd. quædam vett. auctor es.*—2 *De c. nostra ? nullo B. I.*—3 *Pll. omiseric.*—4 *C. et C. 2. quid agat ; al. quid agam.*—5 *Quo id pacto B. I.*—6 *C. habeat sibi.*—7 *Al. ap. Pareum sumat, abeat.*—8 *C. sedeat domum.*—9 *B. I. C. 2. geminam esse et ; C. geminat esse et.*—10 *Quibuscum comitata B. I.*—

## NOTÆ

8 *Tempus maximum]* Occasio opportunissima.

Vidi hic sororem esse ejus. PY. convenitne eam?

PA. Convenit. PY. ecquid fortis visa est? PA. omnia  
Vis obtinere. PY. ubi matrem esse aiebat soror?

PA. Cubare in navi lippam atque oculis turgidis, 15  
Nauelerus dixit, qui illas advexit, mihi.

Is ad hos nauelerus hospitio divertitur. [quidem

PY. Quid is? ecquid fortis? PA. abi sis hinc: nam tu  
Ad equas fuisti seitus admissarius,

Qui conseetare qua mares, qua foeminas. 20

PY. Hoc age nunc. PA. istuc. PY. quod das consilium  
mihi?

Te cum illa verba facere de ista re volo;

Nam cum illa sane congruus sermo tibi.

PA. Quin potius, quom tute ades, tuam rem tutc agas.

Dicas uxorem tibi necessum esse ducere, 25

Cognatos persuadere, amicos cogere.

PY. Itane tu censes? PA. quid ego ni ita censem?

PY. Ibo igitur intro: tu hic ante aedis interim

*esse hic.* PY. Eamne adiit? PA. Adiit. PY. Visane est robusta? PA. Optas  
habere cuncta. PY. Ubi soror Philocomasii dicebat esse matrem? PA. Nauta,  
qui illas detulit, mihi dixit, eam cubare in navi, lippam, et oculistumentibus. Idem  
navarchus versatur apud illos. \* \* \* PY. Adverte nunc ad hoc. PA. Ago  
istud. PY. Quid mihi suades? Volo te loqui cum illa de his; sane tibi erit  
oratio, qualem esse oportet cum illa. PA. Quin, quoniam praesto es, tu geras  
polius tua negotia. Innuo ei tibi duendam esse uxorem, cognatos hortari, amicos  
urgere. PY. Putasne sic? PA. Quidni ego sic putem? PY. Ingrediar ergo:

---

11 *Quid tu Pll.—13 Pll. fortius visa' st;* unde Parens *fortiuscula;* al. *formis*  
*visa est.*—14 *Vis opinare* B. 1. *Visa obtinere* Schopp. *opinare* C. *opinare* C. 2.  
*esse aierat* C.—15 C. *in nabe* C.—16 C. *quia illas.*—17 *His ad vos* C. *Is ad quos*  
B. 1.—19 *Ad e. fuisses* al. ap. Parenm. *atmissarius* C. *emissarius* B. 1. C. 2.  
—20 B. 1. *qui m. quæ foemina;* Pll. *qua marisque feminas.*—22 B. 1. *de istac*  
*re.*—23 *Nam cum alio sane conservo tibi* C. *congruit* B. 1.—24 *Qui polius quam*

#### NOTÆ

13 *Eiquid fortis visa est?* Nonius  
'formosam'. interpretatur. Servius,  
et de 'formosa', et de 'robusta',  
seu 'matura viro.'

*Omnia Vis obtinere]* Exprobrat pro-  
terviam militi Palæstrio, ut qui de  
sorore concubinæ videatur curiosius  
inquirere.

22 *Te cum illa]* Miles detrectat  
provinciam dimittendæ Philocomasii,  
quasi se sit indignum cum muliercula  
verba facere.

25 *Dicas uxorem]* Quas causas al-  
laturus sit meretrici miles, docet arti-  
fex mendaciornm singularis Palæ-  
stro.

Speculare, ut, ubi illæc prodeat, me provokes.

**PA.** Tu modo istuc cura, quod agis. **PY.** curatum id quidem est. 30

Quin si voluntate nolet, vi extrudam foris.

**PA.** Istuc cave faxis: quin potius per gratiam

Bonam abeat abs te; atque illæc, quæ dixi, dato:

Aurum, ornamentaque, quæ illi instruxisti, ferat.

**PY.** Cupio hercle. **PA.** credo te facile impetrassere. 35

Sed abi intro: noli stare. **PY.** tibi sum obediens.

**PA.** Numquid videtur demutare, atque uti ego

Dixi esse vobis dudum hunc mœchum militem?

Nunc ad me ut veniat, usu'st, Acroteleutium,

Ancillula ejus, et Pleusides: pro Juppiter, 40

Satin' ut commoditas usquequaque me adjuvat!

Nam quos videre exoptabam me maxume,

Una exeunte video hinc e proxumo.

*i tu interea, osserva ante ædes, ut quando illa exhibet, me voces.* **PA.** Tu curam gere eorum quæ moliris. **PY.** Ea sunt meditata. Quin si recuset ultra abire, extrudam ri foris. **PA.** Vide ne feceris id; quin discedat potius a tuis ædibus, quasi ultra, et da illa quæ dixi: ut auferat pecuniam et vestimenta, quibus illam donavisti. **PY.** Volo per Herculem. **PA.** Credo te posse consequi facile: sed ingredere, noli hærere. **PY.** Sum tibi obsequens. **PA.** Vobisne videtur hic miles esse alius, atque ego vobis dixi dudum, adulter? Nunc opus est, ut Acroteleutium, ejus ancilla, et Pleusides veniant ad me. *Pro Jupiter!* commoditas satisne mihi auxiliatur in omnibus? Num conspicor prodire una e vicinis eos, quos exoptabam maxime videre.

*tu sed est tuam C.—29 S. ut ubi illa hac C.—30 Idem codex, quot agis.—31 Edd. quædam vett. voluptate.—33 Bonam habeatis abs te atque illa hac C.—34 C. ornamenta quæ illi.—35 B. 1. impetratum iri.—37 Numquid qui detur demutare aut utique B. 1. aut utique etiam Pll.—38 B. 1. vobis esse . . . mecum militem.—40 Ancillulaque Parei 3. aut Pleusides Pll.—41 Satin ne ut c. me usque quaue B. 1.—42 Pronomen me deest in B. 1.—43 C. 2. hinc propxumo. Præpositio e deest etiam in C.*

#### NOTÆ

29 *Provoces*] Evoees.

32 *Per gratiam Bonam*] Simplex id, sed tamen Latinum, utpote Plan-tinum: hoc nos nostro vernaculo dicimus, *Faire les choses de bonne grace*.

37 *Demutare*] Numquid mutatus esse videtur, et alius ab eo quem vobis modo adumbrabam?

41 *Commoditas*] Dea quæ opportunitates rerum administrat.

## ACTUS QUARTI SCENA QUARTA.

ACROTELEUTIUM, MILPHIDIPPA, PALÆSTRIO,  
PLEUSIDES.

Ac. SEQUIMINI, simul circumspicite, ne quis adsit arbiter.  
Mi. Neminem pol video, nisi hunc, quem volumus con-  
ventum. Pa. et ego vos.

Mi. Quid agis, noster architecte? Pa. egone architectus?  
vah! Mi. quid est? [parietem.

Pa. Qui enim non sum dignus præ te, ut figam palum in  
Ac. Eia vero. Pa. nimis facete, nimisque facunde mala  
est. 5

Ut lepide deruncinavit militem! Ac. at etiam parum.

Pa. Bono animo es, negotium omne jam succedit sub ma-  
nus.

Vos modo porro, ut occepistis, date operam adjutabilem.  
Nam ipse miles concubinam intro abiit oratum suam,  
Ab se ut abeat cum sorore et matre Athenas. Ac. eu,  
probe! 10

Pa. Quin etiam aurum atque ornamenta, quæ ipse in-  
struxit, mulieri

Omnia dat dono, se ut abeat: ita ego consilium ei dedi.

Ac. Sequimini; et videte una, ne quis nos audiat. Mi. Per Pollucem neminem  
conspicor, nisi quem optamus alloqui. Pa. Et ego vos. Mi. Quid moliris, noster  
architecte? Pa. Egone architectus? vah! Mi. Quid est? Pa. Quia, si tecum  
conferar, non mereor defigere palum in parietem. Ac. Eia vero. Pa. Est ma-  
ligna nimis festire, et nimis diserte. Ut festire dedolarit militem! Ac. Sed  
nondum satis. Pa. Esto bono animo; omnis res succedit jam ex roto. Vos pre-  
terea opitulamini, ut incepistis. Nam miles ipse introivit ad orandum suam mere-  
tricem, ut discedat ab se Athenas cum sorore et matre. Ac. Eu! bene est! Pa.  
Quin etiam donat mulieri pecuniam, et omnia vestimenta, quæ ipsi dedit, ut abeat

\*\*\*\*\*

2 B. 1. conuentum esse. Acr. ergo voca.—4 Quia enim Parei 3. et Donz.—  
5 C. facienda mala est; C. 2. fecunden m. est.—6 C. denunciavit; al. ap. Pare-  
um detruncavit.—8 B. 1. ut cœpistis d. o. amicabilem; C. ut juvit abilem; C. 2.  
operam vitabilem.—9 C. 2. intro habuit.—10 Pl. habeas. Mox, eu deest in B. 1.

## NOTÆ

3 Egone architectus] Si tecum con-  
ferar, adeo tibi couedo in arte stru-  
endarum fallaciarum, ut, qui vix sciat  
palum defigere in pariete, minus di-

stet a peritissimo architecto.

6 Deruncinavit] ‘Roneina’ est in-  
strumentum fabri lignarii, quo lignum  
ex impolito fit politius, un rabot.

PL. Facile istuc quidem est, si et illa volt, et ille autem  
cupit. [escenderis,

PA. Non tu scis, cum ex alto puteo sursum ad summum  
Maximum periculum inde esse, a summo ne rursum ca-  
das? 15

Nunc hæc res apud summum puteum geritur: si prosen-  
serit

Miles, nihil hinc ferri poterit hujus: nunc quam maxume  
Opus est dolis. PL. domi esse ad rem video sylvæ satis:  
Mulieres tres: quartus tute es, quintus ego, sextus senex.

PA. Quot apud nos fallaciarum est excisum! certo scio 20  
Oppidum quodvis videtur posse expugnari dolis.

Date modo operam. AC. id nos ad te, si quid velles, ve-  
nimus.

PA. Lepide facitis: nunc hanc tibi ego impero provinciam.

AC. Impetrabis, imperator, quod ego potero, quod voles.

PA. Militem lepide, et facete, et laute ludificarier 25

Volo. AC. voluptatem mecastor mihi imperas. PA. et  
scin' tu quemadmodum?

*ab se: ego ei sic persuasi. PL. Illud fiet sine negotio, si et illa optat, et ille cupit. PA. Tu nescis quod quando ascenderis ex imo puteo sursum ad summum, esse maximum periculum ne corruas rursum a summo? Nunc hæc res agitur in summo puteo: si miles suspicatus fuerit, nihil poterit auferri hinc, ex his quæ habet; nunc opus est quam maxime fraude. PL. Video esse sylvam satis densam domi, ad id negotium extruendam; tres mulieres: tu es quartus, ego quintus, senex sextus. PA. Quot exsectæ sunt fallacie apud vos! habeo pro certo quamvis urbem posse expugnari nostris dolis: anscultate modo. AC. Idecirco nos ad te venimus, si quid velles. PA. Facitis festive. Ego tibi assigno nunc hoc munus. AC. Obtinebis, o dux, quod optabis, quod ego potero. PA. Opto militem ludificari festive et facete, et exquisite. AC. Per Custodem mihi mandas rem jucundam. PA. Scisne vero*

\*\*\*\*\*

—12 Pll. se ut habeat; Douz, a se ut abeat. Mox, ego c. tum dedi Pll.—14 B.  
1. C. et C. 2. descenderis.—15 B. 1. inde etiam. Mox, ne sursum C.—16 Nunc  
hanc rem rapit sum puteum C. Nunc hanc res C. 2. præsenserit B. 1.—17 Miles  
has nihil ferre potuit h. n. cum maximo C. et sic C. 2. nisi quod habet maximi.  
—18 C. salre satis; B. 1. salis satis.—20 Quod B. 1. fallatiarum sextum C.  
sextumst C. 2. sextum est B. 1.—22 B. 1. ad te et si; Pll. ad te tusi; Parei 3. ad  
te tu si.—23 Lepide tacitis nunc hoc C. Lepidis tacitis C. 2. hoc tubi B. 1.  
Mox, hæc verba, provinciam Imperabis, I. q. e. potero, desunt in B. 1.—25 Pll.

#### NOTÆ

18 *Sylvæ satis*] Manet in allegoria superius instituta architecti, dicitque ingentem esse fallaciarum sylvam, a qua sit excidendum, ad instruendas machinas, ad architectandos, ut ita dicam, dolos.

Ac. Nempe ut assimulem me amore istius differri. Pa. rem tenes.

Ac. Quasique istius causa amoris ex hoc matrimonio  
Abierim, cupiens istius summe nuptiarum. Pa. ordine is:  
Nisi modo unum hoc: hasce esse ædes dicas dotalis tuas: 30  
Hinc senem abs te abiisse, postquam feceris divertium:  
Ne ille mox vereatur introire in alienam domum.

Ac. Bene mones. Pa. sed ubi ille exierit intus, istic te  
procul

Ita volo assimulare, præ illius forma, quasi spernas tuam,  
Quasique ejus opulentatatem reverearis, et simul 35  
Formam amœnitatis illius, faciem, pulchritudinem  
Collaudato: satin' præceptum'st? Ac. teneo: satin' est,  
si tibi

Meum opus ita dabo expolitum, ut improbare non queas?  
Pa. Sat habeo: nunc tibi vicissim quæ imperabo. Pl.  
dicio.

Pa. Quam extemplo hoc erit factum, ubi intro hæc abierit,  
tu illico 40

Facito ut venias huc ornatu nauclerico,  
Causiam habeas ferrugineam, culcitam ob oculos laneam,

*quomodo?* Ac. Nempe ut simulem me distrahi istius amore. Pa. Tenes rem.  
Ac. Et quasi abierim ex hoc matrimonio, istius amoris causa, flagrans desiderio  
istius nuptiarum. Pa. Is ordine: si præterea hoc dicas unum: hancce domum  
esse tibi dono datam pro dote: senem hinc demigrasse, postquam feceris divertium:  
ne ille extimescat modo subire alienum tectum. Ac. Admones sapienter. Pa. Sed  
ubi ille prodierit ab ædibus, volo te fingere hinc a longe, sic quasi spernas tuam  
formam præ illius forma, et quasi reverearis ejus opes, et una ejus pulchritudinem  
amœnam; collauda faciem, venustatem. Esne satis docta? Ac. Audio; satisne  
est, si hoc opus ita accuren, ut non possis non laudare? Pa. Sufficit. Nunc audi  
vicissim, quæ tibi mandabo. Pl. Dic. Pa. Hoc fieri quam celeriter; quando  
hæc introicrit, tu, Pleusides, facito ut venias illico huc, habitu nautico. Habeas  
pileum ferrugineum, culcitam laneam ante oculos: habeas palliolum ferrugineum



facite et laute.—26 Pl. voluntatem. Douz. at scin quemadmodum.—27 B. 1.  
diffcre Athenis.—29 Pl. istius omne ordinis nuptiarum; B. 1. istius omnes ordi-  
nis nuptiarum; edd. antiqu. istius omen ordinis nupt.—30 B. 1. hoc absce adis d.  
dotabis.—31 Pl. abisse.—32 C. in alienum dampnum; C. 2. in alienum damnum.  
—34 Pl. quasi s. tuas.—36 Formam bonitatis C. Famam amœnitatis al. ap.  
Pareum.—39 C. ris que imperabo; al. ap. Pareum nunc tibi ausulta, que im-  
perabo. Mox, nunc dicio B. 1. non discitos Pl.—40 Pl. tibi vilico.—41 B. 1.  
ornatu huc nauclerico; Pl. ornatos huc nauclerio; Pareus conj. naucleriace.—  
42 Causæ hanc habeas ferrugenes cultura ad B. 1. Causæ hanc etiam C. 2. Cau-

Palliolum habeas ferrugineum : (nam is colos thalassicu'st)  
 Id connexum in humero lœvo, expapillato brachio,  
 Præcinctus aliqui, assimulato quasi gubernator sies. 45  
 Atque apud hunc senem omnia hæc sunt : nam is piscato-  
 res habet. [sim ?]

PL. Quid ? ubi ero exornatus, quin tu dicis, quid facturus  
 PA. Huc venito, et matris verbis Philocomasium arcessito,  
 Ut, si itura jam est Athenas, eat tecum ad portum cito :

Atque adjubeat ferri in navim, si quid imponi velit : 50  
 Nisi eat, te soluturum esse navim : ventum operam dare.

PL. Satis placet pictura, perge. PA. ille extemplo illam  
 hortabitur [sapis.]

Ut eat, ut properet : ne moræ sit matri. PL. multimodis  
 PA. Ego illi dicam, ut me adjutorem, qui onus feram ad  
 portum, roget.

Ille jubebit me ire cum illa ad portum : ego adeo, ut tu  
 scias, 55

(nam ille color est marinus) ; subnecte humero, lœvo brachio exerto, cum papilla ;  
 esto præcinctus, et assimula quasi sis nauclerus. Et omnia hæc sunt apud hunc  
 senem : nam ille habet piscatores. PL. Quid ? Quando ero sic vestitus, quare tu  
 non mones, quid sum acturus ? PA. Veni huc, et arcesso Philocomasium verbis  
 matris, quasi jam sit repetitura Athenas. Dic ut perga cito tecum ad portum ;  
 et mandet ferri in navim, si velit imponi aliquid. Nisi eat, dic te esse soluturum  
 navim ; ventum flure. PL. Hac pictura placet satis. Perge. PA. Ille statim  
 illam hortabitur, ut eat, ut properet, ne remoretur matrem. PL. Sapis omnino.  
 PA. Ego illi dicam, ut me roget adjutorem, qui feram onus ad portum ; ille me  
 jubebit ire ad portum cum illa. Ego adeo, ut tu scias, abibo protinus prorsum

se hanc C. cultura ab oculos lanea Pll.—43 B. 1. color thalessicus.—44 Et com-  
 mixum in h. l. ex palliato B. 1. exfafilato Pll. Parei 3. et Delph.—45 P. ali-  
 quid B. 1. P. atque al. ap. Parenm. sis Pll.—46 B. 1. is nam.—47 Quid abi-  
 ero C.—49 Pll. ad portuum.—50 Atque adjuvet C. 2. Atque adjuvet et ferri B.  
 1. Atque ut jubeat ferri Bipont. imponunt C.—51 C. narem.—52 B. 1. illa  
 extemplo nihil iam memorabitur ; C. 2. nihil iam hortabitur.—53 B. 1. ne sit ma-  
 tri moræ ; Pll. nescit matri moræ. Mox, multis modis C. 2. modice sapius Guli-

#### NOTÆ

42 *Causiam*] Pileus Macedonius, latis marginibus, ad arcendum solis ardorem.

*Culcitam*] Palæstrio mandat Pleun-sidi, ut ferat ob oculos culcitam lan-eam, et simulet oculorum dolorem ; forte ut non agnoscatur a milite, cui se habitu nauclerico offerebat. Por-

ro qui dolent oculis, vulgo habent in manu, quo eos aut foveant, ne luce nimia offendantur, aut siccent si sint plus æquo humidii.

43 *Colos thalassicus*] Marinus.

44 *Expapillato* [exaffilato] *brachio*] Alii, *expapillato*, exerto altero bra-chio, humero, papilla.

Prorsum Athenas protinus abibo tecum. **PL.** atque ubi illo veneris,

Triduum servire nunquam te, quin liber sis, sinam.

**PA.** Abi cito, atque ornare. **PL.** numquid aliud? **PA.** hæc ut memineris.

**PL.** Abeo. **PA.** et vos abite hinc intro actutum; nam illum hinc sat scio

Jam exiturum esse intus. **AC.** celebre apud nos imperium tuum est. 60

**PA.** Agite, abscedite ergo: ecce autem commodo aperitur foris:

Hilarus exit; impetravit: inhiat, quod nusquam est, miser.

*Athenas tecum.* **PL.** Et ubi veneris illo, non siuam te servire tribus diebus antequam manumittam. **PA.** Abi celeriter, atque te exorna. **PL.** Visne aliquid aliud? **PA.** Ut recorderis horum. **PL.** Abeo. **PA.** Et vos introite celeriter; nam non ignora illum exiturum esse jam ex ædibus. **AC.** Tuum mandatum est inviolabile apud nos. **PA.** Agite, abite ergo; ecce janua reseratur opportune. Prodit hilaris miles, obtinuit. Miser inhiat, quod est nusquam.

---

elm.—54 *Pll. adjutore.* C. *rogitet.*—55 *Ille jussit C.*—56 *Prorsus edd. quædam vett.*—57 *Triduum unum Parei 3. et Bipont.*—58 B. 1. *orna te;* *Pll. orare.*—60 *Nam C. Non C. 2. celebre deest in B. 1.*—61 B. 1. *commodum.*—62 *Hilarius Pll. impetravit mihi atque C.*

## ACTUS QUARTI SCENA QUINTA.

PYRGOPOLINICES, PALÆSTRIO.

**Py.** QUOD volui, ut volo, impetravi per amicitiam et gratiam [diu ?]

**A Philocomasio.** PA. quidnam tam intus fuisse te dicam

**Py.** Nunquam ego me tam sensi amari, quam nunc, ab illa muliere. [ries fuit!]

**PA.** Quid jam? **Py.** ut multa verba fecit! ut lenta mate-

**Py.** Obtinni a Philocomasio, id quod optavi, amore, et animo grato sicut exopto. PA. Quare fuisti tamdiu in ædibus? **Py.** Nunquam ego animadceristi me tam diligi ab illa muliere, quam nunc. **PA.** Quare? **Py.** Quam longa oratione me

---

2 B. 1. dicam fuisse diu; Pll. fuisse dicum diu.—3 N. e. quidem tam B. 1.—

Verum postremo impetravi, ut volui, donavique ei      5  
Quæ voluit, quæ postulavit: te quoque ei dono dedi.  
PA. Etiam me? quomodo ego vivam sine te? PY. age,  
es animo bono,  
Idem ego te liberabo: nam si posset ullo modo  
Impetrari, ut abiret, ne te abduceret, operam dedi:  
Verum oppressit. PA. Deos sperabo, teque postremo:  
                tamen      10-  
Etsi istuc mihi acerbum 'st, quia hero te carendum est op-  
tumo,  
Saltem id volupe est, cum ex virtute formæ evenit tibi  
Mea opera super hanc vicinam, quam ego nunc concilio tibi.  
PY. Quid opu'st verbis? libertatem tibi ego et divitias dabo,  
Si impetas. PA. reddam impetratum. PY. at gestio. PA.  
                at modice decet;      15  
Moderare animo: ne sis cupidus: sed eccam ipsam, egre-  
ditur foras:

*detinuit? Quam difficile memet expediri? Sed demum obtinui, quod volui; et ei dedi quæ optavit, quæ rogarit: te dono dedi quoque ei.* PA. *Me dedisti etiam? Quomodo ego vitam ducam sine te?* PY. *Age, esto bono animo: ego idem te donabo libertate; nam conatus sum, si fieri posset ulla ratione, ut proficisceretur, ne te abduceret; verum coegerit ut te darem.* PA. *Ponam spem in Diis, et in te postremo. Tametsi istud est mihi acerbum, quoniam est discedendum ab optimo hero.* At certe id mihi jucundum, quod id contigit præstantia tuae formæ, qua, me opitulante, haec vicina tibi conciliata est. PY. *Quid opus est tot verbis? Ego te donabo divitiis et libertate, si consequaris.* PA. *Consequar.* PY. *At gestio.* PA. *At oportet continere impetum mentis, ne sis cupidior: sed adest ipsa quæ prodit foras.*

5 *Pll. donavi de re; voc. que ei desunt in B. 1.*—6 *B. 1. C. quoque dono; C. 2. quodque dono.*—7 *C. vivam finite.*—9 *C. ut haberet. Hæc verba desunt in B. 1.*—10 *B. 1. spero . . . tametsi istud.*—12 *Saltim id voluptas est C. venit B. 1.*—13 *Edd. quædam vett. hac vicinu. Mox, pro tibi, Pll. habent mihi.*—14 *Quid opus est Pll.*—15 *C. at modo decet; C. 2. modico dice; B. 1. at modico dice.*—16 *C. 2. foris.*

## NOTE

*4 Ut lenta materies fuit]* Quam difficile loquendi finem fecit, et obtestandi ne sed imitterem! quam ægre id obtinui! Interdum ‘lentus’ significat quiddam non asperum, sed tractabile, et quod sequitur qua velis ducentem; sic ‘lenta’ dicuntur ‘vmina.’

10 Deos sperabo, teque postremo]

*Postremo dictum videtur demissiore  
voce, ut non audiat miles, audiant  
spectatores. Quia formula hæc ur-  
banitatis parum conveniret tumori  
gloriosi militis, qui vix Jovi ipsi con-  
cedat.*

**12** *Cum ex virtute formæ]* Involuta oratio, et eo evolvenda modo, quo in interpretatione.

## ACTUS QUARTI SCENA SEXTA.

MILPHIDIPIPA, ACROTELEUTIUM, PYRGOPOLINICES,  
PALÆSTRIO.

**Ml.** HERA, eccum præsto inilitem. **Ac.** ubi est? **Ml.** ad lævam, videto,

**A**spicito limis oculis, ne ille nos se videre sentiat.

**Ac.** Video: edepol nunc nos tempus est malas pejores fieri.

**Ml.** Tuum est principium. **Ac.** obsecro, tute ipsum convenisti?

Ne parce voci, ut audiat. **Ml.** cum ipso pol sum secuta 5  
Placide ipsa, dum libitum est mihi, otiose, meo arbitratu,  
ut volui.

**PY.** Audin' quæ loquitur? **PA.** audio: quam læta est,  
quia adit ad te! [nus es.

**Ac.** O fortunata mulier! **PY.** ut amari videor! **PA.** dig-

**Ac.** Permirus ecastor prædicas, te adisse atque exorasse.

Per epistolam, aut per nuntium, quasi regem, adiri cum aiunt. 10

**Ml.** Hera, adest miles. **Ac.** Ubi est? **Ml.** Vide ad lævam, aspice obliquis oculis, ne iste animadvertat a nobis se cerni. **Ac.** Conspicor: per ædem Pollucis est nunc tempus nos ex malis evadere nequiores. **Ml.** Est tuum incipere. **Ac.** Obsecro, tu ipsum convenisti? Ne parce voci, ut audiat. **Ml.** Sane sun locuta cum illo ipsa tranquille, otiose, meo arbitratu, ut volui, ut libitum. **PY.** Audisne quod ait? **PA.** Audio: quam est læta quia contendit ad te! **Ac.** O beatam mulierem! **PY.** Quam bene video cum me deperire! **PA.** Mereris. **Ac.** Per ædem Castoris dicis permirus, te eum conrenisse, et allocutau esse; dicunt ad eum non esse accessum, nisi per epistolam, aut per nuntium, quasi ad regem. **Ml.**

1 Parei 3. ubi is est. Pll. video.—2 Aspice B. 1.—3 B. 1. malos.—4 T. est initium B. 1.—5 Ne parce victu audiat C.—6 B. 1. ut libitum. Mox, meo arbitrii C.—7 B. 1. quia te adit.—9 C. 2. a m. pr. orusso; et sic C.—10 C. regi

## NOTÆ

5 *Secuta*] Hæc dicit Milphidippa ancilla Acroteleutii, idque satis aliter exaudiatur miles, ad eum vocandum in casses. *Seenta* est a 'sequor,' quod apud veteres idem erat ac 'loquor.' Unde 'sequester' apud Ciceronem pro Cnuentio, est is, cuius ope ntitur aliquis in corrumpendo judice, 'quo sequestre in illo judice corrumpendo dicebatur esse usus.'

*Delph. et Var. Clas.*

Apud Quintilianum 'sequester' est, qui a litigatore doctus docet patrum. Alii, pro *secuta*, legunt *locuta*.

10 *Per epistolam, aut per nuntium*] Hoc moris est regum, principum, et magnatuum, ut non sese cuivis convenientios offerant, sed per internuntios, aut epistolam, postulata accipient tenuiorum.

*Quasi regem*] De rege Persarum *Plaut.*

M<sub>1</sub>. Namque edepol vix fuit copia adeundi atque impe-  
trandi.

P<sub>A</sub>. Ut tu inclytus apud mulieres! P<sub>Y</sub>. patiar, quando  
ita Venus volt.

Ac. Veneri pol habeo gratiam: candemque et oro et quæso,  
Ut ejus mihi sit copia, quem amo, quemque expetesso;

Benignusque erga me ut siet, quod cupiam, ne gravetur. 15

M<sub>1</sub>. Spero ita futurum; quanquam illum multæ sibi expe-  
tessunt,

Ille illas spernit segregatque ab se omnes, extra te unam.

Ac. Ergo iste metus me macerat, quod ille fastidiosus est,  
Ne oculi ejus sententiam mutant, ubi viderit me;

Atque ejus elegantia meam extemplo speciem spernat. 20

M<sub>1</sub>. Non faciet, bonum animum habe. P<sub>Y</sub>. ut ipsa se con-  
temnit! [peret.

Ac. Metuo, ne prædicatio tua nunc meam formam exsu-

M<sub>1</sub>. Istuc curavi, ut opinione illius pulchrior sis.

Ac. Si pol me nolet ducere uxorem, genua amplexar,

Atque obsecrabo alio modo: si non quibo impetrare, 25  
Consciscam letum: vivere sine illo scio me non posse.

P<sub>Y</sub>. Prohibendam mortem video mulieri: adibon? P<sub>A</sub>.  
minime.

*Per ædem Pollucis vix concessum est eum convenire, atque exorare. PA. Ut tu celebris apud mulieres! PY. Patiar, quoniam Veneri sic placet. AC. Per Pollicem gratias ago Veneri, et eandem precor et obtestor, ut mihi liceat frui eo quem amo, et quem depereo; et ut sit commodus erga me, et ne molestum sit facere quod exopto. M1. Spes est sic futurum; tametsi multæ illum exoptant, ille illas contemnit et summovet omnes a se, præter te unam. AC. Itaque iste timor me discruciat, quoniam ille obnoxius fastidio, ne meus conspectus in causa sit, cur mutet sententiam, atque ejus venustas contemnat statim meam speciem. M1. Non faciet, esto bono animo. PY. Ut ipsa se despicit! AC. Vereor jam ne laudes, quibus extulisti meam formam, maiores sint. M1. Cura fuit, ut sis venustior quam exspectabat. AC. Per Pollucem si noluerit me ducere uxorem, complectar genua, atque obtestabor alia ratione: si nequivero impetrare, manus mihi afferam. Intelligo me non posse vitam ducere sine illo. PY. Video arcendam mortem a mu-*

asiria.—13 C. 2. exoro tandem.—14 C. expetissunt.—15 Particula ut deest in  
Pll.—18 Ergo ipsusmet C. 2. maceret C.—20 Atque ejus elegantia C. 2.—  
21 Parei 3. animum modo habeto.—23 Parei 3. sies.—24 B. 1. nollet; C. valet;  
al. volet.—25 B. 1. aliquo modo.—27 B. 1. mulieri video mulierem adibon.—

#### NOTÆ

accipe. Tanta enim fuit illis tempo- καὶ ἔρχονται rex appellaretur. Inter-  
ribus potentia Persarum regis, ut dum ‘magnus rex’ dicebatur.

Nam tu te vilem feceris, si te ultro largiere.

Sine ultro veniat, quæritet, desideret, expectet.

Summovere istam vis gloriam, quam habes? cave sis,  
faxis. 30

Nam nulli mortali scio obtigisse hoc, nisi duobus,

Tibi et Phaoni Lesbio, tam misere ut amarentur.

Ac. Eo intro: abi tu: illum evocato foras, mea Milphi-  
dippa. [nequeo,

Mt. Immo opperiamur, dum exeat aliquis. Ac. durare  
Quin eam intro. Mt. occlusæ sunt fores. Ac. effringam.

Mt. sana non es. 35

Ac. Si amavit unquam, aut si parem sapientiam hic habet  
ac formam,

Per amorem si quid fecero, clementi animo ignoscet.

Pa. Ut, quæso, amore perdita est hæc misera? Py. mu-  
tuum fit. [pultas?

Pa. Tace, ne audiat. Mt. quid astitisti obstupida? cur non

Ac. Quia non est intus, quem ego volo. Pa. qui scis?

Ac. scio edepol, scio. 40

*liere: adibone?* Pa. Minime. *Nam tu te deposueris, si te dones ultro.* Sine  
accedat ultro, *quarat, exoptet, expectet.* Vis descrere istam gloriam, quam obtines?  
Cave, si vis, ne feceris; nam id evenit nemini, nisi duobus, tibi et Phaoni Lesbio,  
ut amarentur tam perdite. Ac. Ingredior. Perge tu. Voca eum foras, mea  
Milphidippa. Mt. Immo expectemus, dum aliquis egrediatur. Ac. Non possum  
dintius expectare quin ingrediar. Mt. Fores sunt junctæ. Ac. Comminuum.  
Mt. Es amens. Ac. Si hic amavit unquam, aut si est illi tantum sapientia,  
quantum pulchritudinis, condonabit benigna mente, si commisero aliquid per amo-  
rem! Pa. Amabo! quam hac infelix est inflammata amore! Py. Eam deperco  
mutuo. Pa. Sile, ne audiat. Mt. Quare stas, stupens? Quare non fris  
ostium? Ac. Quia ille quem ego opto convenire non est in ædibus. Pa. Quo-

28 *Nam tu te velim Pli. largiri C. larguere C. 2.*—29 *Parei 3. te expectet.*—  
30 *Si non perdere istam gloriam vis quam, &c. B. 1. Summopere C. Si non per-  
dere C. 2. Nisi immuinuere istam, &c. eave faxis.* Acidal.—32 *B. 1. faoni lesbia;*  
*C. phaoni lesrio.* Mox, C. tam vivere ut amaret; C. 2. tam muuete ut amaret.—  
33 *C. an tu illuc erocatus; C. 2. an tu illue erocatum;* B. 1. etiam an tu; al. ap.  
Pareum, Eho! intro abite.—35 *Quin etiam C. C. 2. B. 1. Ven. 1. exfringam C.*  
*non est B. 1. sana non es; simula inquam Parei 3. contra codd.*—36 *Simulavit*  
*inquam B. 1. Simularit unquam Pli. aut deest in B. 1. ut habet ad formam*  
*Ven. 1518. habent ac formam C. habet ad formam B. 1.*—37 *Parei 3. mihi*  
*ignoscet.*—38 *C. perdita site: τὸ hæc deest in B. 1. C. 2. mutnum sit C.*—  
39 *C. quia astitisti obstupi [lacuna].*—40 *B. 1. scio e. olfacio; C. 2. scio e. fatio.*

#### NOTÆ

32 *Phaoni Lesbio]* Phaon Lesbius ita a Sapphone amatus est, ut, auditio

Nam odore nasum sentiat, si intus siet. **Py.** ariolatur.  
 Quia me amat, propterea Venus fecit eam, ut divinaret.  
**Ac.** Nescio, ubi hic prope adest, quem expeto videre :  
 olet profecto.  
**Py.** Naso pol jam hæc quidem videt plus, quam oculis.  
**Pa.** cæca amore est.  
**Ac.** Tene me, obsecro. **Mi.** cur? **Ac.** ne cadam. **Mi.**  
 quid ita? **Ac.** quia astare 45  
 Nequeo, ita animus per oculos meos defit. **Mi.** Militem  
 pol  
 Tu aspexisti. **Ac.** ita. **Mi.** non video : ubi est? **Ac.**  
 videres pol, si amares. [te liceat.  
**Mi.** Non edepol tu illum magis amas, quam egomet, si per  
**Pa.** Omnes profecto mulieres te amant, ut quæque aspexit.  
**Py.** Nescio, tun' ex me hoc audieris, an non : nepos sum  
 Veneris. 50  
**Ac.** Mea Milphidippa, adi, obsecro, et congregdere. **Py.**  
 ut me veretur!  
**Pa.** Illa ad nos pergit. **Mi.** vos volo. **Py.** et nos te.  
**Mi.** ut jussisti,

modo nosti? **Ac.** Novi per ædem Pollucis, nori. Nam si esset in ædibus, nares  
 perciperent ejus odorem. **Py.** Divinat: quia me deperit, idcirco Venus ei dedit  
 ut divinaret. **Ac.** Ille quem conspicari expeto, præsto est hic prope: nescio ubi;  
 odoror sine dubio. **Py.** Per Pollucem hæc cernit magis naribus quam oculis.  
**Pa.** Occæcatur amore. **Ac.** Retine me, amabo. **Mi.** Quare? **Ac.** Ne corruiam.  
**Mi.** Quamobrem? **Ac.** Quia non possum consistere, adeo animus fugit per meos  
 oculos. **Mi.** Per Pollucem tu conspicata es militem. **Ac.** Conspicuta sum. **Mi.**  
 Non cerno. Ubi est? **Ac.** Per Pollucem cerneret, si amares. **Mi.** Per ædem  
 Pollucis, tu non illum amas magis quam egomet, si sinas. **Pa.** Certe onnes  
 mulieres te deperent, statim atque earum quæque te conspexit. **Py.** Nescio,  
 utruu illud tibi dixerim, necne; sum nepos Veneris. **Ac.** Mea Milphidippa, ac-  
 cede, amabo, et conveni. **Py.** Quantum me reveretur! **Pa.** Illa contendit ad  
 nos. **Mi.** Vos cupio conventum. **Py.** Et nos te. **Mi.** Eduxi foras mean



—41 *Nam odore sentiat, omisso nasum, C. nasum sentiet B. 1. si i. sit Pll. et B. 1. harioatur C.*—42 *Quia me tu propter C. 2. Mox, eam deest in B. 1.—43 C. ubi h. properat est. Mox, hu! hu! olet Parei 3.*—44 *C. ecceare est; C. 2. ceco ore est.*—45 *Mi. quor. Ac. nec cadam C. quia hic astare Parei 3. quia stare B. 1.*—46 *C. per oculos meos fit.*—47 *C. vide respolia mares.*—48 *Non hercle C. 2. ego mea si te perliceat C. ego me si uperte liceat C. 2. egomet si aperte ticeat B. 1.*—49 *C. ut quoque aspexit.*—50 *Pll. tu me ex hac.*—51 *Edd. quædam*

## NOTÆ

Phaonis mortis nuntio, Sappho sese Leucatem Epiri promontorium.  
 in mare præcipitem dederit, juxta

Heram meam eduxi foras. **PY.** video. **M1.** jube ergo adire.  
**PY.** Induxi animum, ne oderim, item ut alias, quando hoc  
 orasti.

**M1.** Verbum hercle facere non potis, si accesserit prope  
 ad te. 55

Dum te obtuetur, interim linguam oculi præciderunt.

**PY.** Levandum morbum mulieri video. **M1.** viden' ut tre-  
 mit atque ex-

Timuit, postquam te aspexit? **PY.** viri quoque armati  
 idem istuc faciunt:

Ne tu mirere plus mulierem: sed quid volt med agere?

**M1.** Ad sed eas: tecum vivere volt atque ætatem exi-  
 gere. 60

**PY.** Egon' ad illam eam, quæ nupta sit? vir ejus est me-  
 tuendus.

**M1.** Quin tua causa exegit virum a se. **PY.** quid? qui  
 id facere potuit?

**M1.** Quia ædes dotales hujus sunt. **PY.** itane? **M1.** ita  
 pol. **PY.** jube eam domum ire.

Jam ego illic ero. **M1.** vide ne sis in expectatione,

Ne illam animi excrucies. **PY.** non ero profecto: abite.  
**M1.** abimus. 65

*heram, ut mandasti. PY. Cerno. M1. Manda ergo ut accedat. PY. Impetravi  
 a me ut non aversatus sim, ut alias, quoniam id rogasti. M1. Per Herculem ne-  
 queat loqui, si adiverit te propius. Intereadum te contemplatur, oculi præpediunt  
 linguam. PY. Animadverto esse medendum morbo mulieris. M1. Videsne quant-  
 um trepidat et expavescit ex quo te conspicacis est? PY. Viri armis instructi  
 idem experiuntur: ne tu mirere magis mulierem; sed quid cupit me facere? M1.  
 Optat ut eas ad se, ut rival tecum, ut secum vitam transigas. PY. Egone eam  
 ad illam, qua sit conjugata? Ejus vir est timendus. M1. Quin eliminavit virum  
 a se, tua gratia. PY. Quid? quomodo id potuit assequi? M1. Quia ejus dominus  
 est de ejus dote. PY. Itane? M1. Ita per Pollucem. PY. Manda ei ut eat in  
 aedes, ego ero jam illic. M1. Vide ne diutius expecteris, ne excrucies ejus ani-  
 mum. PY. Non morabor; abite. M1. Abimus. PY. Sed quid ego video? P.v.*



vett. *mei veretur.—52 Parei 3. vos ego volo.—53 C. foris.—54 C. ne odorem  
 mutares quando honorasti.—55 Douz. facere non poteris; C. potu istis accesserit;  
 C. 2. potui.—56 Dum te obrichtur C. Dum te obtinuntur C. 2. interim deest in  
 B. 1. linguam oculi perierunt C.—58 B. 1. faciunt jube domum ire.—59 B. 1.  
 melius mulier est . . . me agere.—60 Ad se ut eas B. 1. C. 2.—61 B. 1. virum e.  
 metuere aequaliter est; PII. vir ejus metuendust.—62 C. 2. B. 1. quid id, omissio qui.  
 —63 C. jubam domum ire; C. 2. juvam domum ire.—64 Jam ego illim C. Jam*

**PY.** Sed quid ego video? **PA.** quid vides? **PY.** nescio quis, eccum, incedit

**Ornatu** quidem thalassico. **PA.** jam nos volt hic profecto: [PA. credo.

**Naucleus** est hic quidem. **PY.** videlicet arcessit hanc hinc.

*Quid vides?* **PY.** Ecce nescio quis appropinquit habitu marino. **PA.** Hic sane vos vult: hic quidem est naucleus. **PY.** Videlicet evocat hanc hinc. **PA.** Arbitror.

\*\*\*\*\*

*ego illi C. 2. expectationi Pl. — 65 C. abire. — 67 C. non vult te profecto; C. 2. B. 1. non vult est profecto. — 68 B. 1. hic quidem est. Mox, Pl. hac itam hic credo; B. 1. accersit accitam hic credo.*

=====

## ACTUS QUARTI SCENA SEPTIMA.

PLESIDES, PALÆSTRIO, PYRGOPOLINICES.

**PL.** ALIUM alio pacto propter amorem ni sciam

Fecisse multa nequiter, verear magis

Me amoris causa hoc ornatu incedere.

Verum cum multos multa admisse acceperim

Inhonesta, propter amorem, atque aliena a bonis: 5

Mitto jam, ut occidi Achilles cives passus est.

Sed eccum Palæstrionem, stat cum milite:

Oratio alio mihi demutanda est mea.

Mulier profecto nata est ex ipsa mora.

*PL. Nisi compertum haberem alios egisse complura maligne alio modo amoris gratia, metuerem magis me viam habere hac reste propter amorem. Sed cum audiverim complures communissem multa turpia, atque contraria bonis, amoris causa; prætereo jam quemadmodum Achilles passus est occidi cives. Sed ecce Palæstrio, adest cum milite. Meus sermo mihi vertendus est alio. Profecto mulier est nata*

\*\*\*\*\*

1 Si aliam, &c. amorem nesciam Douz. nescium B. 1. C. 2. nescium C.—

2 Fecisset ultra nequiter C.—3 Mei amoris edd. quædam vett.—4 Verum c. m. multam C. admisisse Pl. — 5 Inhonestam C. alienum B. 1. C. 2.—6 Achillis C.

### NOTÆ

6 *Mitto jam]* Achilles iratus Bri-  
seide amica erupta, sese continuuit  
intra suas naves, et abstinuit a pug-  
na, deditque locum Græcorum cladi.

7 *Sed eccum Palæstrionem]* Abrup-  
ta oratio adventu personæ in scenam  
novæ.

Nam quævis alia, quæ mora est æque, mora 10  
 Minor ea videtur, quam quæ propter mulierem est.  
**Hoc adeo fieri credo consuetudine.**  
 Nam ego hanc arcesso Philocomasium: sed fores  
**Pultabo:** heus! ecquis hic est? **P.A.** adolescens, quid est?  
**Quid tu ais?** quid pultas? **PL.** Philocomasium quærito,  
**A matre illius venio:** si itura est, eat: 16  
 Omnes moratur: navim cupimus solvere.  
**PY.** Jam dudum res parata est: heus! Palæstrio,  
 Aurum, ornamenta, vestem, pretiosum omne ut ferat.  
**Duc adjutores tecum ad navim qui ferant.** 20  
 Omnia composita sunt, quæ donavi, ut ferat.  
**P.A.** Eo. **PL.** quæso, hercle, propera. **PY.** non morabitur.  
**Quid istuc, quæso, quid oculo factum est tuo?**  
**PL.** Habeo equidem hercle oculum. **PY.** at lævum dico.  
**PL.** eloquar.

**Maris causa hercle istoc ego oculo utor minus:** 25

*ex mora ipsa; nam quæris alia cunctatio, quamvis revera sit cunctatio, tamen videtur muliebri mora minor esse. Arbitror id evenire consuetudine: nam ego arcesso hanc Philocomasium; sed feriam fores. Heus: ecquis hic est? P.A. Adolescens, quid est? quid dicis tu? quare feris? PL. Peto Philocomasium; venio ab illius matre: veniat, si est ventura; retardat omnes: optamus solvere narim. PY. Jampridem hoc paratum est: heus! Palæstrio, auferat omne aurum, ornamenta, vestes. Duc tecum adjutores, qui ferant eu ad navim: omnia sunt concinata, quæ dedi uero auferret. P.A. Pergo. PI. Accelera, obsecro per Herculem. PY. Non cunctabitur; quid istud obsecro? quid evenit tuo oculo? PL. Habeo equidem per Herculem oculum. PY. Sed loquor de laro. PL. Edicam: maris causa, per Herculem, ego utor minus isto oculo: nam si abstinuisse amare, eo*

et C. 2. cuius p. est C. 2. quiris p. est B. 1.—8 Oratio illo B. 1. C. 2.—11 C. mulierem sibi.—14 C. et quis.—15 Quid tu es B. 1. C. 2.—16 C. si itura sedeat.—17 C. navem. C. 2. cupim absolvere; et a m. sec. cupio; B. 1. etiam absolvere.—18 Interjectio heus deest in B. 1. et PI.—19 C. peciuse; al. ap. Pareum, vestem preciosam omnem ferat.—20 C. ad navem qui percant.—21 C. que donavi auferat.—23 Quia istuc quæso q. oculus factus tuo C.—24 Habeo quidem edd. vett. ad levum B. 1.—25 Moris C. et C. 2. hoc ego B. 1. minem PI.

#### NOTÆ

23 *Quid oculo factum est?*] Quia videlicet obdiderat oculo, ne agnosceretur, culcitam, decipitque Plensides militem ambigua responsione: cum enim causam mali derivare videatur in mare, derivat in amorem. Nam si abstinuisse a mare, inquit, non utor minus. Miles prepositionem et nomen esse pintat, Pleusides ut verbum usurpat.

25 *Maris [moris] causa*] Tam tenuiter pronuntiat a in amoris, ut non amoris, sed moris dixisse videatur. Idque ad indendum militem, qui non moris, sed maris, audiisse se existimat.

Nam si abstinussem amare, tanquam hoc uterer.  
Sed nimis morantur me diu. **Py.** eccos, exeunt.  
*tanquam dextro uterer; sed me retardant diutius.* **Py.** Ecce exeunt.

*minime* B. 1.—26 *Nam si abstinusse et amorem quem tam quam hoc utere* C.  
*Nam si abstinusset amorem q. t. h. utere* C. 2. *amari* B. 1.

## ACTUS QUARTI SCENA OCTAVA.

PALÆSTRIO, PHILOCOMASIUM, PLEUSIDES,  
PYRGOPOLINICES.

**Pa.** Quid modi flendo, quæso, hodie facies? **Ph.** quid  
ego ni fleam? [nem tibi,

Ubi pulcherrume egi ætatem, inde abeo. **Pa.** viden' homi-  
Qui a matre et sorore venit? **Ph.** video. **Py.** audistin',  
Palæstrio? [isti dedi?

**Pa.** Quid vis? **Py.** quin tu intus jubes efferri omnia, quæ  
**Pl.** Philocomasium, salve. **Ph.** et tu salve. **Pl.** ma-  
terque et soror 5

Tibi salutem jusserrunt dicere. **Ph.** salvæ sient.

**Pl.** Orant te ut eas, ventus operam dum dat, ut velum ex-  
plicient.

Nam matri oculi si valerent, mecum venisset simul.

**Ph.** Ibo, quanquam invita facio omnia: pietas sic cohibet.  
**Pl.** sapis.

**Pa.** Quando finem facies lugendi hodie, amabo? **Ph.** Quomodo non lugeam?  
Excedo e loco in quo exegi ætatem jucundissime. **Pa.** Cernisne hominem, qui  
accedit ad te a matre et sorore? **Ph.** Cerno. **Py.** Audistine, Palæstrio? **Pa.**  
Quid vis? **Py.** Quin jubes tu efferri ex ædibus omnia quæ isti dedi? **Pl.**  
Salva sis, Philocomasium. **Ph.** Et tu salves sis. **Pl.** Et mater et soror manda-  
verunt me tibi dicere salutem. **Ph.** Sint salvæ. **Pl.** Rogant te, ut venias, dum  
ventus adjurat, ut explicent velum. Nam si mater valeret oculis, venisset mecum  
una. **Ph.** Proficiscar, quanquam facio iniquo animo: pietas sic cogit. **Pl.** Sapis.

1 **Ph.** fendo. **Voc.** hodie deest in edd. quibusdam vett. *egone fleam* B. 1.  
—2 **C.** pulcherriman ætatem video ab eo homine tibi; **C.** 2. *mum hominem*.—3 **C.**  
venite. **Ph.** vidcom audistin; **C.** audistis in palestrio.—4 **B.** 1. **C.** 2. *quin tu*  
*jubes, omisso intus; C. qui intus jubes et fori.*—6 *Sibi salutem* **Pl.** —7 *Orant te*  
*ut eant* **C.** 2. *ut adventus opheram dum dant ut ut vallem explicit* **C.** *ut vallam*  
*explicit* **C.** 2.—8 **C.** *haec nunc venissent simul est;* **C.** 2. *mæchum cenissent simul*  
*est.*—9 **C.** *invitam facio omni pietas scio.* **Pl.** *chan sapis;* **C.** 2. *invita facio omni*

**PY.** Si non mecum ætatem egisset, hodie stulta viveret. **10**

**PH.** Istuc crucior, a viro me tali abalienarier.

Nam tu quamvis potis es facere uti fluat facetiis :

Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior :

Eam nobilitatem amittendam video. **PY.** nimium hæc flet.

**PH.** nequeo,

Cum te video. **PA.** habe bonum animum : scio ego, et  
quid doleat mihi. **15**

Nam nihil miror, si libenter, Philocomasium, hic eras.

Forma hujus, mores, virtus, animum attinuere hic tuum.

Quin ego servos, quando aspicio hunc, fleo, quia disjungimur. **[licet.**

**PH.** Obsecro licet complecti, priusquam proficisco ? **PY.**

**PH.** O mei oculi, o mi anime ! **PA.** obsecro, tene mulierem, **20**

Ne affligatur. **PY.** quid istuc ? **PA.** postquam abs te  
abit, animo male **[afferte aquam.**

Factum est huic repente miseræ. **PY.** accurrite intro, atque

**PY.** Si non duxisset vitam mecum, nunc esset hebes. **PA.** Id doleo, me disjungi  
a tali hero. Nam tu potes facere, ut qualibet abundet leporibus; et quia vivebam  
tecum, idcirco eram animo elatiore. Animadverto amittendam esse eam nobilita-  
tem. **PY.** Hæc plorat nimium. **PH.** Nequeo temperare a fletu, quando te  
intueor. **PA.** Esto aquo animo : ego scio quid agre sit mihi. Nam non mi-  
rror te fuisse hic libenter, Philocomasium : venustas- hujus viri, mores, virtus,  
detinuere hic tuam mentem. Quin ego servus, quando aspicio hunc, lacrymor,  
quia divellimur. **PH.** Amabo licet complecti, antequam discedo ? **PY.** licet. **PH.**  
O mei oculi, o mi anime ! **PA.** Rogo tene mulierem, ne concidat. **PY.** Quid est  
istud ? **PA.** Hæc misera defecit animo repente postquam recessit abs te. **PY.**  
Exite velociter ab ædibus, atque afferte aquam. **PA.** Non curo aquam. **PY.**

pietas sit. cochant ; **B. I.** omni p. sit eo [lacenna] chant sapiis.—**11** C. a viro et alia  
alienarier.—**12** Nam tu quoris **B. I.** ut fluat **Pll.**—**13** Mercer. nimio eram fer-  
cior ; **C.** eram fortior.—**14** Eam n. vide omnia. **PY.** ne fle. **Pll.** non quo B. I.  
mà hæc flet **C.** muta hæc flet **C. 2.**—**15** **Pll.** scio ego inquit doleat.—**17** Formam  
**h.** morem **Pll.** virtutem **B. I.** attinere **C.** et **C. 2.**—**18** Cum ego **C.** Quoniam ego  
**C. 2.** hunc lacrumum quod adjungitur **B. I.** hunc lacrumo quiu **Pll.** et Parei 3.  
diungitur **C.** et **C. 2.**—**20** Oh mihi **Pll.** te mulier est **B. I.** te mulierem **Pll.** re-  
tine mulierem al. ap. Pareum.—**21** **Pll.** i que post quam ; nude Pareus, istuc

#### NOTÆ

**19 Proficisco]** Vetus, pro proficis- quoniam patiuntur mentis, conjecta in  
cor.

vultum aqua spiritum recipiunt et  
recreantur.

**22 Afferte aquam]** Quia qui deli-

**P.** Nihil aquam moror. **P.** cur? **P.** malo, ne inter-  
 vene  
ris, [habent.  
**Q.** quæso, dum resipiscit. **P.** capita inter se nimis nexa hice  
 Non placet: labra labellis ferruminant. **P.** acre ma-  
 lum: 25  
 Tentabam, spiraret an non. **P.** aurem admotam oportuit.  
**P.** Sin' magis vis, ambos mittam. **P.** nolo: retineat.  
**P.** fleo miser.  
**P.** Exite, atque efferte huc intus omnia, isti quæ dedi.  
**P.** Etiam nunc saluto te, Familiaris, priusquam eo.  
**C.** Conservi conservæque omnes, bene valete et vivite. 30  
 Bene, quæso, inter vos dicatis et mihi absenti tamen.  
**P.** Age, Palæstrio, bono animo es. **P.** eheu! nequeo,  
 quin fleam, [quid doleat mibi.  
**Q.** Quom abs te abeam. **P.** fer æquo animo. **P.** scio ego,

*Quare?* **P.** Præstat, ne opituleris laboranti, amabo, dum convalescat. **P.** Hice habent capita nimis contigua; id non mihi placet: conjungunt labra labris. **P.** Ejus morbus est acer! videbam utram spiraret, an nou. **P.** Oportebat adnovere aurem. **P.** Marisne ut ambos hic relinquam? **P.** Nolo: retineat. **P.** Lugeo infelix. **P.** Prodite, atque proferte huc cuncta quæ huic donari. **P.** Te saluto jam, o Lar Familiaris, antequam proficiscar: valete, et vivite feliciter, omnes conservi conservæque; queso, benedicite vobis mutuo et mihi, licet absenti. **P.** Age Palæstrio, esto æquo unimo. **P.** Eheu! non possum non conlacrymari, quandu discedo abs te. **P.** Patere æquo animo. **P.** Ego nori

\*\*\*\*\*

*quæso.*—22 Pll. miserat currit et introm atque certo; C. intrem.—23 B. 1. moror quod mulo; C. etiam quod; C. 2. quot. Parei 3. merum: ne ipse interveneris.—24 Q. d. respicit Pll. nexam hinc habet B. 1. vexam hinc habet Pll.—25 C. labram ab lavellis fer ad macellum; C. 2. labrum ab lavellis fer in aut' ace natum; B. 1. firmavit acre; Scal. labra et labella inter se serunt admodum.—26 C. spirant annos aut eum ad nostram hoc oportuit; C. 2. spirant annos aurem ad nostram hoportuit; C. 2. aure at nos tam oportuit.—27 Si magis vis amo mittam Pll. fleo miser C. et C. 2. flet miser B. 1.—28 C. et B. 1. hac ferte hac. Mox, quæ isti dedi B. 1.—29 Al. ap. Pareum, salvo te familiares. Pro eo, Pll. habent ero.—31 B. 1. et mi absenti; Pll. et mc absenti.—32 B. 1. heu nequeo. C. quin

## NOTÆ

23 *Nc interveneris*] Vox est Palæstrionis ad Pleusidem juvenem, qui cum insimulato animi deliquio succurreret Philocomasio, arctius videbatnr complecti, et locum dare suspicioni militi, licet stolido.

25 *Labra labellis ferruminant*] Ferruminare vernacula souder.

27 *Nolo: retineat*] Vox est militis,

non ad Pleusidem, sed ad Palæstrionem de Pleuside; id est, nolim dimittat nauclerus Philocomasium; sed eam retineat.

29 *Familiaris*] Moris erat olim, ut qui domo proficerentur, Lares invocarent.

31 *Bene dicatis*] Bene precepsimi.

**Ph.** Sed quid hoc? quæ res? quid video? lux, salve.  
**Pl.** Jam resipisti? **Ph.** obseero, quem amplexa sum 35  
**Hominem?** perii! sunne ego apud me? **Pl.** ne time,  
 voluptas mea. [reliquerat.  
**PY.** Quid istuc est negotii? **PA.** animus hanc modo hic  
 Metuoque et timeo, ne hoc tandem propalam fiat nimis.  
**PY.** Quid id est? **PA.** nos secundum ferre nunc per urbem  
 haec omnia,  
 Ne quis tibi hoc vitio vortat. **PY.** mea, non illorum  
 dedi. 40  
 Parvi ego illos facio: agite, ite cum Dis benevolentibus.  
**PA.** Tua ego hoc causa dico. **PY.** credo. **PA.** jam vale.  
**PY.** et tu bene vale. [loquar.  
**PA.** Ite cito: jam ego assequar vos: cum hero pauca etiam  
 Quanquam alios fideliores semper habuisti tibi,  
 Quam me, tamen tibi habeo magnam gratiam rerum om-  
 nium: 45  
 Et, si ita sententia esset, tibi servire mavelim  
 Multo, quam alii libertus esse. **PY.** habe bonum animum.  
**PA.** hau mihi!

*quid mihi molestum sit.* **Ph.** Sed quid est hoc? quid negotii est? quid conspicor?  
 salve lux. **Pl.** Jam convalisti animo? **Ph.** Amabo, quem hominem sum con-  
 plexa? Perii! sunne ego mei compos? **Pl.** Ne metue, mea voluptas! **PY.**  
 Quid rei est illud? **PA.** Passa hic fuerat deliquium animi, et reveror et formido  
 ne id fiat tandem nimis apertum. **PY.** Quid est id? **PA.** Ne aliquis te vitupe-  
 ret, quod nos spargamus haec per urbem. **PY.** Prodegi meas fortunas non illorum.  
 Ego parvi facio illos: agite, ite Diis faventibus. **PA.** Ego haec loquor tui gratia.  
**PY.** Puto. **PA.** Jam vale. **PY.** Et tu recte vale. **PA.** Pergite velociter; ego  
 vos jam assequar; pauca loquar cum hero. Quanquam putasti semper alios tibi magis  
 fidos, quam me, tamen tibi habeo gratiam maximum; et si ita velles, multo mallem  
 tibi servire, quam esse libertus aliorum. **PY.** Esto æquo animo. **PA.** Heu mihi!

fleat; C. 2. qui infleat.—33 Pronomen ego deest in Pli.—34 B. 1. *hoc quære-*  
*ris;* Pli. *hoc queris.* C. *vix salve.* Parei 3. *quæ res est?* q. v. l. s. candida.—  
 36 Al. *timeas.*—37 *Quid istuc negotii* al. ap. *Pareum.*—38 *M.* ut *timeo* Pli. *pa-*  
*lam* B. 1. *pro illa* C. *pro atta* C. 2.—39 B. 1. *nos palam ferre;* Pli. *nos s. ferri.*  
 —40 C. 2. *tibi vitio;* τὸ *vitio* deest in C.—41 *Parvid ego* C. *Parvos ego* alter  
 Pl.—43 Pli. *cum ego pauca eloqui;* τὸ *etiam* deest item in B. 1.—45 Pli. *quam*  
*me tamen.*—46 C. *mali;* C. 2. *mari.*—47 C. *libertatis esset;* C. 2. *libertus esset.*

## NOTÆ

34 *Lux, salve]* Vox est Philocoma-  
 si, ab animi delinquio simulato exper-  
 giscentis.

39 *Secundum ferre]* Id est, secun-

do loco ferre: quando sunt primi qui  
 ferunt, et alii eos consequuntur, qu:  
 et suum onus ferunt, hi dicuntur se-  
 cundum ferre.

Cum venit mihi in mentem, ut mores mutandi sient,  
Muliebres mores discendi, obliviouscendi stratiotici.

**Py.** Fac sis frugi. **Pa.** jam non possum, amisi omnem libidinem. 50

**Py.** I, sequere illos, ne morere. **Pa.** bene vale. **Py.** et tu bene vale.

**Pa.** Quæso, ut memineris, si forte liber fieri occuperim,  
Mittam nuntium ad te, ne me deseratas. **Py.** non est meum.

**Pa.** Cogitato identidem, tibi quam fidelis fuerim.

Si id facies, tum demum scibis, tibi qui bonus sit, qui malus. 55

**Py.** Scio et perspexi sæpe: verum cum antehac, tum hodie maxume.

**Pa.** Scies: immo hodie verum factum faxo post dices magis. [feceris.]

**Py.** Vix reprimor, quin te manere jubeam. **Pa.** cave istuc Dicent te mendacem: nec verum esse, fide nulla esse te:

Dicant servorum præter me esse fidelem neminem. 60

Nam si honeste censeam te facere posse, suadeam:

Verum non potest: cave faxis. **Py.** abi, jam patiar quicquid est. [etiam nunc vale.]

**Pa.** Bene vale igitur. **Py.** ire melius est strenue. **Pa.**

*quando cogito tecum, quemadmodum mores erunt mutandi! Discendi erunt mores muliebres, obliviouscendum militarium. Py. Fac ut sis frugi. Pa. Non possum, abjeci omnem voluntatem. Py. Sequere illos, ne moreris. Pa. Bene vale. Py. Et tu bene vale. Pa. Rogo, ut recorderis, si forte erassemus liber, ad te mittam nuntium, ne me reliquias. Py. Non est mei moris. Pa. Reputa identidem, quam tibi fuerim fidus: si id egeris, tum denique intelliges, qui tibi fuerit bonus, qui malus. Py. Nori et perspectam habui sape; sed cum antea, tum maxime hodie. Pa. Intelliges: immo dabo operam hodie ut dicas in posterum evassissem magis verum. Py. Parum abest, quin te vetem abire. Pa. Cave ne facias istud: dicent te mendacem, nec te esse veracem, sed te esse nullius fidei. Dicant neminem servum esse magis fidum, quam me. Nam, si putarem te agere posse honeste, suadeam. Verum id fieri non potest: vide ne feceris. Py. Proficiscere; jam ferum quicquid est. Pa. Recte vale ergo. Py. Est generosius abire constanter. Pa. Etiam nunc vale. Py.*



Mox, habeo bonum Pl. ha cum B. 1. hacum Pl. heu mihi al.—48 Hic versus abest a primo Pl. sint C. 2.—49 Muliebris moris Pl. obliviouscendi tui B. 1. stratioti C. et C. 2.—52 C. 2. ot memin. Mox C. fleri.—54 Pl. dentidem.—55 C. scivisti qui.—56 Particula tum deest in Pl.—57 Scis edd. quædam vett. eorum factum Pl. disces al. ap. Parenm.—59 C. fidelem illa esse te; C. 2. fidele nulla esse.—61 Pl. censeat.—63 Pl. est strenue. Mox, B. 1. et jam nunc.—

**Py.** Ante hoc factum hunc sum arbitratus semper servom  
pessimum :

Eum fidelem mihi esse invenio : cum egomet mecum co-  
gito, 65

Stulte feci, qui hunc amisi : ibo hinc intro nunc jam  
Ad amores meos : et sensi, hinc sonitum fecerunt fores.

*Ante hoc factum ratus sum semper hunc servum esse nequissimum : animadverto  
jam eum esse fidum. Quando egomet mecum reputo, feci insipienter, qui hunc  
dimisi. Jam pergam ad meos amores : et audivi, hinc sonitum dederunt.*

65 *Pll. ego et mecum ; B. 1. tum ego.* — 66 *C. hinc introvinciam.* — 67 *At mores C.  
Ac mores C. 2. sensit Pll. Ad amores meos quis exit hinc? sonitum facere fores*  
*B. 1.*

## ACTUS QUARTI SCENA NONA.

**PUER, PYRGOPOLINICES.**

**Pu.** Ne me moneatis : memini ego officium meum.

Ego jam conveniam illunc : ubi ubi est gentium,  
Investigabo : operæ non parco meæ.

**Py.** Me quærerit illic : ibo huic puero obviam.

**Pu.** Ehem te quāro : salve, vir lepidissime, 5  
Cumulate commoditate : præter ceteros

*Pu. Ne me deceatis ; ego implebo meas partes ; ego illum adibo nunc : ubi  
cumque tandem est queritabo : non parcam meo labore. Py. Ille me investigat : occurram huic puero. Pu. Heus ! te quaro. Salvis sis vir jucundissime,*

1 B. 1. C. 2. nemini ego.—2 Ego nam B. 1. C. et C. 2. illum B. 1. et Pll.—  
3 Investigando ego operæ al. ap. Pareum : non parso Meurs.—4 Verbum ibo  
deest in C.—5 Verbum salre deest in B. 1. et C. 2.—6 Cumulante B. 1.—

## NOTÆ

1 *Ne me moncatis]* Verba sunt pu-  
eri missi ad vocandum militem in in-  
sidias a Periplectomene instructas,  
qui quidem in scenam ingreditur eo  
usque, prosequentibus iis qui ad frau-  
dem post scenam instituerant ; et  
monentibus etiam atque etiā, ut

suam personam bene sustineat.

6 *Cumulate commoditate]* Omni ge-  
nere commoditatum cumulate. Erat  
apud Romanos Dea Opportunitas,  
de qua supra, quæ eadem est atque  
Commoditas.

Duo Di quem curant. Py. qui duo? Pu. Mars et Venus.  
 Py. Facetum puerum! Pu. intro te ut eas obsecrat.  
 Te volt, te quærit, teque expectans deperit:  
 Amanti fer opem: quid stas? quin intro is? Py. eo. 10  
 Pu. Ipsus illic sese jam impedivit in plagas,  
 Paratæ insidiæ sunt: in statu stat senex,  
 Ut adoriantur moechum, qui forma est ferox:  
 Qui omnes se amare credit, quæque aspexerit  
 Mulier: eum odere qua viri, qua mulieres. 15  
 Nunc in tumultum ibo: intus clamorem audio.

*ornate omnibus commodis; quem duo Dii amant præter alios.* Py. Qui Dii? Pu. Mars et Venus. Py. Festivum puerum! Pu. Te rogat ut ingrediaris, te exoptat, te flagitat, te amat, perdite te expectat. Succurre amanti: quare cunctaris? quare non ingredieris? Py. Vado. Pu. Ille sese jam irrectivit ipse plagi: insidiæ sunt structæ. Senex stat in procinctu, ut invadat in adulterum ferocem sua pulchritudine; ratum omnes mulieres, que se aspexerint, se amare. Ceterum et viri et mulieres eum aversantur. Me injiciam nunc in turbam: audio clamorem.

7 Idem codex, quid duo.—8 C. intrate ut ea.—9 C. te expectat. Voc. deest in eodem cod. pro quo B. 1. habet petit; C. 2. perit.—10 B. 1. C. C. 2. Ven. 1. quid intro is.—11 C. illice se; C. 2. illic se.—12 Al. in statione.—13 B. 1. mecum.—14 B. 1. quasque; C. 2. quemque.—15 Mulierem odere C. Mulieres eum, &c. Gronov. odere tam viri quam B. 1. quasi viri qua C.—16 Voc. intus deest in B. 1.

## ACTUS QUINTUS.

PERIPLECTOMENES, PYRGOPOLINICES, CARIO,  
 SCELEDRUS.

Pe. DUCITE istum: si non sequitur, rapite sublimem foras! [dite.]

Facite inter terram atque cœlum ut medius sit: discinctio.  
 Py. Obsecro hercle, Periplectomene, te. Pe. nequicquam hercle obsecras.

Vide, ut istic tibi sit acutus, Cario, culter probe.

Pe. Ducite hunc: si non sequitur, rapite foras elatum, efficite ut sit sublimis inter cœlum et terram. Disciprite. Py. Per Herculem te rogo, Periplectomene. Pe. Per Herculem rogas incassum. Cura, Cario, ut iste gladius egregie seget.

2 Voc. medius deest in B. 1. C. C. 2. descendite C.—4 Vide ut istuc tibi si

- CA. Quin jamdudum gestit mœcho hoc abdomen adi-  
mere, 5  
Ut faciam, quasi puer in collo pendeant crepundia.  
PY. Perii! CA. haud etiam numero hoc dicis : jam in  
hominem involo ? [quidem.  
PE. Immo etiam prius verberetur fustibus. CA. multum  
PE. Cur es ausus subagitare alienam uxorem, impudens ?  
PY. Ita me Di ament, ultro ventum est ad me. PE. men-  
titur : feri. 10  
PY. Mane, dum narro. PE. quid cessatis ? PY. non li-  
cet mihi dicere ? [ausus ? hem tibi.  
PE. Dic. PY. oratus sum ad te venire hue. PE. quare  
PY. Oh, hei ! sum satis verberatus, obsecro. CA. quam  
mox seco ? [uite.  
PE. Ubi lubet : distendite hominem divorsum, et dispen-  
PY. Obsecro hercle te, ut mea verba audias, priusquam  
secat. 15  
PE. Loquere : nondum nihili factus. PY. viduam esse  
censui :

CA. Quin jampridem gestit excindere mœcho hoc abdomen, et efficiere, ut pen-  
deant in ejus collo, ut crepundia puerorum. PY. Interii ! CA. Dicis id citius :  
invadanne jam in hominem ? PE. Immo cedatur quoque prius fustibus. CA.  
Jam excipiam egregie. PE. Quare es ausus, impudens, illudere uxori alienæ ?  
PY. Ita me Di ament, ille reverunt ultro ad me. PE. Mentitur : verbera.  
PY. Ne feri intereadum narro. PE. Quid moramini ? PY. Non mihi licet  
loqui ? PE. Loquere. PY. Sum rogatus venire hue ad te. PE. Quare es ausus ?  
hem ! tibi. PY. Oh ! hei ! sum satis exigitatus, rogo. CA. Scindanne ?  
PE. Ut libebit : extendite hominem in diversas partes et scindite. PY. Per  
Herculem, te rogo ut auscultes, antequam secat. PE. Loquere : nondum nihili

tactus Pll. Vide ut istinc t. s. actus B. 1.—5 Quin jam jam dudum B. 1.—6 Fa-  
ciam ut quasi puer Diss. pendeat C.—7 B. 1. jamne in h. invoco ; Pll. etiam in-  
voco.—8 Pll. prius vererut. C. 2. nullum equidem.—9 Pll. subigitare.—10 Pro  
feri, B. 1. habet peri ; C. cri.—12 C. decoratus sum ad te venire. B. 1. huc ve-  
nire.—13 Olei Pll. Hodie al. ap. Paren. Mox, C. quam exigo ; B. 1. quam  
mox seco.—14 Ubi lubet dispendite C. Ubi lupet distendite C. 2. dispendite h. d.  
et distennite Meurs.—15 Pro secat, al. secer.—16 Loquere nunc dum donec fac-

## NOTÆ

6 Crepundia] A ‘crepo’ dicitur sed nondum periisti, ut est tibi per-  
quicquid appenditur collo pueri, cu- enendum.  
jus sonitu oblectetur.

7 Numero] Id est, præmature. a scriptura. Metaphora est ab avium  
Quasi dicat : dieis te jam periisse, alis, et pennis distentis.

14 Distendite . . . dispennite] Error

Itaque ancilla, conciliatrix quæ erat, dicebat mihi:

**PE.** Jura, te nocitum esse homini nunc hac de re nemini,

Quod tu hodie hic verberatus, aut quod verberabere,

Si te salvom hinc mittimus Venereum nepotulum. 20

**PY.** Juro per Dianam et Martem, me nocitum nemini,

Quod ego hic hodie vapulo: sed mihi id æque factum arbitror.

Et si intestatus non abeo hinc, bene agitur pro noxia.

**PE.** Quid si id non faxis? **PY.** ut vivam semper intestabilis.

**CA.** Verberetur etiam, post tibi amittendum censeo. 25

**PY.** Di tibi benefaciant semper, cum advocatus mihi bene es.

**CA.** Ergo des minam auri nobis. **PY.** quamobrem? **CA.** salvis testibus

Ut te hodie hinc amittamus Venereum nepotulum:

Aliter hinc a nobis ne sis frustra. **PY.** dabitus. **CA.** magis sapis.

De tunica, et chlamyde, et machæra, ne quid speres, non feres. 30

*factus.* **PY.** Existimavi esse viduam: et ancilla, quæ conciliabat mihi, suadebat ita. **PE.** Jura nunc te nocitum esse nemini propter hanc rem, quod tu verberatus hodie hic, aut quod verberabere, si te dimittimus hinc incolunem, o nepos Veneris. **PY.** Juro per Dianam et Martem, me nocitum nemini, quod ego do pœnas hic hodie: sed reor id esse factum in me juste. Et si non discedo hinc intestatus, agitur bene mecum pro peccato. **PE.** Quid si non feceris id? **PY.** Ut vivam semper intestabilis. **CA.** Verbera adhuc, postea arbitror tibi hunc esse dimittendum. **PY.** Dii tibi recte faciant, quoniam mihi patrocinaris. **CA.** Ergo da nobis minam auri. **PY.** Quare? **CA.** Ut te dimittamus hinc, nepotulum Venereum salvum et integrum: alias non abibis hinc a nobis dimissus incolunis: ne eres. **PY.** Dabo. **CA.** Magis sapis. Ne speres ferre hinc quicquam de tunica, chla-

tum est B. 1. Loquere nondum donec factum est C. 2. nihil factus C.—17 Verba quæ erat desunt in B. 1.—18 Al. ap. Parenm, nunc noc. esse; B. 1. et C. hominem de hac re neminem.—19 Parei 3. hic es. Mox, C. aut qm̄ verberare; C. 2. aut quod verberare.—20 C. hic mittimus; Parei 3. hinc mittimus ire.—21 Juro peridum C. Juro per Venerem B. 1. me n. memini Juro peridam et martem me, &c. C.—22 Cam. vapularim jurque id factum; C. jure qui factum.—23 B. 1. abeo hinc bene; τὸ hinc deest in Gronov. Mox, C. a m. sec. noxa.—25 Pll. post ibi.—26 C. qm̄ evocatus; C. 2. quoniam advocatus. B. 1. bene mihi es; C. bene mihi adest.—27 C. suavis testibus.—28 Idem codex, Venercum ne populum.—29 Verba, Aliter h. a n. ne sis f. dubitatur, desunt in B. 1.—30 Pll. et ma-

#### NOTÆ

24 *Intestabilis*] *Intestabilis* dicebatur is, enjus in judicio testimonium non

Verberone etiam, antequam amittis? **PY.** mitis sum equidem fustibus.

**Obsecro** vos. **PE.** solvite istum. **PY.** gratiam habeo tibi.

**PE.** Si posthac prehendero ego te hic, arcebo testibus.

**PY.** Causam haud dico. **PE.** eamus intro, Cario. **PY.** servos meos 34

Eccos video. Philocomasium jam profecta est? dic mihi.

**Sc.** Jamdudum. **PY.** hei mihi! **Sc.** magis dicas, si scias, quod ego scio:

Namque ille, qui lanam ob oculum habebat, nauta non erat.

**PY.** Quis erat igitur? **Sc.** Philocomasio amator. **PY.** qui tu scis? **Sc.** scio:

Nam postquam exierunt porta, nihil cessarunt illico  
Osculari atque amplexari inter se. **PY.** Vae misero mihi!

Verba mihi data esse video: scelus viri Palæstrio, 41

Is me in hanc illexit fraudem: jure factum judico.

Si sic aliis mœchis fiat, minus hic mœchorum siet:

*myde, muchæra. Verberabone adhuc antequam dimittam? PY. Sum quidem manusfactus fustibus: vos rogo. PE. Solvite hominem. PY. Tibi sum obnoxius. PE. Si postea ego te deprehendero hic, arcebo testibus. PY. Non recusabo. PE. Ingrediamur, Cario. PY. Ecce video meos seruos. Philocomasium estne jam profecta? Dic mihi. Sc. Jampridem profecta est. PY. Hei mihi! Sc. Dicas magis, si teneas, quod ego teneo: nam ille, qui habebat lanam ob oculum, non erat nauta. PY. Quis erat igitur? Sc. Amator Philocomasii. PY. Quomodo scis tu? Sc. Scio. Nam postquam exierunt porta, non cessarunt illico osculari et amplexari inter se. PY. Vae mihi misero! Video mihi data esse verba: scelus viri, Palæstrio: ille me induxit in hanc fraudem. Judico esse merito factum. Si fiat sic alii adulteris, minus esset hic mœchorum; metuant ma-*

cra; B. 1. et mucrone qui, &c. Idem codex, non feret.—31 C. animam mittis; B. 1. animam amittis. Mox, C. mitissime quidem.—32 C. solvite istuc. Mox, Parei 3. jam habeo tibi, contra cod. I.—33 Verba ego te desunt in B. 1. arebo cestibus Pil. arebo cestibus margo ed. Gronov. ex codd.—36 Bipont. magis id dicas.—37 Namque illuc edd. quedam vett.—38 C. quid tu.—39 C. cessaverunt.—40 Idem codex neque amplexari.—41 Pil. et B. 1. scelus vir.—42 Is me hac i. fraude B. 1. Is me intexit fraude in jure C. Is me hinc illexit fraude C. 2.—43 C.

#### NOTÆ

admittebatur, quæ erat nota infamiae. **mittis.**

31 *Antequam amittis*] Legunt alii **mittis**, quod magis probavero; idque ex responso militis, qui se mitem fustibus dicit: in quo alludere videtur ad illad **mittis**, quasi sit **mitis**, et non

*Delph. et Var. Clas.*

*Plaut.*

41 *Scelus viri Palæstrio*] Scelestus Palæstrio. Nunc denun stolidus bellator a Palæstrione fuisse se delnum animadvertis.

3 Y

Magis metuant, minus has res studeant: eamus ad me.  
Plaudite.

*gis, studeant minus his rebus. Ingrediamur ad me. Plaudite.*

-----  
*mæchus fuit, m. h. m. sia et.—44 Pll. at me plaudite.*

# M. ACCII PLAUTI M E R C A T O R.

---

## DRAMATIS PERSONÆ.

CHARINUS, *Adolescens.*  
ACANTHIO, *Servus.*  
DEMIPHO, }  
LYSIMACHUS, } *Senes.*  
LORARI.  
EUTYCHUS, *Adolescens.*  
PASICOMPSA, *Meretrix.*  
DORIPPA, *Uxor.*  
SYRA, *Anus serva.*  
COCUS.

---

## ARGUMENTUM, UT QUIBUSDAM VIDETUR, PRISCIANI.

Missus mercatum ab suo adolescens patre  
Emit atque apportat scita forma mulierem.  
Requirit, quæ sit, postquam eam vidit, senex.

Jurenis mercator, missus a suo patre, mercatur atque advehit mulierem prædi-  
tam egregia pulchritudine. Senex eam conspicatus, quæ illa sit. Ser-

---

1 *Missus mercator* Delph. Bipont. et al. ap. Pareum, contra codd.—4 Con-

## NOTÆ

1 *Missus mercatum* [*mercator*] Hie auctor Periocha quia brevis esse laborat obscurus fit. Nam videtur innuere hoc versu et sequenti missum fuisse a patre filium ad emendam mu- lierem. Itaque ut lux fiat hæc supple : Charinus mercator adolescens, missus Athenis Rhodum ad mercatum a patre suo Demiphone, emit Pasicompsam mulierem præditam sei-

*Consigit servos emtam matri pedisequam.  
Amat senex hanc, ad se simulans vendere,  
Tradit vicino: eum putat uxor illius  
Obduxo scortum: tum Charinum ex fuga  
Retraluit sodalis, postquam amicam iuvenerat.*

5

*rus mentitur eam esse emtam, ut esset pedisequa matris Charini. Senex hanc  
deperit, ac fingens se eam vendere, dat vicino. Uxor hujus arbitratur eum ductare  
meretricem ante oculos. Tum socius Charini eum dehortatur ab exilio voluntario,  
amicam ejus reperta.*

---

*ficit servos B. 1. Conficit servos Pli.—5 C. adsimul; C. 2. se adsimul; al. ap.  
Pareum, seque assimulans; τὸ ad deest in B. 1. se adsimulans margo ed. Gro-  
nov. ex codd.—6 B. 1. uxor sibi.—7 Obduxisse C. et Parci 3. Obduxo sibi Bi-  
pont. cortuum C.—8 B. 1. C. et C. 2. inventit.*

## NOTÆ

ta forma, atque apportat Epheso nis. Itaque pro illius, ponendum vi-  
Athenas.

4 *Servos*] Rursum caligo. Confin-  
git Achantio servus Charini, esse em-  
tam Pasiconipsam ab hero Charino,  
ut sup̄ matri daret pedisequam.

6 *Tradit vicino*] Id est, Lysima-  
cho.

*Eum putat uxor illius*] Id est, Do-  
rippa, uxor Lysimachi, non Demipho-

deretur hujus.

7 *Obduxo scortum*] Id est, ducere  
ob oculos meretricem, ad angendum  
contemptum uxoris legitimæ. Eo enim  
contumelia esse major videtur, quo  
minus fugias conspectum ejus cui in-  
fers.

8 *Sodalis*] Eutychus filius Lysima-  
chi et Dorippæ.

## ARGUMENTUM.

Mercatum a se dum filium extrudit pater,  
Is peregre unius redimit ancillam hospitis  
Amore captus: ut venit, navi exsilit.  
Pater advolat, visam ancillam deperit.  
Quojns sit, percontatur: servos, pedisequam  
Ab adolescente matri emtam ipsius.  
Senex sibi prospiciens, ut amico suo

5

*Cum pater ejicit filium ab ædibus, et cogit proficisci ad mercatum, filius, longe  
agens, amore accensus ancillæ, que pertinebat ad hospitem, eam mercatur. Stu-  
tim atque reversus est, e navi egreditur alacriter. Pater accurrit. Conspicatus  
ancillam, ejus amore capitur. Sciscitur ad quem pertineat. Servus respondet  
Charinum cum mercatum esse, ut esset pedisequa suæ matris. Senex, providens*

---

1 C. ad sotium filium; C. 2. a se dum filium; al. a sece filium. Par-  
ticularia dum deest etiam in B. 1. et Ven. 1.—2 Is peregre militis B. 1. Is peregre

- Veniret, natum orabat: natus, ut sno.  
 Hic filium subdiderat vicini; pater  
 Vicinor: præmercatur ancillam senex. 10  
 Eam domi deprehensam conjux illius  
 Vicini scortum insimulat: protelat virum.  
 Mercator exspes patria fugere destinat:  
 Prohibetur a sodale, qui patrem illius  
 Orat suo cum patre, nato ut cederet. 15

*suis utilitatibus, filium rogat, ut rendatur suo amico. Natus rogat patrem, ut suo amico vendatur. Hic supposebat filium vicini Eutychum, pater ipsum ricinum Lysimachum. Senex emisit ancillam. Uxor vicini domi deprehendit, canque putat esse mariti amicam. Maritum incessit. Mercator, spe omni abjecta, statuit patria excedere. Vetus sodalis, qui cum suo patre obtestatur patrem illius, ut mulierem concedat filio.*

\*\*\*\*\*

*militis PII. Pro hospitis, C. habet militis.—3 PII. ut rehit.—4 Parei 3. visamque, contra codd.—5 C. scribi.—10 Vicinus B. 1.—13 C. et C. 2. expers.—14 Prohibebere C. et C. 2.—15 Ouerat edd. quadam vett. contra codd. Post hunc vs. codex B. 1. addit, absente cum lenone perfido.*

#### NOTÆ

12 *Protelat*] ‘Protelare’ est incitare, exagitare; (enī opponitur ‘harrere,’ ‘consistere’) quod veteres dicebant ‘strigare.’ ‘Protelatum’ est tractus iumentorum.

15 *Orat suo cum patre*] Patet ex

lectione solutionis hujus fabulæ, non Eutychum orare cum patre Lysimacho Demiphonem, sed onerare hominem maledictis. Unde conjicit Guillelmus, pro *orat*, scribendum *onerat*.

=====

#### ALIUD ARGUMENTUM CAMERARI.

ARGUMENTUM hujus Fabulae futile et flagitosum est. Quemadmodum autem protest, venena nota esse, ut respuantur; ita talia dum legimus, exercari debemus. Sed neque venena nulli prorsus usui sunt; et haec ad turpititudinem fugiendam et convertendos animos ad timorem Dei assunt possunt. Productur senex iñmitis, et tamen dissolutus: itemque alter levis atque iners. Hic iniñior in filium juveniliter peccantem savis diecis illum in mercatum abigit; qui reversus ancillam adduxerat, quam animi causa sibi paraverat. Hanc visam amare senex cœpit, et amatam præripit astute filio, allegato sene amico, qui illam præmercaretur. Nam et sunm sodalem adolescens subornarat, ut illam emeret. Postea adducta muliere in ædes senis vicini, et conductis eocis ad cœnam coquendam, advenit illius senis uxor, et turbas movet: et tandem res per adolescentes componitur.

## PROLOGUS.

## CHARINUS.

DUAS res simul nunc agere decretum est mihi,  
Et argumentum et meos amores eloquar.  
Non ego idem facio, ut alios in Comœdiis  
Vidi facere amatores, qui aut nocti, aut die,  
Aut soli, aut lunæ miserias narrant suas :      5  
Quos pol ego credo humanas querimonias  
Non tanti facere, quid velint, quid non velint.  
Vobis narrabo potius meas nunc miserias.  
Græce hæc vocatur Emporos Philemonis,  
Eadem Latine Mercator Marci Accii.      10  
Pater ad mercatum hic meus misit Rhodum.  
Biennium jam factum est, postquam abii domo.  
Ibi amare occepi forma eximia mulierem.

**CH.** *Ego statui obire nunc duas res uno tempore ; exponam et Argumentum et meos amores. Ego non id ago quod vidi agere alios amatores in Comœdiis ; qui exponunt suas calamitates, aut nocti, aut diei, aut soli, aut lunæ, quos Deos credo per Pollucem non magni facere querelas hominum, neque admodum curare quid exoptent, quid metuant. Exponam, non Dis, sed vobis potius nunc meas ærumnas. Hæc fabula appellatur Græce Ἐμπότος Philemonis, eadem Latine Mercator Marci Accii Plantæ. Hic meus pater me misit Rhodum ad mercaturam ; jam effluxit biennium ex quo discessi domo : ut discessi statim incepit Pasicompsam mu-*

\*\*\*\*\*

3 Non ego id est C. 2. Non ego dem C. Non ego item al. ap. Pareum.—4 B. 1. C. et C. 2. amoris facere ; al. ap. Parenm, facere amantes. Mox, B. 1. noctu.—6 Pll. humanis.—10 Pro Marci Accii, C. habet mactici ; C. 2. et B. 1. mactici.—11 C. hic meneus misit. Mox, C. et C. 2. Rodus.—12 Margo ed. Gronov. abii amore, ex codd.—13 Abii Pll. Occepi amare, omissio Ibi, B. 1. occipit C. et

## NOTÆ

4 Qui aut nocti, aut die] *Die pro diei* : veteres dicebant etiam ‘dii,’ quasi a dies, ‘diis,’ ‘dii.’

7 Non tanti facere] Nonnulli ethnici, ad quorum sese mentem accommodat Charinus, existimabant indignum esse divina natura curare inferiora hæc, et aurem præbere mortalibus. Alii aliter et verius sentiebant ; nihil in terris, nisi nutu numinis eveni-

re, idemque orantium preces audire et exaudire.

9 Emporos] Græce Ἐμπότος, est a πείρω, transeo, et significat rectorem, maxime eum qui mare trajicit ; unde suntum est ad significandum mercatorem ; non illum sellularium, sed qui ultra citraque maria merces comportet.

Philemonis] Philemon erat poeta

Sed, ea ut sim implicitus, dicam ; si opera est auribus,  
 Atque ad advortendum huc animum adest benignitas. 15  
 Et hoc parum etiam more majorum institi :  
 Prius, ac percontatus sum vos, sumsi indicium illico.  
 Nam amorem hæc cuncta vitia sectari solent,  
 Cura, ægritudo, nimiaque elegantia :  
 Hæc non illum modo qui amat, sed quemque attigit, 20  
 Magno atque solido mulctat infortunio.  
 Nec pol profecto quisquam sine grandi malo,  
 Præquam res patitur, studuit elegantiae.  
 Sed amori accedunt etiam hæc, quæ dixi minus,  
 Insomnia, ærumna, error, terror, et fuga, 25  
 Ineptia, stultitiaque adeo, et temeritas,

*lierem pulchritudine præstanti. Sed aperiam, quemadmodum sim ea irretitus ; si præbeatis aures, atque pro vestra benevolentia advertatis huc mentem. Et non secutus sum restigia majorum in ea re, ntpote qui antequam rogavi licentiam, narravi statim amores ; etenim universa illa mala consueruerunt comitari amorem ; soliditudo, molestia, nimium studium cultus ; hæc mactat ingentibus et gravibus pœnis, non solum amatorem, verum etiam quemcumque tenet ; neque per Pollucem ullus animum adhibuit elegantiae cultus plusquam par est citra magnum damnum. Verum hæc quoque quæ non recensui amorem consequuntur, insomnia, molestia animi, inconstitutia, metus, nugæ, amentiaque, adeo et temeritas, imprudentia, impudentia,*

C. 2.—14 *Sed eam PII. et B. 1. ut simplicius B. 1. simplicitus Non.*—15 *Atque advortendam PII. ut animus B. 1. ut animum C. et C. 2.*—16 *Eit hoc C. esse more matorum in eodem cod. esse more majorum B. 1. esse more majorem C. 2.*—17 *Per me percontatus B. 1. Per mea percontatus C. et C. 2. sum sumque index illico B. 1. sum vos sumque inde illico PII.*—18 *C. sectare.*—20 *Nec non modo illum B. 1.—21 C. solidudo mutat.*—22 *C. grande malo.*—23 *C. 2. B. 1. studet ; C. studit ac elegantia.*—24 *B. 1. quæ diximus ; C. quod dixi minus.*—25 *C. erumna errore terrore surga ; C. 2. erumna error et terror et fuga ; B. 1. et*

## NOTÆ

Syraeusanus Comicus : annis ante Plautum 136. scripsit.

14 *Si opera est auribus]* Id est, si aures vacuae sint ; si operam mili dare possunt. Dare autem operam præceptoris est audire præceptorem.

16 *Et hoc parum]* Deprecatur a se culpam audaciae, quod minime obtenta dicendi licentia, nedum petita, aliquot versibus orsus sit amorum suorum narrationem ; moremque esse positum innuit publice dicentibus, ut benevolentiam captarent. Refudit

hanc suam inurbanitatem in amorem, quasi cœus cœcos faciat in officiis illis urbanitatis.

20 *Quemque]* Quemcumque.

21 *Magno atque solido mulctat infortunio]* Solidum opponitur levi et caavo, et significat grave. Terent. ‘Gaudium solidum,’ id est, minime inane. Donat. ‘Solidum est plenum et integrum.’ In Epidico ‘malefacta solidaria,’ id est, gravia.

23 *Res patitur]* Supple familiaris.

25 *Insomnia]* In sexto casu, ut est

Incogitantia, excors immodestia,  
 Petulantia, cupiditas, et malevolentia :  
 Inhæret etiam aviditas, desidia, injuria,  
 Inopia, contumelia, et dispendium, 30  
 Multiloquium, pauciloquium : hoc ideo fit, quia,  
 Quæ nihil attingunt ad rem, nec sunt usui, hæc  
 Amator profert sæpe advorso tempore.  
 Hoc pauciloquium rursum idcirco prædico,  
 Quia nullus unquam amator adeo 'st callide 35  
 Facundus, quæ in rem sint suam, ut possit loqui.  
 Nunc vos mihi irasci ob multiloquium non decet :  
 Eodem, quo amorem; Venus mihi hoc legavit die.  
 Illuc revorti certum, ut conata eloquar.  
 Principio atque animus ephebis ætate exiit, 40

*recordia, proterritas, libido, et malevolentia : adjuncta est quoque cupidus, socordia, dedeus, egestas, probrum, et impensæ, loquacitas, taciturnitas.* Hoc idcirco contingit, quia amator profert ea adverso tempore, que non pertinent ad rem, et inutilia sunt. Rursum laudo hanc taciturnitatem, quia nullus amator est unquam preeditus tanta eloquentia, ut possit edicere ea que sunt e re sua. Nunc nou oportet vos succeusere mihi propter loquacitatem; Venus mihi impertiit id eodem die, quo amorem: statui reverti eo, ut perficiam ea quæ inchoavi. Ubi primum animus ex-

terror et fuga.—26 Pli. temeritast.—28 C. et C. 2. et cupiditas malivoalentia; rō et deest in B. 1.—29 Ineret C. desidia, incuria Acidal.—31 B. 1. pauciloquii; Pli. parvū loquium.—32 B. 1. nec sumptus videt Tum amator, proferri, &c. C. nec sunt ridi Tam amator proferri, &c.—34 Hoc p. sumit C.—35 C. usquam. Mox, adeos callide C. adeo culidis B. 1.—36 Facundusque B. 1. in rem insit sua Pli. in rem insit suam B. 1.—38 Eodem quo Amor et Venus me hoc legarunt die Scal. hanc mihi legarit diem B. 1.—39 B. 1. est ut conata; C. et conata; C. 2. iconata; unde aliqui incoata.—40 Principio ut ex ephebis ætate exiit Muret. atque ætas ex ephebis exiit al. ap. Parenum; atque anni ephebitated exiit al. ibid.

## NOTÆ

etiam in Cicerone, Sallustio, et aliis.

26 *Inertia*] Perinde in singulari, atque in plurali dicitur tantum ab auctoribus nota melioris.

29 *Desidia*] Alii *residia*, ut 'vecordia,' 'vesania'; aliis *residia* a 'reses,' ut 'desidia' a 'deses.'

35 *Callide Facundus*] Id est, callidus et facundus.

40 *Ephebis exiit... animus*] Ephebus est ab ἐπὶ et γῆ, pubes. Donatus dicit esse primam ætatem adolescen-

tiæ, et extremam pueritiæ. Censurinus distinctius: notat enim quemadmodum nos decimo-quinto ætatis anno, cum primum pueritiam egressi sumus, dicamus μελλέφηβοι, hoc est, futuri ephebi; decimo-sexto, ἔφηβοι decimo-septimo, ἔξεφηβοι, quasi ephebiam egressi. Est autem hic translationis ab ephobia et pubertate, quæ corporis est ad maturorem animum et firmorem.

Atque animus studio amotus puerili est meus,  
 Amare valide cœpi hic mercetricem : illico  
 Res exulatum ad illam abibat clam patris.  
 Leno importunus, dominus ejus mulieris,  
 Vi summa quidque, ut poterat, rapiebat domum.      45  
 Objurgare pater hæc me noctes et dies,  
 Perfidiam, injustitiam lenonum expromere :  
 Lacerari valide suam rem, illius augerier.  
 Summo hæc clamore : interdum mussans colloqui,  
 Abnuere : negitare adeo me natum suum :      50  
 Conclamitare tota urbe et prædicere,  
 Omnes tenerent mutuitanti credere :  
 Amorem multos illexe in dispendium :  
 Intemperantem, non modestum, injurium ;  
 Trahere, exhaustire me, quod quirem, ab se domo :      55  
 Rationem pessumam esse, ea, quæ ipsus optuma  
 Omnes labores invenisset perferens,  
 Amoris vi diffunditari ac deteri :

*cessit ex ephelis per ætatem, et a studio puerili, incepi amare perdite meretricem in hac urbe. Bona patria statim conmearunt ad illam, inscio patre. Leno molestus, herus hujus mulieris, rapiebat domum, vi summa, quicquid poterat : pater me increpabat dies et noctes; ob oculos ponebat perfidiam et injustitiam lenonum; suas fortunas dilapidari magnopere: angi animo idcirco: hec summo clamore: nonnunquam mussans secum loqui: movere caput; negare adeo me esse suum filium: vociferari tota urbe, et monere omnes, ut ne mihi credereent pecuniam mutuant; amorem vocasse complures in ruinam: me vino deditum esse, superbum, contumeliosum: me suffurari, et abs se efferre domo quicquid possem: esse insulam agendi rationem, ea bona profundi ac dilapidari impetu amoris, que ipse qua-*

\*\*\*\*\*

*animus phœbus B. 1. C. et C. 2.—11 B. 1. puerilest meum est; Pl. puerili meus.—43 Rex C. et C. 2. jam patris Pl. jam abibat patris B. 1.—45 Vi s. quoque ut p. rapibat C.—46 Pl. hac noctes; B. 1. hac noctes dies.—49 Pl. mussas; C. missa; C. 2. mussa; B. 1. mussat loqui.—50 C. neciture.—51 C. prædicaret.—52 C. mutuanti; C. 2. mututanti; B. 1. nutu tanti.—53 Pl. inlexit; B. illexit.—55 B. 1. et C. exurire me. C. querem; B. 1. qui rem. Mox, dominum C. C. 2. B. 1. Ven. 1.—56 Ratione pessum a caue ipsius B. 1. ipsis Pl. vetustissimus; ipsius C. 2.—57 Omnis Pl. invenisset pseris B. 1. invenisset perferis Pl.—58 Mores*

## NOTÆ

46 *Objurgare pater hæc me]* Id est, me propter hæc.

49 *Mussas]* Summisse et compressis labris loquens et obmurmurus.

52 *Omnes tenerent mutuitanti credere]* Tenerent pro abstinerent: mutuitanti, pro volenti mutuam sumere pecuniam. Mutuitanti a ‘mutuio,’ quod est frequentativum a ‘mutuo.’

Convitum tot me annos jam se pascere;  
 Quod nisi puderet, ne luberet vivere : 60  
 Sese extemplo, ex ephebis postquam excesserit,  
 Non, ut ego, amori, neque desidia in otio  
 Operam dedisse, neque potestatem sibi  
 Fuisse; adeo arcte cohibitum esse a patre:  
 Multo opere immundo rustico se exercitum : 65  
 Neque nisi quinto anno quoque posse tum visere  
 Urbem, atque extemplo inde, ut spectavisset peplum,  
 Rus rursum confestim exigi solitum a patre.  
 Ibi multo primum se familiarium

*siisset in perferridis omnibus laboribus: mihi esse pudendum me a se pasei, jam tot annos: si non me puderet hujus rei, oportere me tædere ritæ: se, adultorem factum, non statim indulsisse amori, ut ego, neque segnitia in quiete, neque sibi fuisse copiam faciendi: esse cœrcitum a patre; se fuisse occupatum variis laboribus agrestibus, sordidis; neque potuisse interim venire in urbem, nisi quinto quoque anno, et statim atque conspicutus esset peplum, se pelli consuetum rus rursum a patre. Inenbusse operi ibi, tanquam unum servum, eumque primarium, patre sibi*

*vidi funditari B. 1. Mori sui difunditari Pll. More sui diffunditari C. 2. Pro dete-  
 ri, C. habet die heret; C. 2. diedere; Ven. 1. dedere; al. diffunditare ac dedere.*  
 —59 *Conjurium Pll. Commulcium al. ap. Pareum. jam si B. 1. Post hunc vs.  
 legitnr in Parei 3. Suisque ingratis me vitum ugere perperam: qui vs. nusquam  
 appetat in codd.*—60 *Quod nisi luderet B. 1. Quod nisi luderet ne luderet viveret  
 viveret C. Quod nisi luderet ne luberet vivere sese C. 2.*—61 *C. exphesis.*—  
 62 *Nonne ut Pll. neque insidiae C.*—63 *B. 1. potestam.*—64 *Gruter. conj. sese a  
 patre; Delph. Tanbm. Bipont. al. esse se a patre; τὸ se deest in codd. et edd.  
 vett.*—65 *Multos o. i. rusticos exercitum B. 1.*—66 *Al. ap. Pareum, quoque anno.  
 Mox, pro posse tum, Pll. habent positum; al. ap. Pareum, assuetum visere.*—  
 68 *Rus rursum C. et Parei 3.*—69 *Pro primum, quod servant Pll. plurimum*

## NOTÆ

*59 Convitum tot me annos jam se pas-  
 cere]* Id est, me filium suum, qui sum  
*convitio, probro, dedecori, et patri*  
*et familiæ, le reproche de son père.*

*65 Immundo rustico se exercitum]* Alii legunt *in mundo*, id est, in ornatu  
 et apparatu rustico, ut dicitur ‘mun-  
 dus muliebris,’ mulierum ornatns.

*67 Ut spectavisset peplum]* Peplum  
 erat vestis candida aureis clavis dis-  
 tineta, sine manicis, qnæ simulacris  
*Deorum circumponebatur.* Servius  
 pallam fæmineam exponit. Aliis est  
 pallii Græci genus: pallium antem  
*Græcorum erat frustum panno ex-  
 cisum integro, quantum satis esset*

tegendo corpori, longum magis quam  
 latum, sine ulla forma; nisi quod ejus  
 utraque extremitas ad pares angulos  
 secta penderet. In peplo Minervæ  
 erat victoria Enceladi a Minerva  
 prostrati. Depicta erant et nomina  
 duodecim tribuum Atheniensium, et  
 salutarium reipublicæ virorum. In  
 solemnis Minervæ supplicationibus  
 tantum peplum ostendebatur. Hæ  
 quinto quoque anno celebrabantur, et  
 Panathenaica Magna appellabantur;  
 nam Panathenæa Parva annis singulis  
 agitabantur, sed peplum non ostendebatur.

|   |    |
|---|----|
| Laboravisse : quom hæc pater sibi diceret :           | 70 |
| Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis : |    |
| Tibi denique iste pariet lætitiam labos.              |    |
| Postquam recesset vita patrio corpore,                |    |
| Agrum se vendidisse, atque ea pecunia                 |    |
| Navim, metretas quæ trecentas tolleret,               | 75 |
| Parasse, atque eapse merces vectatum undique,         |    |
| Adeo dum, quæ tum haberet, peperisset bona.           |    |
| Me idem decere, si, ut deceret me, forem.             |    |
| Ego me ubi invisum meo patri esse intellego,          |    |
| Atque odio esse me, quoi placere æquom fuit,          | 80 |
| Amens, amansque, utut animum offirimo meum,           |    |
| Dico esse iturum me mercatum, si velit ;              |    |
| Amorem missum facere me, dum illi obsequar.           |    |
| Agit gratias mihi, atque ingenium allaudat meum ;     |    |
| Sed mea promissa non neglexit persequi.               | 85 |
| Ædificat navim Cercorum, et merces emit :             |    |

*id inculante hæc : aras tibi, occas tibi, seris tibi, metis eidem tibi. Uno verbo hic labor tibi afferet gaudium. Postquam anima reliquisset corpus patris, se vendidisse agrum ; mercatum esse navim ea pecunia, quæ ferret trecentas mensuras, et portasse easdem merces in omnes regiones, usque eo dum comparasset opes quibus tum potiretur ; me oportere idem agere, si essem ut me oportaret esse. Ego ubi animadverto me esse minime gratum meo patri, atque me esse odio ei cui par erat esse acceptum, amans et amens, animo, quacumque ratione potui, corroborato, affirmo patri, me iturum ad mercatum, si cupiat ; me deserturum amorem, dummodo illi placeam. Mihi agit gratias, atque approbat meum consilium ; sed non intermittit ad finem promovere ea quæ eram pollicitus. Cerebrum navim exstruit, et emit mer-*

habent al. ap. Pareum.—70 *Laboragisse* C.—71 B. 1. *tibi occassis* ; C. *tibi occasus* ; C. 2. *tibi occasis*. Mox, *tibi saris* C. 2. *tibi cris* C. *tibi sarris* al.—72 C. *isti*. Mox, B. 1. *leticiam habes*.—73 Parei 3. *recessit* ; Pll. *recesset* ; C. *corpora*.—75 *Navem* C. 2.—76 B. 1. *atque eam semper eis vectatam* ; Pll. *atque eam semper scis rectauand* ; Parei 3. *se in Persis*.—77 *Pro quæ tum*, C. C. 2. et B. 1. *habent questum*. Mox, C. 2. et B. 1. *peperisse*.—78 *Me i. diceret* B. 1. C. et C. 2. Mox etiam *diceret* Pll.—80 *Atque hodie* C. *me quod* B. 1. C. et C. 2.—81 *Alterum ut deest* in B. 1. C. et C. 2.—86 C. *narem gubernatorum* ;

## NOTÆ

75 *Metretas*] Pondus amphoræ, si-  
ve dolii, sive metretæ vini, centum  
erat librarum. Navim quæ trecentas  
metretas tolleret, nos modo dicere-  
mus, un navire de trois cents tonneaux ;  
quanquam mensuræ nostræ illis mini-

me respondeant.

86 *Cercorum*] Nonius : ‘Cerenrus  
navis Asiana prægrandis, aliis onera-  
ria, aliis geraria.’ Un vaisseau mar-  
chand.

Parata navi, imponit : præterea mihi  
Talentum argenti ipsus sua annumerat manu :  
Servom una mittit, qui olim a puero parvulo  
Mihi pædagogus fuerat ; quasi uti mihi foret                   90  
Custos : iisce confectis navim solvimus :  
Rhodum venimus : ubi, quas merces vexeram,  
Omnes, ut volui, vendidi ex sententia,  
Lucrum ingens facto, præterquam mihi meus pater  
Dedit aestimatas merces : ita peculium                   95  
Conficio grande : sed, dum in portu illi ambulo,  
Hospes me quidam agnovit, ad cœnam vocat.  
Venio, decumbo, acceptus hilare atque ampliter.  
Discubitum noctu ut imus, ecce ad me advenit  
Mulier, qua mulier alia nulla est pulchrior :               100  
Ea nocte mecum illa hospitis jussu fuit.  
Vosmet videte, quam mihi valde placuerit !  
Postridie hospitem adeo, oro ut vendat mihi :  
Dico ejus pro meritis gratum me et munem fore.  
Quid verbis opus est ? emi, atque advexi heri.               105  
Eam me advexisse nolo resciscat pater.  
modo eam reliqui ad portum in navi, et servolum.

*ces: et iis onerat instructam navim. Præterea ipse mihi numerat sua manu talentum argenti: mittit mecum famulum, qui fuerat olim meus pædagogus a prima pueritia, quasi ut mihi esset custos: hisce peractis soleimus navim: venimus Rhodum, ubi vendidi ad voluntatem omnes merces quas attuleram: facio magnum que-  
stum, præter estimationem mercium a patre factum: sic cogo magnum peculium: sed interea dum ambulo in portu, illuc, quidam hospes me agnovit; invitat ad cœ-  
nam. Venio, decumbo, exceptus hilariter et opipare: quando inus discubitum noctu, ecce mulier venit ad me, qua nulla alia mulier est pulchrior: ea illa fuit me-  
cum ea nocte imperio hospitis: jndicate vos ipsi, quantum tun mili placuerit.  
Postridie rogo hospitem, ut mili rendat. Affirmo ne futurum esse gratum et mu-  
nificum pro ejus meritis. Quid opus est verbis? EMI, atque attuli heri. Nolo  
ut pater sciat me eam attulisse; eam reliqui modo ad portum, cum scrulo in navi :*

-----  
*C. 2. navim gerariam; et sic edidit Parens.—88 B. 1. ipse sua. Mox, Pl. abnumerat.—89 Servom vanu mittit C.—91 B. 1. isce confestim; Pl. issit con-  
fectis. Mox, C. uavem.—94 Douza ingens facio, contra codd.—96 B. 1. ibi  
ambulo.—102 C. illi.—104 Dicens pro meritis al. ap. Pareum. Mox, B. 1. et  
memorem fore; et sic Lambin.—105 B. 1. est dat mihi atque.—106 C. reseitat*

## NOTÆ

88 *Talentum argenti] Six cents écus. ut plurimum erant servi.*

90 *Pædagogus] Medici, pædagogi, 104 *Munem] Id est, obligatum, ob-  
et alii qui nunc ferme sunt in honore, noxiun. ‘Immunis’ contrarium.**

Sed quid currentem servom a portu conspicor,  
Quem navi abire vetui? timeo, quid siet.

*sed quare video servum currentem a portu, quem prohibui discedere navi? metuo quid sit.*

---

*pater.—107 B. 1. ut servolum.—108 Idem codex, a porta.—109 C. temeo. B. 1. et C. 2. quid sit.*

---

## ACTUS PRIMUS.

ACANTHIO, CHARINUS.

Ac. Ex summis opibus viribusque usque experire, nitere,  
Herus ut minor opera tua servetur: agedum, Acanthio,  
Abige abs te lassitudinem: cave pigritia prævorteris:  
Simul enicato suspirus: vix suffero hercule anhelitum.  
Simul autem plenissime eos, qui advorsum eunt, aspellito, 5  
Detrude, deturba in viam: haec hic disciplina pessima est,  
Currenti, properanti, haud quisquam dignum habet dece-  
dere.

Ita tres simili res agendæ sunt, quando unam oceperis:  
Et currendum, et pugnandum, et autem jurgandum est in  
via.

Ac. Conare semper summa ope, et totis viribus incumbe, ut junior herus servetur  
tua opera: agedum, Acanthio, excute omnem segnitiem; vide ne te pigritia oceu-  
pet. Obliviscere asthmati tui per Herculem: rix dueo spiritum; propelle autem,  
submore, arverte a via una omnes eos qui flunt obriam: est hic mos incommodus;  
nemo dignatur viam facere acceleranti: sic currenti attendendum est tribus rebus,  
quando unam instituisti; et accelerandum, et contendendum, et rixandum in via.

---

2 Pl. agendum Achantio.—3 Al. ap. Pareum, pigritia prævortier.—4 B. 1.  
enicat spūs; C. emical suspitus; C. 2. enical spiritus. Hunc versum post vs.  
14. exhibet ed. Bipont. hoc modo: Simul emical spiritus, &c.—5 B. 1. plenis-  
sime tis qui; Pl. plenissime eos qui; al. ap. Pareum, plenissime. Mox Pl.  
advorsum erunt. Palni. cispellito.—6 Detrudetur juu in viam C. de turba B. 1.  
Mox, idem codex, disciplina hic.—7 C. heu quisquam.—8 Ita tres simul res

### NOTÆ

- 1 *Ex summis opibus]* Summopere, cebros anhelitus pectoris.  
magnopere.
- 2 *Cave pigritia prævorteris]* Id est, vix suffero anhelitum] Id est, vix recipio anhelitum, et aërem resor-  
beo.
- 3 *Emical suspitus]* Id est, vince

**CH.** Quid illud est, quod ille tam expedite exquirit cursu-  
ram sibi? 10

**Cura** est, negotii quid sit, aut quid nuntiet. **Ac.** nugas  
ago.

**Quam** maxume resisto, tam res in periculo vortitur.

**CH.** Mali nescio quid nuntiat. **Ac.** genua hunc cursorem  
deserunt.

**Perii!** seditionem facit lien, occupat præcordia.

**Perii!** animam nequeo vortere : nimis nihil tibicen siem! 15

**CH.** At tu edepol sume laciniam, atque absterge sudorem  
tibi. [nem eximent.

**Ac.** Nunquam edepol omnes balineæ mihi hanc lassitudi-  
Domin' an foris dicam esse herum Charinum? **CH.** ego  
animi pendeo,

**Quid** illud sit negotii: lubet scire ex hoc me, ut sim certior.

**Ac.** At etiam asto? at etiam cesso foribus facere hisce  
assulas? 20

**Aperite** aliquis: ubi Charinus herus? domin' est an foris?

**CH.** Quare ille exoptat viam tam liberam in currendo? *Sum solicitus, quid sit*  
*rei, aut quid nuntiet.* **Ac.** *Nugor; quo magis moror, eo magis res periclitatur.*  
**CH.** Apportat nescio quid mali. **Ac.** Genua labant huic cursori. Occidi: lien  
concitat: invadit in præcordia. Interii! non possum spiritum ducere et mittere:  
sim malus tibicen. **CH.** At tu per ædem Pollucis accipe imam oram vestis, et ab-  
sterge sudorem. **Ac.** Per ædem Pollucis nunquam omnia balnea me recreant ab  
hac lassitudine: herus Charinus estne foris an domi? **CH.** Ego anceps sum quid  
rei sit: id libet scire ex hoc, ut sim certior. **Ac.** At consisto adhuc? At moror  
adhuc comminuere assulatum has fores? aperite aliquis: ubi herus Charinus? Est-

B. 1.—9 C. et autem jurigandum; B. 1. et ante jurgandum.—11 Curast B. 1.  
nuntient C.—12 Quam resisto tam maxime Pl. resisto tam desunt in B. 1.—  
15 C. et C. 2. nil tibi en siem; B. 1. nihil tibi censem.—16 B. 1. sume tibi la-  
ciniam.—17 Parei 3. balneæ, contra codd. eximeant C.—19 Quid illuc sit n. t.  
s. me ex hoc metu ut sim certus B. 1. ex hoc med ut sim Pl.—20 C. his cassulas;  
B. 1. his casulas.—21 C. Charinus servus; C. 2. Charinus erus; al. ap. Pa-

#### NOTÆ

14 *Seditionem facit lien]* Lien mihi  
currenti molestus est, et in præcor-  
diis movetur hic et illuc. Credibile  
est Plautum hic consulto introducere  
servum parum congrue loquentein de  
partibus corporis internis, et motum  
lienis accipere pro motu cordis; nam  
cum incitatius eucurrimus, non lienis

motum, sed cordis sentimus.

15 *Nimis nihil tibicen siem]* Je ne  
serois pas bon à jouer de la flute. Quia  
tibicines spiritu expedito et copioso  
indigent ad inflandas tibias.

17 *Omnes balneæ]* Balneæ saluta-  
res, et jucundæ fessis recreandis vi-  
ribus ac reficiendis, admenda lassi-

- Num quisquam adire ad ostium dignum arbitratur? Ch.  
ecce me, [navior.]  
Acanthio, quem quæris. Ac. nusquam est disciplina ig-  
Ch. Quæ te res male agitant? Ac. multæ, here, te atque  
me. Ch. quid est negotii? 24  
Ac. Periimus. Ch. principium inimicis dato. Ac. at tibi  
sortito id obtigit. [acquiescere.]  
Ch. Loquere id negotii, quicquid est. Ac. placide: volo  
Tua causa rupi ramices, jamdudum sputo sanguinem.  
Ch. Resinam ex melle Ægyptiam vorato, salvom feceris.  
Ac. At tu edepol calidam picem bibito, ægritudo absces-  
serit.  
Ch. Hominem ego iracundiorem, quam te, novi nem-  
nem. 30

*ne domi, an foris? omnes deditantur adire ad januam. Ch. Adsum, Acanthio, quem investigas. Ac. Nusquam disciplina domestica est neglectior. Ch. Quæ res te male incitant? Ac. Complures, here, te atque me insectantur. Ch. Quid est rei? Ac. Occidimus. Ch. Da principium orationis inimicis. Ac. Sed id tibi obvenit sortito. Ch. Dic id rei quid est? Ac. Da moram: volo recipere spiritum: rupi intestina tua causa, expuo jamdudum sanguinem. Ch. Vora resinam Ægyptiam ex melle factam, te sanabis. Ac. At tu per ædem Pollucis pota picem ferventem; morbus curabilur. Ch. Ego novi neminem iracundiorem te.*

renum, *Charinus, heus! Domine.* Mox, B. 1. *domi est.*—24 B. 1. *mala res;* C. *res mala agitant.*—25 *Perimus* B. 1.—27 C. *ramices;* C. 2. *tramites.*—29 *At edepol tu* B. 1.—30 *Pronomen ego deest* in B. 1. et C. 2. *Hominem pol iracun-*

## NOTÆ

tudini idoneæ.

25 *Principium inimicis dato*] Mos erat apud veteres, ut si quod omnis mali verbum excideret in colloquio, id a se vehementer deprecarentur, et derivare in inimicos saltem voto co-narentur. Itaque Acanthioni dicenti ‘periimus,’ *Charinus* respondet, *Orationis tue initium eveniat nostris inimicis, id est, pereant inimici nostri, non nos.*

27 *Rupi ramices*] ‘Rame’ est Plautus, quod est ‘hernia’ Martiali. ‘Hernia’ autem est, quando enim conatu contentionique sen virium sen vocis, in imo ventre tumor extus existit; quod nos Gallice appellamus

*descente.* Sed quia mentio est hic mysticum sputo sanguinis, patet Plautum per *ramices* intelligere venas pulmonis. ‘Rame’ autem originem videtur habere a ‘ramo,’ qui sive in hernia sive in venis representari videtur.

28 *Resinam ex melle*] Id est, resinam cum melle, quod quam salutare sit sistendo sanguini ex ramicibus ebullienti medicorum est videre.

29 *Calidam picem*] Paulus familiarius Acanthio herilem jocum servili remetitur. Mos erat apud veteres, ut qui Deorum nomina usurpassent irreligiosius calidam picem bibere co-gerentur.

**Ac.** At ego maledicentiores, quam te, novi neminem.

**Ch.** Sin saluti quod tibi esse censeo, id consuadeo.

**Ac.** Apage istiusmodi salutem, cum cruciatu quæ advenit.

**Ch.** Dic mihi, an boni quid usquam est, quod quisquam uti possiet

Sine malo omni: aut, ne laborem capias, cum illo uti voles? 35

**Ac.** Nescio ego istæc: philosophari nunquam didici, neque scio.

Ego bonum, malum quo accedit, mihi dari haud desidero.

**Ch.** Cedo tuam mihi dexteram, agedum, Acanthio. **Ac.** hem, dabitur: tene. [opera licet

**Ch.** Vin' tu te mihi ob esse sequentem, an nevis? **Ac.**

Experiri, qui me rupi, causa currendo tua, 40

Ut quæ scirem, scire actutum tibi liceret. **Ch.** liberum Caput tibi faciam, paucos cis menses. **Ac.** palpo percutis.

**Ch.** Egon' ausim tibi usquam quicquam facinus falsum proloqui? [ah!

Quin jam priusquam sim elocutus, scis, si mentiri volo. **Ac.** Lassitudinem hercle verba tua mihi addunt, enicas. 45

**Ch.** Siccine mihi obsequens es? **Ac.** quid vis faciam?

**Ch.** tun'? id quod volo.

**Ac.** At ego novi neminem maledicentiores quam te. **Ch.** Te doceo, quod existi-  
mo esse tibi salutare. **Ac.** Apage istam sanitatem, quæ adrenit cum cruciatu. **Ch.** Dic mihi, num est alicubi aliquid boni, quod quisquam usurpare possit, citra ali-  
quod malum; aut quod adhibere queas, quando libebit, citra laborem? **Ac.** Ego  
hæc ignoro: hæc nunquam ego didici argutari, neque novi; aut opto mihi tribui  
bonum, ad quod accedit malum. **Ch.** Da mihi tuam dextram: agedum, Acanthio.  
**Ac.** Hem, dabitur: accipe. **Ch.** Visue tu mihi esse morigerum, an non vis?  
**Ac.** Projecto potes intelligere experientia, qui me rupi accelerando tui gratia; ut  
disceres statim, quæ didiceram. **Ch.** Te manumittam citra paucos menses. **Ac.**  
Tu mihi ob blandiris. **Ch.** Egone audeam tibi dicere quicquam falsum? Quin  
scias etiam antequam sim locutus, si volo mentiri. **Ac.** Ah! intermis; per Her-  
culem tua verba mihi adjicint defatigationem. **Ch.** Siccine mihi es obtuperans?  
**Ac.** Quid vis ut agam? **Ch.** Tune petis? id quod volo. **Ac.** Quid est igitur,



diorem Parei 3.—31 At ego pol Parei 3.—33 Particula cum deest in B. 1.—  
34 Idem codex et Pll. possit.—35 Sine malo homine . . . ut violes B. 1.—37 C.  
quod accedit; C. 2. quod accidit; Ritters, quoniam accedit.—38 Acu. en dabitur  
lene B. 1.—39 Vin tute B. 1. esse obsequentem al. ap. Parenm.—40 C. quam  
mernipi; al. ap. Parenm, quoniam, vel qua me rupi.—42 Particula cis deest in  
C. C. 2. et B. 1.—44 Pll. sum, Mox, B. 1. C. 2. scisse; C. eloquius scisset

- Ac. Quid est igitur, quod vis? Ch. dicam. Ac. dice.  
 Ch. at enim placide volo.
- Ac. Dormientes spectatores metuis ne e somno excites.  
 Ch. Væ tibi. Ac. tibi equidem a portu apporto hoc.  
 Ch. quid fers? dic mihi.
- Ac. Vim, metum, cruciatum, curam, jurgiumque atque  
 inopiam. 50
- Ch. Perii! tu quidem thesaurum huc mihi apportavisti  
 mali.
- Nullus sum. Ac. immo es. Ch. scio: jam miserum di-  
 ces. Ac. tu dixti, ego taceo.
- Ch. Quid istuc est mali? Ac. ne rogites: maxumum in-  
 fortunium est.
- Ch. Obsecro, dissolve jam me: nimis diu animi pendeo.
- Ac. Placide: multa exquirere etiam prius volo, quam  
 vapulem. 55
- Ch. Hercole vero vapulabis, nisi jam loquere, aut hinc abis.

*quod vis?* Ch. Dicam. Ac. Dic. Cu. At enim volo dicere leniter. Ac. Times ne excites e somno spectatores qui dormiunt. Cu. Væ tibi. Ac. Equidem tibi apporto id a portu. Cu. Quid affers? aperi mihi. Ac. Violentiam, timorem, ærumnam, solitudinem et contentiōnem, et egestatem. Ch. Interii, profecto tu mihi attulisti huc thesaurum mali: sum perditus. Ac. Immo es. Cu. Scio te dicturum me miserum. Ac. Tu dixisti; ego sileo. Cu. Quid mali est istud? Ac. Ne scisciteris: est summa labes. Cu. Rogo libera me nunc cura: nimis diu mens est ances. Ac. Pedetentim volo adhuc sciscitari complura antequam pœnas dem. Cu. Per Herculēm vero dabis pœnas, nisi loquaris jam, aut abeas hinc.

\*\*\*\*\*

.... ha!—46 C. tum.—48 C. C. 2. et B. I. ex somno.—49 B. I. a porta a.  
 hæc.—50 B. I. jurgium atque.—51 Peri Pil. hunc apportaristi B. I.—52 C. tu  
 dixi: ego taceo; al. ap. Pareum, tu dixti. Ch. ergo taces.—54 Hunc et tres  
 seqq. versus nonnulli hoc modo traiiciunt, 54. 57. 56. 55. Jamne minis C.—55 Al.

#### NOTÆ

51 *Thesaurum mali*] Id est, cumu-  
 lum malorum.

54 *Dissolve jam me*] Moris erat, ut  
 servi pendentes virginis exciperentur,  
 et postquam excepti fuissent dissol-  
 verentur: igitur ‘dissolve jam me, ni-  
 mis diu animi pendeo;’ id est, jam-  
 pridem animi pendeo, et vapulo non  
 virginis, sed verbis tuis; itaque dissol-

ve me, et aperi quod nūntiatum ad-  
 venis.

55 *Quam vapulem*] Id est, quam  
 tibi pœnas dem: verebatur enim A-  
 canthio, ne suæ indiligentie tribue-  
 retur quod Pasicompsa visa fuisset a  
 Demiphone, et idcirco pœnas daret  
 Charino.

Ac. Hoc sis vide, ut palpatur! nullus est, quando occipit,  
blandior. [dices:

Ch. Obsecro hercle oroque, ut, istuc quid sit, actutum in-  
Quandoquidem mihi supplicandum servolo video meo.

Ac. Tandem indignus videor. Ch. immo dignus. Ac.  
equidem credidi. 60

Ch. Obsecro, num navis perii? Ac. salva est navis, ne  
time. [quin tu expedis,

Ch. Quid alia armamenta? Ac. salva et sana sunt. Ch.  
Quid siet, quod me per urbem currens quarebas modo.

Ac. Tu quidem ex ore orationem mihi eripis. Ch. taceo.  
Ac. tace.

Credo, si boni quid ad te nuntiem, instes acriter; 65

Qui nunc, cum malum audiundum 'st, flagitas me, ut  
eloquar.

Ch. Obsecro hercle te, istuc uti tu mihi malum facias palam.

Ac. Eloquar, quandoquidem me oras: tuus pater. Ch.  
quid meus pater?

Ac. Tuam amicam. Ch. quid eam? Ac. vidit. Ch.  
vidit? vae misero mihi!

Hoc, quod te interrogo, responde. Ac. quin tu, si quid  
vis, roga. 70

Ch. Qui potuit videre? Ac. oculis. Ch. quo pacto?  
Ac. hiantibus.

Ac. Vide hoc, si vis, ut ob blanditur! est nemo urbanior quando occipit. Ch. Per  
Herculem quæso et appreco, ut aperias nunc demum quid sit istud, quandoquidem  
video me supplicem esse oportere meo mancipio. Ac. Tandem tibi videor asper-  
nandus. Ch. Immo magnificientus. Ac. Equidem existimavi. Ch. Rogo,  
navis num perii? Ac. Navis est incolumis, ne metue. Ch. Quid alia arma-  
menta? Ac. Sunt salva et integra. Ch. Quin aperis tu quid sit quod quarebas  
me modo currens per urbem. Ac. Tu projecto mihi admis sermonem ex ore. Ch.  
Sileo. Ac. Sile. Urgeres acerrime, ut quidem existimo, si tibi nuntiare ali-  
qui boni, qui me rogas nunc aperiam, quando est audiendum malum. Ch. Te ob-  
testor etiam atque etiam, ut tu mihi detegas istud malum. Ac. Edicam quoniam  
me sic rogas: tuus pater. Ch. Quid meus pater? Ac. Tuam amicam. Ch.  
Quid eum? Ac. Vidi. Ch. Vidi? Vae mihi infortunato! responde, hoc quod  
a te postulo. Ac. Quin tu pete, si quid optas. Ch. Quomodo potuit videre?



ap. Parenum rapules.—56 Hercule vero C. 2. nisi a jam loquere et hinc C.—57 Hoc  
si vide C. quum occœpit edd. quædam vett.—62 Quid u. ornamenta C. et sarta sunt  
al. ap. Parenum.—63 Gronov. te quod me, &c.—64 Al. ap. Parenum, eripis: tace.  
Cui. taceo. Ac. credo.—66 Quin hunc B. I.—67 C. ut tu mihi malum f. palum.—  
68 Idem codex, me ocras.—69 Aliqui hos vss. ita transponunt, 69. 71. 72. 73.

**CH.** I hinc dierectus : nugare in re capitali mea.

**Ac.** Qui, malum, ego nugor, si tibi, quod me rogas, respondeo ? [tu me vides.

**CH.** Certen' vidit ? **Ac.** tam hercle certe, quam ego te, ac

**CH.** Ubi eam vidit ? **Ac.** intus intra navim, uti prope astitit, 75

Et cum ea confabulatus est. **CH.** perdidisti me, pater !

Eho tu, echo tu, quin cavisti, ne eam videret, verbero ?

Quin, sceleste, abstrudebas, ne eam conspiceret pater ?

**Ac.** Quia negotiosi eramus nos nostris negotiis :

Armamentis complicandis et componendis studuimus : 80

Dum haec aguntur, lembo advehitur tuus pater pauxillulo :

Neque quisquam hominem conspicatu'st, donec in navi super.

**CH.** Nequicquam mare subterfugi sævis tempestatibus.

Equidem jam me censem esse in terra atque in tuto loco :

Verum video me ad saxa ferri sævis fluctibus. 85

Loquere porro, quid sit actum. **Ac.** postquam aspexit mulierem, [illico

Rogitare occipit, quoja esset. **CH.** quid respondit ? **Ac.**

**Ac.** Oculis. **Cu.** Quo pacto ? **Ac.** Patentibus. **Cu.** Apoge, furcifer : nugaris in re mihi capitali. **Ac.** Quomodo, malum, ego nugor, si tibi respondeo iis quae a me rogas ? **Cu.** Certe ridit ? **Ac.** Per Herenlem tam certo, quam ego te video, ac tu me vides. **Cu.** Ubi eam vidit ? **Ac.** Intus in navi cum primuum accessit proprius, et confabulatus est cum ea. **Cu.** Me perdidisti pater. Eho tu, echo tu verbero, quare non operam dedisti, ne eam cerneret ? quare non abscondebas, sceleste, ne pater eam conspicaretur ? **Ac.** Quia nos eramus occupati nostris negotiis ; studiuimus armamentis complicandis et componendis : interea duui flant haec, tuus pater advehitur parrulo navigio : neque quisquam animadvertisit hominem, donec esset in navi. **Cu.** Frustra evasi mare cum sævis tempestatibus ; equidem arbitraber me esse jam in terra, atque in seculo loco : verum me sentio referri ad scopulos sævientibus undis. Loquere præterea quid sit gestum. **Ac.** Postquam conspicatus est mulierem, caput rogare, cuija esset. **Cu.** Quid respondit ? **Ac.** Illico ad-

70. 74. **CH.** quidam C.—71 Parei 3. eum ridere, contra codi.—72 I deest in B. 1. I hinc hodie dierectus a me Parei 3.—73 C. respondebo.—74 Certen B. 1.—75 C. navem. B. 1. ut prora ; C. ut prope ; C. 2. uti prora.—77 Eho tu hoc caristi C. neve eam C. 2.—80 Al. ap. Pareum, componendis tunicibus.—82 C. conspicatus, donec.—83 C. subter atius temptatibus.—81 B. 1. in terram.—87 C.

#### NOTÆ

82 *Conspicatu'st, donec in navi super* [per] Id est, in super navi ; solebant autem interdum præpositiones geminare veteres, ut ‘in circum,’ pro ‘circum quaque.’ ‘In super,’ ‘in ante,’ ‘ad ex,’ ‘ad ultra,’ ‘ab ante,’ ‘in coram,’ ‘in palam,’ ‘ab usque,’ ‘ex usque,’ ‘in usque.’

Occurri, atque interpello, matri te ancillam tuæ  
Emissæ illam. Ch. visu'st tibi credere id? Ac. etiam  
rogas?

Sed scelestus subigitare occepit. Ch. illamne, obsecro? 90  
Ac. Mirum, quin me subigitareret. Ch. edepol cor miserum  
meum, [lem.

Quod guttatum contabescit, quasi in aquam indideris sa-  
Perii! Ac. hem istuc unum verbum dixisti verissimum:  
Stultitia istæc est. Ch. quid faciam? credo, non credit pater,  
Si illam matri meæ emissæ dicam: post autem mihi 95  
Scelus videtur, me parenti proloqui mendacium.

Neque ille credit, neque credibile est forma eximia mu-  
lierem, [sume?

Eam me emissæ ancillam matri. Ac. non taces, stultis-  
Credet hercle; nam credebat jam mihi. Ch. metuo miser,  
Ne patrem prehendat, ut sit gesta res, suspicio. 100  
Hoc quod te rogo, responde mihi. Ac. quæso, quid rogas?  
Ch. Num esse amicam suspicari visus est? Ac. non  
visus est; [ut tibi quidem

Quin quicque, ut dicebam, mihi credebat. Ch. verum,  
Visus est? Ac. non; sed credebat. Ch. vœ mihi misero!  
nullus sum!

volavi, atque interrupi sermonem, te illam emissæ ancillam tuæ matri. Ch. Ti-  
bine visus est credere id? Ac. Postulas adhuc? Sed nequam caput subigitare.  
Ch. Illamne quæso? Ac. Mirum, quod non me subigitareret. Ch. Per Polluem  
meum cor miserum liquatur gutta in, quasi injeceris saltem in aquam. Perii. Ac.  
Hem dixisti istud unum verbum certissimum: istæc est amentia. Ch. Quid agam?  
Existimo patrem non mihi fidem habiturum, si dicam me illam emissæ matri.  
Præterea mihi videtur esse scelus, me dicere mendacium parenti. Neque ille cre-  
det, neque est credibile me esse mereatcum cum sercam matri, mulierem pulchritu-  
dine præstanti. Ac. Non siles stultissime? Credet per Hereulem. Nam mihi  
confidebat nudo. Ch. Timeo infelix ne suspicio veniat in animo, quomodo res  
fuerit gesta. Responde, obsecro, quomodo res est gesta. Ac. Quid petis? Ch.  
Num est visus suspicari esse amicam? Ac. Non est visus, quin mihi credebat  
quilibet, sicut dicebam. Ch. Sed nt est tibi visus? Ac. Non, sed credebat.

\*\*\*\*\*

eui esset; C. 2. et B. 1. cuius esset.—89 B. 1. C. 2. visum tibi; C. visunt tibi.—  
90 Edd. quædam vett. subigitare.—94 Al. ap. Pareum, quid faciam cedo.—  
100 Ne p. prendat B. 1.—101 Pronomen mihi deest in C. C. 2. et B. 1. respon-  
de, quæso. Ac. quid rogas? Delph. et Bipont.—103 Haec verba, Quin q. u. d.  
m. c. Ch. r. u. t. q. Visus est, desunt in B. 1.—104 Pronomen mihi deest in

#### NOTE

90 *Subigitare*] Idem quod *subigitare*. De hoc supra non semel.

Sed quid ego hic in lamentando pereo, ad navim non eo?  
105

Sequere. Ac. si istac ibis, commodum obviam venies patri.  
[illico

Posteaquam aspicet te timidum esse atque examinatum,  
Retinebit, rogitabit, unde illam emeris, quanti emeris;  
Timidum tentabit te. Ch. quin hac ibo potius: jam censes patrem

Abiisse a portu? Ac. quin ea ego huc præcucurri gratia,  
Ne te opprimeret imprudentem, atque electaret. Ch. op-  
tume.  
111

Ch. Vœ mihi infelici! perii. Sed quid ego intereo hic in lamentando, et non eo ad navim? sequere. Ac. Si ibis istac, commode ibis obviam patri. Posteaquam te intuebitur esse timidum atque examinatum, illico retinebit, sciscitatibus, unde illam emeris; quanti emeris; te tentabit timidum. Ch. Quin ibo potius hac; censes patrem jam excessisse e portu? Ac. Quin ego præcucurri huc idcirco, ne te obrueret imprudentem, et circumveniret. Ch. Optime.



B. 1.—105 C. navem.—107 Postea aspicet te Pll. Postquam aspicet te B. 1.—109 Pll. temptabit. Mox, C. hac ibi.—110 C. quinne ego huc; C. 2. quin ego huc.—111 B. 1. ejectaret; Pll. electaret; al. ap. Pareum, eluctaret.

#### NOTÆ

111 *Electaret*] Id est, rogando et appellando blandius elicet.

---

### ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

#### DEMIPHO.

MIRIS modis Di ludos faciunt hominibus,  
Mirisque exemplis somnia in somnis danunt.  
Velut ego nocte hac, quæ præteriit, proxuma  
In somnis egi satis, et fui homo exercitus.

DE. Dii ludificant homines mirum in modum, et dant somnia dormientibus mi-  
rifica, sicut mihi contigit, hac nocte proxima præterita in somno, in quo fui egre-



2 Pro somnia, quod servant C. C. 2. B. 1. et Ven. 1. Passer. et Ritters.  
conj. omina. Mox insomnis Pll. in somnis Passer. et Parei 3. in somniis Gro-

#### NOTE

2 *Danunt*] Dant. 'sategi,' id est satis feci.

1 *Egi satis*] Est metathesis, pro

Mercari visus mihi sum formosam capram : 5  
 Ei ne noceret, quam domi ante habui capram,  
 Neu discordarent, si ambo in uno essent loco ;  
 Posterius quam mercatus fueram, visus sum  
 In custodiam eam simiæ concredere.  
 Ea simia adeo post haud multo ad me venit, 10  
 Male mihi precatur, et facit convitum :  
 Ait sese illius opera atque adventu capræ,  
 Flagitium et damnum fecisse haud mediocriter.  
 Dicit, capram, quam dederam servandam sibi,  
 Suæ uxoris dotem ambadedisse : oppido 15  
 Mihi illud videri mirum, ut una illæc capra  
 Uxor simiæ dotem ambaderet.  
 Instare factum simia : atque hoc denique  
 Respondet, ni properem illam ab sese abducere,  
 Ad me domum intro ad uxorem ductarum meam. 20  
 Atque oppido, hercle, bene velle illi visus sum ;  
 Ast non habere quoi commendarem capram :  
 Quo magis, quid facerem, cura cruciabar miser.

gie exagitatus. *Mihi visus sum emere pulchram capram : et ne offenderet illam capram, quam haberem unte domi, neu altercarentur, si ambæ convenirent in unum locum, mihi visus sum eam tradere simiæ custodiendam, postquam emi.* Paulo post simia venit ad me, mihi male dicit, et convitiatur : dicit me admisisse ingens scelus, et intulisse maximum detrimentum opera atque adventu illius capræ. *Dicit capram, quam sibi credideram custodiendam, circumrosisse dotem suæ uxoris : illud mihi videri mirum magnopere, ut illa una capra arroserit dotem conjugis simiæ.* Simia urgere id esse factum : denique hoc innuit, nisi velociter clam abducam ab sese, inductrum ad meam uxorem apud me domum, et per Herentem visus sum illi bene apprecuri ; sed non habere cui commendarem capram, quo angebar majore so-

\*\*\*\*\*

nov. Pro danunt, C. habet clamant ; C. 2. donant.—7 C. nisi ambo nunc essent ; C. 2. nisi ambæ.—9 *In custodiam Simiæ* B. 1. C. et C. 2. *In custodelam Simiæ* al. ap. Pareum.—12 *Ait se illius* C.—13 C. 2. Parei 3. dampnum.—15 C. dotem ambe dedisse ; C. 2. doteam pededisse ; B. 1. dotem ambedisse.—17 C. dotem dede- rit ; C. 2. dotem ambe dederit ; B. 1. dotem ambederit.—20 Edd. quædam vett. intro domum.—21. 22 Hi vss. transpositi sunt in B. 1. Ven. 1. non vero in Pli.

#### NOTÆ

17 *Ambadederit*] Compositum ex tem præpositio hæc concurrit in com- ‘am,’ ‘ad,’ et ‘edo.’ ‘Am’ autem positione vocis cum a, e, i, u, inter- est Græca, seu e Graeco facta præ- ponitur b euphoniacæ causa: sic dici- positio, ab ἀμφὶ, circum, eandemque tur ‘ambages,’ ‘ambedo,’ ‘ambio,’ significationem retinet. Quando au- ‘ambustus.’

Interea ad me hædus visus est aggredirier,  
Infit mihi prædicare, sese ab simia  
Capram abduxisse, et cœpit irridere me : 25  
Ego enim lugere, atque illam abductam conqueri.  
Hoc quam ad rem credam pertinere somnium,  
Nequeo invenire : nisi capram illam suspicor  
Jam me invenisse quæ sit, aut quid voluerit : 30  
Ad portum hinc abii mane cum luci simul.  
Postquam hic, quod volui, transeggi, atque ego conspicor  
Navem ex Rhodo, qua est heri advectus filius,  
Collibitum est illud mihi, nescio qui, visere :  
Escendi in lebum, atque ad navim advehor : atque ego  
Illam conspicio forma eximia mulierem, 36  
Filius quam advexit meus matri ancillam suæ.  
Quam ego postquam aspexi, non ita amo ut sani solent  
Homines ; sed eodem pacto ut insani solent.  
Amavi hercle equidem ego olim in adolescentia : 40  
Verum ad hoc exemplum nunquam, ut nunc insanio !  
Unum quidem hercle jam scio, periisse me.  
Vosmet videte ceterum quanti siem.

*licitudine miser, quid agerem: interea hædus visus est venire ad me, et mihi dicere sese abduxisse capram ab adibus simia, et caput illudere mihi: ego vero plorare, atque expostulare illam finisse abductam. Ad quam rem existimaverim hoe sonnum spectare, neque reperire; nisi existimo me reperiisse nunc quæ sit illa capra, aut quid sibi relit. Abiū hinc ad portum mane statim atque illuxit: postquam egi, quod optabam, continuo video narem ex Rhodo, qua meus filius est adelectus: mihi libuit illam visere, nescio quomodo: ascendit in lembum, atque deferor ad narim. Continuo ego video illam mulierem pulchritudine singulari, quam meus filius abduxit servam sua matri. Postquam ego eam intuitus sum, non amavi sicut consecverunt sani homines, sed sicut insani solent: per Herculem ego amavi olim in adolescenti; sed non eo modo, quo ego nunc despicio. Per Herculem jam scio unum, me occidisse. Ceterum quanti sim spectare vos ipsi. Profecto ita se res*

—23 Quod agis B. 1.—24 B. 1. *adus.*—27 *Ego e dudere Pl.* illam deest in C.  
—30 C. aut quod.—31 B. 1. *hinc abi.* Mox, C. C. 2. B. 1. *luce.* C. 2. *semud.*  
32 Postquam hic id quod B. 1. C. C. 2. Ven. 1. *voluit C.*—33 *Navem exhrudio*  
B. *Navim Parei 3.* *qua'st heri C. et Parei 3.* Mox, C. *miserere pro risere.*  
35 *Scendere limbum C.* Ascendere in lebnum C. 2. *navem Pl.* atque illuc *ego*  
B. 1.—36 *Illam deest in B. 1.* aspicio forma C. C. 2. B. 1. Ven. 1.—38 C. non

## NOTE

<sup>13</sup> *Quanti siem*] Alii *siem*, id est, qui sim; *Ce que c'est que de moi.*

Nunc hoc profecto sic est: hæc illa est capra:  
Sed simia illa atque hædus, timeo, quid velint. 45  
Sed conticescam: vicinum eccum! exit foras.

*habet: hæc est illa capra: sed vereor quid sibi velint illa simia, et hædus. Sed sileo; ecce vicinus! prodit foras.*

*ita amarem ut.—43 B. 1. C. 2. quanti sim; C. qui siem.—46 Sed conticiscam C. vicinus B. 1.*

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

LYSIMACHUS, DEMIPIO, LORARII.

LY. PROFECTO ego illunc hircum castrari volo,  
Ruri qui nobis exhibet negotium.

DE. Nec omen illud mihi, nec auspiciū placet.  
Quasi hircum, metuo, ne uxor me castret mea,  
Atque illius hæc nunc simiæ partes ferat. 5

LY. I tu hinc ad villam, atque istos rastros villico  
Pisto ipsi facito coram ut tradas in manum.  
Uxori facito ut nunties, negotium  
Mihi esse in urbe, ne me expectet: nam mihi  
Tres hodie lites judicandas dicio. 10

I, et hoc memento dicere. Lo. numquid amplius?

LY. Evidem volo castrari illum hircum, qui nobis successit negotium  
ruri. DE. Illud omen non mihi jucundum est, neque augurium. Pertimesco  
ne mea conjux me castret, tanquam hircum, et ne ipsa impleat nunc partes  
illius simiæ. LY. Proficisciē tu hinc ad villam, et fac ut des in manum  
istos rastros Pisto ipsi meo villico. Dic uxori mihi esse rem in urbe, ne me  
operiatur. Dic tres lites dirimendas hodie, et recordare hoc dicere. Lo. Visne

1 Pl. irecum.—2 Rura que vobis exhibent C.—4 Quasi id q̄m metuo C. ne ux-  
or nunc castret B. 1.—7 Prasto Parei 3. Pisto B. 1. C. C. 2. Ven. 1. Pusto al.

### NOTÆ

1 *Projecto*] Erat molestus Lysimacho hircens aliquis ruri. Mandat servis, ut quamprimum castretur. Demipho quia in sonnis viderat hircum, et eum de se erat interpretans, accipit Lysimachi verba de hirco in malum omen.

10 *Lites judicandas dicio*] Id est,

in iudicio mihi cum adversario disceptandas, neque enim Lysimachus est judex. Sic condemnare adversarium dicitur is qui item vincit, quamquam ille non sit qui condemnet, sed judex.

11 *I, et hoc memento dicere*] Alii ei pro*i*, vade.

**LY.** Tantum est. **DE.** Lysimache, salve. **LY.** euge !  
Demipho,

Salve : o quid agis ? quid fit ? **DE.** quod miserrimus.

**LY.** Di melius faxint. **DE.** Di hoc quidem faciunt. **LY.**  
quid est ?

**DE.** Dicam, si videam tibi esse operam aut otium. **15**

**LY.** Quanquam negotium est, si quid vis, Demipho,  
Non sum occupatus unquam amico operam dare.

**DE.** Benignitatem tuam mihi experto prædicas.

Quid tibi ego ætatis video ? **LY.** Acherunticus,

Senex, vetus, decrepitus. **DE.** perverse vides. **20**

Puer sum, Lysimache, septuennis. **LY.** sanun' es,  
Qui puerum te esse dicas ? **DE.** vera prædico.

**LY.** Modo hercle in mentem venit, quid tu diceres :  
Senex cum extemplo est, jam nec sentit, nec sapit ;  
Aiunt solere eum rursum repuerascere. **25**

**DE.** Immo bis tanto valeo, quam valui prius.

**LY.** Bene hercle factum, et gaudeo. **DE.** immo si scias,  
Oculis quoque etiam plus jam video, quam prius.

**LY.** Bene est. **DE.** malam rem dico. **LY.** jam istuc non  
bonum est.

aliquid amplius ? **LY.** Volo tantum id. **DE.** Salve sis, Lysimache. **LY.** Euge,  
Demipho ! fac quoque salutis sis. **O quid facis ? Quid agitur ? DE.** Quod in-  
fortunatissimus. **LY.** Dii faciant melius. **DE.** Dii sic volunt quidem. **LY.**  
Quid est ? **DE.** Aperiam, si animadvertam me a te posse audiri, aut tibi  
esse otium. **LY.** Tametsi mihi est negotium, Demipho, si quid optas, nun-  
quam sum impeditus, quando est audiendus amicus. **DE.** Dicis id apud eum  
qui periculum fecit tuae urbanitatis. **Qua atque natus tibi video ? LY.** Tu  
mihi videris capularis, senex, vetus, effatus, silicernium. **DE.** Vides male :  
sum puer septuennis, Lysimache. **LY.** Insanisne, qui te affirmes esse puerum ? **DE.**  
Prædio vero. **LY.** Per Herculem mox venit in mentem, quid tu loqueris. Quan-  
do homo est senex, statim neque sentit, neque sapit. **Dicunt enim consuevisse repu-**  
**erascere.** **DE.** Immo vires sunt altero tanto maiores, quam fuerunt prius. **LY.** Per  
Herculem bene est, et lætor. **DE.** Immo, ut non ignores, video magis etiamnum  
quoque oculis, quam ante. **LY.** Bene est. **DE.** Dico rem malam. **LY.** Istud

ap. Pareum.—11 *Ei et hoc C. B. 1. et Ven. 1. Fict hoc C. 2.*—12 *Parei 3. et*  
*tu Demipho contra codd.*—13 *Salreto al. ap. Pareum. quid miserrimus B. 1.*—  
*14 B. 1. C. 2. Ven. 1. faciant.* Mox, quid id est B. 1.—20 *Senex vicius al. ap.*  
*Pareum.*—21 *Lysimache C.*—25 *Idem codex rusum.*—27 *Pli. B. 1. Ven. 1.*

#### NOTÆ

20 *Senex, vetus*] Alii *victus*. Fes- *Vietæ eicatrices, veteres, putridæ.*'  
tus : 'Vetus est languidus sine vi ac 25 *Repuerascere*] Bis pueri senes.  
naturalibus.' Valerius Maximus : 26 *Bis tanto valeo*] Scilicet ab ani-

- DE. Sed ausimne ego tibi eloqui, si quid velim ? 30  
 LY. Audacter. DE. animum advorte. LY. fiet sedulo.  
 DE. Hodie ire in ludum occipi literarium,  
 Lysimache : ternas scio jam. LY. quid, ternas ? DE.  
 Amo.  
 LY. Tun' capite cano amas, senex nequissume ?  
 DE. Seu canum, seu istuc rutilum, sive atrum est, amo.  
 LY. Ludificas nunc tu me hic, opinor, Demipho. 36  
 DE. Decide collum, si falsum est, uti loquar :  
 Vel, ut scias me amare, cape cultrum, seca  
 Digitum vel aurem, vel tu nasum, vel labrum :  
 Si movero me, seu secari senscro, 40  
 Lysimache, auctor sum, uti me amando hic enices.  
 LY. Si unquam vidisti pictum amatorem, hem ! illuc est.  
 Nam meo quidem animo vetulus, decrepitus senex  
 Tantidem est, quasi sit signum pictum in pariete.  
 DE. Nunc tu me, credo, castigare cogitas. 45  
 LY. Egon' te ? DE. nihil est jam, quod tu mihi succenscas:  
 Fecere tale ante alii spectati viri.  
 Humanum amare est, humanum autem ignoscere est.

*non est jam bonum. DE. Sed audeamne ego tibi eloqui, quod velim ? LY. Audacter. DE. Adhibe mentem. LY. Adhibeo serio. DE. Incepi hodie ire in ludum literarium, Lysimache : teneo jam tres literas. LY. Quid, per tres literas ? DE. Amo. LY. Tunc amas capite cano, pessime senex ? DE. Seu caput est canum, seu istuc fluvium, sive atrum, amo. LY. Tu me ludis hic nunc, arbitror, Demipho. DE. Amputa caput, si id quod dico est falsum : vel ut intelligas me amare, sume gladium, ampata digitum vel aurem, vel nasum, vel labrum : si me morero, seu sensero amputari, Lysimache, volo ut me eneces amando. LY. Si vidisti unquam amatorem pictum, hem ! adest: nam meo iudicio quidem, effatus senex capularis est tanti faciendus, quanti imago picta in pariete. DE. Credo tu vis nunc me reprehendere. LY. Egone te ? DE. Est nihil quare tu me reprehendas : jam alii viri nobiles fecere idem ante. Est humanum amare, est autem humanum condona-*

*immo scias, omissos τῷ σί.—29 C. mala e redico ; C. 2. mala re dico. C. et Parei 3. non bonum'st ; C. 2. quam bonum est.—32 C. C. 2. B. 1. Ven. 1. literarum.—35 Si cauum C. C. 2. B. 1. Ven. 1.—37 B. 1. C. 2. Ven. 1. si falsum ad te loquar ; C. si falsum stati loquor ; al. ap. Pareum, falsum est, nec uti loquor.—40 Si moveo me B. 1. seu secare censeo C.—41 B. 1. ut me amundo enices ; τὸ hic deest etiam in C. 2.—42 C. vidistis.—44 Tantundem est Acidal. Tam idem est C. quasi si al. ap. Pareum.—46 Pl. suscenseas.—47 Facere C. alii deest in B. 1.*

## NOTÆ

*mo. Id est, bis plus sentio ac sapio 33 Ternas scio jam] Scilicet literas. Hæ literæ sunt A, M, O.*

Ne sis me objurga : hoc non voluntas me impulit.

**Ly.** Quin non objurgo. **De.** at ne deteriorem tamen 50  
Hoc facto ducas. **Ly.** egone te? ah, ne Di siverint!

**De.** Vide sis modo etiam. **Ly.** visum 'st. **De.** certen'?

**Ly.** perdis me.

Hic homo ex amore insanit: numquid vis? **De.** vale.

**Ly.** Ad portum propero : nam ibi mihi negotium est.

**De.** Bene ambulato. **Ly.** bene valeto. **De.** bene sit  
tibi. 55

Quin mihi quoque etiam est ad portum negotium.

Nunc adeo ibo illuc : sed optume gnatum meum

Video, ecceum! opperiar hominem ! hoc nunc mihi viso  
est opus,

Huic persuadere, quomodo potis siem,

Ut illam vendat, neve det matri suæ : 60

Nam ei dono advexe audivi : sed præcauto est opus,

Ne ad illam me animum adjecisse aliqua sentiat.

*re. Ne mihi succense, si vis: voluntas non me impulit ad hoc. Ly. Neque vitupero. De. Attamen ne putas me pejorem hoc facto. Ly. Egone te ducam deteriorem? Ah, ne Dii patientur. De. Vide si vis modo. Ly. Video. De. Verumne est? Ly. Me perdis. Hic homo insanit ex amore: visne adhuc aliquid? De. Vale. Ly. Ad portum revertor; nam mihi est res ibi. De. Bene vale. Ly. Bene vale. De. Tibi sit bene: quin mihi etiam res est ad portum; nunc adeo ibo illuc; sed video opportune meum filium. Ecce expectabo hominem: mihi est nunc opus ut videam quo pacto potero huic persuadere, ut illam vendat, et ne det suæ matri: nam audivi eum huc adrexisse, et dono daturum esse; sed est opus ut provideam ne sentiat me adjecisse animum ullo modo ad illam.*

\*\*\*\*\*

—49 Nescis? ne objurga Douz. et sic C. 2. Nescis me objurgare C. huc non edd. quædam vett.—50 Qui non Pll. B. 1. Ven. 1.—51 B. 1. egone te Athenæ desiverint; C. et C. 2. athene dessirerint.—52 B. 1. ertton.—53 Idem codex, nunc quid vis.—55 C. bene valete.—57 C. cnatum.—59 Huic persuadeo quom Pll. potissim B. 1. C. C. 2. Ven. 1.—60 C. ne det.—61 Nam idoneo C. 2. præcauto'st Pll.—62 Ne hic illam C. et C. 2.

### NOTÆ

49 *Hoc non voluntas me impulit*] amet.

Pro ad hoc. Alii huc. Hoc se pur- 51 *Ne Di siverint*] Absit: μὴ γέ-  
gat edentulus amator apud amicum, ποιτο.

quod non voluntate, sed necessitate

## ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

CHARINUS, DEMIPHO.

CH. HOMO me miserior nullus est æque, opinor,  
Neque advorsa quo<sup>i</sup> sint plura sempiterna.  
Satin', quiequid est, ut quam rem agere occipi,  
Proprium nequit mihi evenire, quod cupio?

Ita mihi mala res objicitur aliqua, 5  
Bonum quæ meum comprimit consilium :  
Miser amicam mihi paravi, animi causa, pretio,  
Ratus clam patrem meum posse habere.  
Is rescivit, et vidit, et perdidit me.  
Neque, is cum roget, quid loquar, cogitatum est ; 10  
Ita animi decem in pectore incerti certant.  
Nec, quid corde nunc consilii capere possim  
Scio, tantus cum cura meo est error animo.  
Dum servi mei perplacet mihi consilium,  
Dum rursum haud placet : nec pater potis videtur 15

CH. Arbitror esse neminem perinde infelicem atque ego sum, nec enim accidentant semper plura infortunia. Nonne quando incipio quidpiam, quicquid sit, nunquam mihi contingit quod exopio? nimurum mihi sese offert semper aliquid malum, quod everit meum consilium. Emi amicam, miser, animi gratia, ratus me posse habere meo patre inscio : is rescivit, et cum vidit et me intererit : neque meditationum est quid reponam, quando is interrogabit, quasi decem animi anticipites pugnant in pectore. Ne scio quid consilii capiam, adeo animus vagus est, et solicitus. Modo sententia mei servi mihi valde probatur, modo non probatur : neque mihi vide-



1 C. est atque opinor.—2 B. 1. plura sint.—3 Particula ut deest in C. C. 2.  
B. 1. Ven. 1.—4 B. 1. nequid.—5 Pl. obicitur aliqua; B. 1. aliqua objicitur.—  
7 B. 1. precio eripui.—10 Ne quis cum r. q. l. cogitat unde est C.—11 Ita animi in pectore i. c. decem al. ap. Pareum; in pectori B. 1.—13 C. meus; C. 2.

## NOTÆ

3 Satin'] Satisne. Ubi cumque occurrit in Plauto *satisne*, sive *satin'*, id accipiendum est citra interrogacionem, aut certe pro 'nonne.' Itaque, *Satin'*, quicquid est, &c. aut nonne quicquid est, &c. si vis retinere interrogacionem, quæ magis convenit homini incitato aliquo animi affectu graviore, qualis est hoc loco Cha-

rinn.

4 Proprium] Id est quod penitus meum sit, ut adimi non possit.

11 Ita animi decem] Certus numerus pro incerto. Id est, cogitationes, curæ, incertum redditum. Alii, med incertant, pro me incertant. Incerti certant, ludus syllabarum.

Induci, ut putet matri ancillam emtam esse illam.  
 Nunc si dico, ut res est, atque illam mihi me  
 Emissa indico, quemadmodum existimet me ?  
 Atque illam abstrahat, trans mare hinc venum asportet.  
 Scio, sæuos quam sit, domo doctus : igitur hoccine est 20  
 Amare ? arare mavelim, quam sic amare.  
 Jam hinc olim invitum domo extrusit ab sese,  
 Mercatum jussit ire : ibi hoc malum inveni : ubi  
 Voluptatem ægritudo vineat, quid ibi inest amœni ?  
 Nequicquam abdidi, abscondidi, abstrusam habebam. 25  
 Musca est meus pater, nihil potest clam illum haberis.  
 Nec sacrum, nec tam profanum quicquam est, quin  
 Ibi illico adsit : nec, qui rebus meis  
 Confidam, mihi ulla spes in corde certa est.  
 DE. Quid illuc est, quod solus secum fabulatur filius ? 30  
 Solicitus mihi, nescio quare, videtur. CII. attate !  
 Meus pater hic quidem est quem video : ibo, alloquar :  
 quid fit, pater ?

*tur posse adduci mens pater, ut existimet illam ancillam esse emtam pro matre. Nunc si aperio quod res est, atque confiteor me illam emisse pro me, quid de me sentiet? continuo illam mihi admittet avehetque hinc et rendet ultra mare. Novi quam sit crudelis, idque didici domi. Itaque hocce est amare? Malum arare, quam sic amare. Olim me ejecit hinc reluctantem ab sese; mandavit proficisci ad mercatum: ibi in hoc malum incidi. Id in quo modestia superet jneunditatem, quid in eo sit suarialis? In cassum occultam, teclam, clansam servavi: meus pater est musca; nihil potest haberis hoc inscio. Nihil est aut sacri, aut profani, quin intersit statim ibi; nulla spes certa affulget in animo, qua confidam meis rebus. DE. Quid est quod filius solus secum sermocinatur? Nescio cur mihi videtur unceps. CII. Attate! adest profecto mens pater quem conspicor: accedam; affabor: quid agitus, pater? DE. Unde venis? Quare ac-*



*meo'st.—14 Dum mei serri B. 1.—19 Atque illam abstrahet . . . asportans al. ap. Pareum.—20 Pro domo doctus, quod servant PII. homo durus exhibet B. 1. quam sit homo et durus al. ap. Pareum.—22 Jam hin B. 1. extraxit C. 2.—23 C. jussi tibi; B. 1. ega inveni.—25 Ne quicquam PII. et Parei 3. abscondi B. 1.—28 Tibi illico edd. quædam vett.—30 C. solum.—31 B. 1. ut at; C. ut*

## NOTÆ

20 *Scio domo doctus*] Id est, domes-  
tico experimento.

21 *Arare mavelim, quam sic amare*] Veteres labores arationis gravissimos  
existimabant.

26 *Musca est meus pater*] Ægyptii

curiosum hominem, et impudentem,  
musca exprimebant. Nos de acuto  
accipiteris, quando dicimus, *c'est une  
fine mouche*.

31 *Attate*] Interjectio est subita  
mirantis et metuentis.

DE. Unde incedis, quid festinas, gnate mi? CH. recte,  
pater. [color?

DE. Ita volo: sed istuc quid est, tibi quod commutatu'st  
Numquid tibi dolet? CH. nescio quid meo animo est  
ægre, pater. 35

Postea hac nocte non quievi satis mea ex sententia.

DE. Per mare ut vectus, nunc oculi terram mirantur tui.

CH. Magis opinor. DE. id est profecto: verum actatum  
abscesserit.

Ergo edepol palles: si sapias, eas, ac decumbas domi.

CH. Otium non est: mandatis rebus prævorti volo. 40

DE. Cras agito, perendie agito. CH. sæpe ex te audivi,  
pater,

Rei mandatæ omnes sapientes primum prævorti decet.

DE. Age igitur; nolo advorsari tuam advorsus sententiam.

CH. Salvos sum, siquidem isti docto solida et perpetua est  
fides.

DE. Quid illuc est, quod ille solus se in consilium se-  
vocat? 45

Jam non vereor, ne illam me amare hic potuerit resciscere:  
Quippe haud etiam quicquam inepte feci, amantes ut solent.

*celeras, mi gnate? CH. Non accelero, pater. DE. Sic volo: sed quare color  
tuus immutatus est? Estne aliquid quod tibi ægre sit? CH. Est nonnihil mihi  
acerbum; præterea, non satis somnum cepi hac nocte ad meum arbitrium. DE.  
Quia fuisti jactatus mari, tui oculi obstupescunt intuiti terram. CH. Equidem sic  
existino. DE. Nihil aliud est sine dubio; verum iil desinet modo. Idcirco per  
Pollucem palles; si supis, perge domum, ac decunbe. CH. Non vacat: est mens  
anta perficere ea quæ milci demandata sunt. DE. Crastinu die perficies. CH.  
Persæpe a te accepi, pater, viros prudentes debere ante omnia perficere res sibi de-  
mandatas. DE. Fuc ergo quod volueris; nolo obliuctari tue sententiae. CH.  
Profecto bene est, si hic doctor habet fidem firmam ac sempiternam. DE. Quid  
est id, quod ille solus seorsum sese recipit ad sese consulendum? Non metuo nunc  
ne animadverterit illam a me amari: nimirum hactenus nihil commisi leviter, ut*

\*\*\*\*\*

*tace.—32 Meus quidem hic pater est B. 1. C. 2. Ven. 1. ibo deest in C.—34 C.  
quid est tibi: quid commutatu'est.—36 Postehac nocte C. me ex sententia Pll.—  
37 C. nunc odi, i. e. oculi, pro oculi.—39 Voc. palles deest in B. 1. Ven. 1.—  
43 Pll. et Parei 3. advorsum sententiam.—44 Salvus sum edd. quædam vett.  
contra codd.—45 C. quod mea me solus sed in, &c. C. 2. quod illa me s. se in, &c.*

#### NOTÆ

33 *Recte, pater*] Id est, minime sed negationis particulam ponere no-  
festino. Veteres hoc adverbio nte-  
bantur, quando negabant quidem,

**Ch.** Res adhuc quidem hercle in tuto 'st: nam hunc nescire sat scio

**De** illa amica: quod si sciret, esset alia oratio.

**De.** Quin ego hunc aggredior de illa? **Ch.** quin ego hinc me amolior?

50

**Eo** ego, ut, quæ mandata, amicus amicis tradam. **De.** immo mane.

**Paucula** etiam sciscitare prius volo. **Ch.** dic, quid velis.

**De.** Usquene valuisti? **Ch.** perpetuo recte, dum quidem illic fui: [mihi dolet.

Verum, in portum huc ut sum advectus, nescio qui animus

**De.** Nausea edepol factum credo: verum actutum abscesserit.

55

Sed quid ais? ecquam tu advexti tuæ matri ancillam Rhodo?

[edepol mala.

**Ch.** Advexi. **De.** quid? ea ut videtur mulier? **Ch.** non

**De.** Ut morata est? **Ch.** nullam vidi melius mea sententia. [an vidisti, pater?

**De.** Mihi quidem edepol visa est, cum illam vidi. **Ch.** eho,

**De.** Vidi: verum non ex usu nostro est, neque adeo placet.

60

**Ch.** Qui vero? **De.** quia non nostra formam habet dignam domo.

Nihil opus nobis ancilla, nisi quæ texat, quæ molat,

*mos est amatorum.* **Ch.** Per Herculem res adhuc est in integro; nam satis intelligo hunc nihil seire de mea amica: quod si sciret, ejus sermo esset aliis. **De.** Quare ego non aggredior dicere de illa? **Ch.** Quin ego me proripio hinc? Ego proficiscor, ut dem, amicus amicis, quæ mihi sunt commendata. **De.** Immo dabis mane: volo præterea percontari paucu. **Ch.** Dic quid cupias. **De.** Semperne valuisti? **Cu.** Semper bene dum quidem mansi illic; sed ex quo sum asportatus hue in portum, nescio qua pacto mihi animo agre est. **De.** Per adem Pollucis existimo id tribuendum nauseæ; sed hæc aegritudo reliquerit statim. **Si** quid ais? Nonne tu ancillam aliquam apportasti Rhodo, ad tuam matrem? **Ch.** Apportavi. **De.** Quid? hæc mulier qualis videtur? **Ch.** Per adem Pollucis non est deformis. **De.** Qui sunt ejus mores? **Ch.** Non noxi laudabiores, meo iudicio. **De.** Per adem Pollucis mihi visa est ejusmodi esse, quando illam conspexi. **Cu.** Eho, an conspicatus es, pater? **De.** Conspicatus sum: sed ca uti non possumus; atque adeo minime placet. **Ch.** Quare? **De.** Quia ejus species non conveniet nostræ familie. Nobis non est opus ancilla, nisi quæ texat, quæ molat, quæ secat

\*\*\*\*\*

**B. 1. se vocat.**—46 Jam non vero B. I.—47 Pll. aut etiam.—48 Voc. hercle deest in B. I. hue nescire C.—52 C. suscitare.—53 Usque valuisti C.—54 Idem codex, quia nimis.—56 B. I. erhodio; C. 2. e Rhodo.—57 Sic quidem edd. quæ-

Lignum cædat, pensum faciat, ædis verrat, vapulet;  
Quæque habeat cotidianum familiæ coctum cibum.

Horunc illa nihil quicquam facere poterit admodum. 65  
CH. Ea causa equidem illam emi, dono quam darem matri  
meæ. [juvant!]

DE. Ne duis, neu te advexisse dixeris. CH. Di me ad-  
DE. Labefacto paulatim: verum quod præterii dicere,  
Neque illa matrem satis honeste tuam sequi poterit comes,  
Neque sinam. CH. qui vero? DE. quia illa forma ma-  
tremfamilias 70

Flagitium sit, si sequatur: quando incedat per vias,  
Contemplant, conspiciant omnes, nutent, nictent, sibilent,  
Vellicent, vocent, molesti sint, occident ostium:  
Impleantur meæ fores elogiorum carbonibus:

*lignum, faciat pensum, mundet domum, vapulet, et quæ coquat escam quotidiam familiæ. Hæc nihil poterit agere harum rerum. CH. Evidem illam mercatus sum ea mente, ut donarem meæ matri. DE. Ne dederis, neque dixeris te apportasse. CH. Dii me adjuvant. DE. Vinco filium sensim sine sensu: sed quod prætermisi, illa non poterit satis honeste comituri tuam matrem, neque patiar. CH. Quare? DE. Quia esset piaculum, si mulier pra-dita tam eleganti remata comitaretur matremfamilias. Quando ambularet per vicos, omnes eam spectarent; conspicarentur, innuant, conniveant, sibilent, vellicent, appellent, sint importuni, cantent ante meum limen; meæ fores exarentur laudibus carbone scriptis. Atque,*

dam vett.—64 *Quæ habeat* C. C. 2. B. 1. Ven. 1.—65 *Horum* B. 1. *Horum ancilla nihil unquam* C.—67 *Ne des neve te* B. 1. *Netuas neu te* C. *Ne duas neu ie* C. 2.—68 *Labefacto* B. 1.—71 *Flagitium'st* B. 1.—72 *Voc. omnes deest in eodem codice. Mox, Pll. nectent, sibilent.*—73 *C. molestis innocent ostium.*—

## NOTÆ

73 *Occident ostium*] Festus: ‘Occentare dicebant pro convicium facere, cum id clare et cum quodam canore fieret, ut procil exaudiri posset: quod turpe habebatur, quia non sine causa fieri putatur.’ Unde lex vetus: ‘Si quis carmen occentassit quod alteri flagitium faxit, capital esto flagitium,’ id est, infamia. ‘Capital,’ id est, reus capititis et mortis. ‘Flagitatores’ dicti sunt fœnatores, quod convicio repeatant fœnum: idem dicebatur, ‘pipulo poscere,’ ‘pipulo differre;’ ‘pipulus’ est etiam convicium.

74 *Impleantur fores elogiorum*] ‘Elogium’ hybris vox, mixta e præpositione Latina, et voce Græca, ut ‘prologus,’ ‘antelogium,’ Gallice appellamus *bluson*. Porro amatores fores amicarum solebant unguento vinoque perfundere, et ante jannum earum noctem vigiliis et canto transigere. Si quid in laudem amicarum inscriberent, id creta; si quid in vituperationem, carbone notabant. Ex hoc loco tamen patet, et landes carbone notatas. Landes antem erant breves, et paucissimis verbis comprehensæ, ut ‘Pasicompsa pulchra.’

Atque, ut nunc sunt maledicentes homines, uxori meæ 75  
Mibique objectent lenocinium facere: nam quid eo est  
opus?

**C.** Hercle quin tu recte dicis: et tibi assentior ego.  
Sed quid illa nunc fiet? **D.** recte: ego emero matri tuæ  
Ancillam viraginem aliquam non malam, forma mala,  
Ut matrem addebet familias, aut Syram, aut Ægyptiam: 80  
Ea molet, conficiet pensum, pinsetur flagro, neque  
Propter eam quicquam eveniet nostris foribus flagitii.

**C.** Quid si igitur reddatur illi unde emta est? **D.** minime  
gentium. [opu'st:

**C.** Dixit se redhibere, si non placeat. **D.** nihil istoc  
Litigare nolo ego vos: quam tuam autem accusari fidem, 85  
Multo edepol, si quid faciendum est, facere damni mavolo,  
Quam opprobriamentum aut flagitium muliebre effterri domo.  
Me tibi illam posse opinor luculente vendere. [pater.

**C.** Dum quidem hercle ne minoris vendas, quam ego emi,  
**D.** Tace modo: senex est quidam, qui illam mandavit  
michi 90

ut homines sunt nunc maledici, exprobrent meæ conjugi, mibique me exercere leno-  
cinium: quid opus habemus iis? **C.** Per Herculem tu recte dicis, et ego tibi  
assentior; sed quid fiet nunc ex illa? **D.** Bene; ego emam tuæ matris aliquam  
servam, aut Ægyptiam, aut Syram virili robore, bonam ministerio, sed deformem,  
ut debeat matrem familias; ea molet, conficiet pensum, vapulabit, et nulla fiet inju-  
ria nostris liminibus ejus causa. **C.** Quid ergo si remittatur ad illum, a quo eam  
mercatus sum? **D.** Nullomodo. **C.** Pollicitus est se redditum pretium, si  
minime grata sit. **D.** Non oportet facere; nolo ego inter vos intercedere litem.  
Profecto multo malo offici detimento, si quid perferendum est, quam desiderari  
tuam fidem, aut manare ab ædibus aliquod dedecet, aut crimen muliebre: opinor me  
posse illam vendere carissime tuo nomine. **C.** Dummodo non vendas minoris  
quam ego mercatus sum, pater. **D.** Sile modo: est quidam senex qui me rogavit,

\*\*\*\*\*

74 *Pli. elegorum*; *B. 1. carbonibus elegorum*.—76 *C. obiciunt*. *B. 1. quid est.*  
—77 *Pli. qui tu.* Mox, ego deest in *B. 1.*—80 *C. aut Syram, aut Cypiam.*—  
81 *Ea molet, coquet, conficiet C. et Parei 3. pensetur B. 1.*—82 *C. flagiti*; *B. 1.*  
*flagitium.*—84 *C. opus, omisso est.*—85 *Litigari C. et C. 2. neque tuam autem*  
*Acidal.*—87 *C. exferri; C. 2. eferri.* *Al. ap. Pareum affterri domo.*—90 *Ac-*

#### NOTE

84 *Se redhibere*] Pro redhibiturum  
esse; nam redhibere est hoc loco re-  
cipere, quasi dicas rehabere, litera d  
interjecta; ‘redamare,’ quasi rea-  
mire; ‘redintegrare,’ quasi reinteg-  
rare. Igitur redhibere est receptu-  
rum esse. Nisi redhibere hoc loco  
significet illum, qui vendidit Pas-  
compsam, redhibiturum, et redditu-  
rum pecuniam pro illa acceptam;  
nam redhibere apud jurisconsultos,  
significat reddere. Ulpianus: ‘Red-  
Delph. et Var. Clas.

*Plant.*

1 A

Ut emerem ad istanc faciem. CH. at mihi quidam adolescens, pater,

Mandavit ad illam faciem, ita ut illa est, emerem sibi.

DE. Viginti minis, opinor, posse me illam vendere.

CH. At ego, si velim, jam dantur septem et viginti minæ.

DE. At ego. CH. quin ego, inquam. DE. at nescis, quid dicturus sum: tace. 95

Tres minas accudere etiam possum, ut triginta sient.

CH. Quo vortisti? DE. ad illum, qui emit. CH. ubinam est is homo gentium? [minas.]

DE. Eccillum video: jubet quinque me addere etiam nunc

CH. Hercle illunc Di infelicit, quisquis est. DE. ibidem mihi

Etiam nunc adnusat; addam sex minas. CH. septem, mihi 100

(Nunquam edepol me vincet hodie) commodis poscit, pater. [licitus est prior.]

DE. Nequicquam poscit: ego habebo. CH. at illic pol-

DE. Nihili facio. CH. quinquaginta poscit. DE. non centum datur.

*ut unam mercarer præditam ea pulchritudine. CH. Sed est quidam juvenis, pater, qui me rogavit ut compararem suo nomine ea venustate qua est. DE. Existimo me posse accipere de illa viginti minas. CH. At ego si velim, numerentur nunc viginti septem minæ. DE. At ego. CH. Quin ego, inquam. DE. At ignoras, quid sim dicturus: sile. Possum adhuc adjicere tres minas, ut sint triginta. CH. Quo te convertisti? DE. Ad illum, qui emit. CH. Ubinaam est is homo? DE. Ecce, video; me jubet addere adhuc nunc quinque minas. CH. Per Herculem Di illum infelicem reddant, quisquis est. DE. Idem mihi innuit nunc, ut adjungam adhuc sex minas. CH. Per ædem Pollucis non me superabit hodie: at is cui emi innuit mihi, ut septem addam. Pater, postulat eam integris minis. DE. Ille frustra offerit: ego habebo. CH. Sed ille obtulit prior. DE. Nihil curio. CH. Offerit quinquaginta minas. DE. Non habebit si centum offerat. Visne pretio*

\*\*\*\*\*

*dal. qui olim.—92 Pll. ad istanc. Mox, mulierem emerem Parei 3. contra codd. —95 Pll. ali nescis.—97 C. et C. 2. ubinam'st.—98 C. jubet quoque me. Mox, C. 2. adere.—99 C. illuc Dii felicit.—100 Al. ap. Pareum innutat.—101 B. 1. hodie inveniet hodie.—102 Nequicquam Pll. ego habeo C. pollicitus B. 1.—*

### NOTÆ

*hibere est facere, nt rursus habeat cet air là. venditor quod habuerit: et quia red-* 101 *Commodis] Commodæ minæ dendo id fiebat, idecirco redhibitio est sunt integræ, totæ justi ponderis qui appellata. Quasi redditio.'* bus nihil accusum est, quæ orbeni et

*91 Ad istanc faciem] Une fille de circum habent integrum ac rotun-*

**Potine ut ne licitere advorsum animi mei sententiam?**

**Maxumam hercle habebis prædam: ita ille est, quo i emi-  
tur, senex.** 105

**Sanus non est ex amore illius: quod posces, feres.** [perit  
**CH.** Certo edepol adoleſcens ille, quo i ego emo, effictim  
Ejus amore. **DE.** multo hercle ille magis senex, si tu  
scias.

**CH.** Nunquam edepol fuit neque fiet ille senex insanior  
Ex amore, quam ille adoleſcens, quo i ego do hanc operam,  
pater. 110

**DE.** Quiesce, inquam: istanc rem ego recte videro. **CH.**  
quid agis? **DE.** quid est?

**CH.** Non ego illam mancipio accepi. **DE.** sed ille illam  
accipit: sine. [videro.]

**CH.** Non potes tu lege vendere illam. **DE.** ego' aliquid

**CH.** Post autem communis est illa mihi cum alio: qui scio  
Quid sit ei animi; venirene eam velit, an non velit? 115

**DE.** Ego scio velle. **CH.** at pol ego esse credo aliquem,  
qui non velit. [æquom est in manu.]

**DE.** Quid id mea refert? **CH.** quia illi suam rem esse

*decertare contra voluntatem meam? Projecto obtinbis ingentem quæstum: sic  
est affectus senex cuius gratia emitur. Insanit præ amore illius: accipies quod  
postulabis. CH. Projecto ille juvenis pro quo eam emo, emoritur penitus ejus  
amore. DE. Per Herculem ille senex multo magis ardet, si tu nosces. CH. Per  
ædem Pollucis nunquam ille senex fuit, neque fiet amentior ex amore, quam ille ju-  
venis, cui ego colloco hanc operam, o pater. DE. Mane, inquam: ego examinu-  
vero bene hanc rem. CH. Quid facis? DE. Quid est? CH. Non illam accepi  
mancipio. DE. Sed ille illam accipit: sine. CH. Tu non potes illam vendere lege.  
DE. Ego videro aliquid. CH. Præterea illa mihi est communis cum alio. Quo-  
modo scire possum, quid sit ejus mens; utrum velit eam vendi, an nolit? DE. Ego  
scio velle. CH. Sed per Pollucem ego existimo esso quempiam, qui nolit. DE.  
Quid id mea refert? CH. Quia est par, suas res illi esse in protestate. DE. Quid*



104 *Potinne ut ne licitere Parei 3. Potinne ut ne litigere C. 2. ut liceret C. Putin ut ne al. ap. Parenm. Mox, mei deest in C. C. 2. et B. 1.—105 C. qm  
mentitur senex.—107 C. effectim.—112 Pll. accipit.—116 Hic vs. deest in*

#### NOTÆ

dnm. *Poscit, id est, licitatur.*

112 *Sed ille illam]* Rejicit pater  
objectionem filii. Nihil referre de  
mancipio; quoniam licet ipse non ac-

ceperit, accipere tamen illum senem,  
nec deterrei ab emtione, quod evic-  
tionis periculum non præstetur.

DE. Quid ais? CH. communis mihi illa est cum alio: is nunc hic non adest. [vendo, pater.

DE. Prius respondes, quam rogo. CH. prius tu emis quam Nescio, inquam, velit ille illam, necne abalienarier. 120

DE. Quid illic quidam, qui mandavit, cum ille nolet? nihil agis. [quem ego volo.

Nunquam edepol quisquam illam habebit potius, quam ille, Certum est. CH. censem' certum esse? DE. quin ad navim jam hinc eo. [non placet.

Ibi venibit. CH. vin' me tecum illo ire? DE. nolo. CH.

DE. Melius te, quae sunt mandatae res tibi, prævortier. 125

CH. Tu prohibes. DE. at tu excusato, te fecisse sedulo. Ad portum ne bitas, dico jam tibi. CH. auscultabitur.

DE. Ibo ad portum, et ne hic resciscat, cauto opus: non ipse emam,

Sed Lysimacho amico mandabo: is se ad portum dixerat Ire dudum: me moror, cum hic asto. CH. nullus sum, occidi. 130

dicis? CH. Habeo illam communem cum alio: ille non adest nunc hic. DE. Respondes antequam interrogo. CH. Tu emis antequam vendo, pater. Nescio, inquam, utrum velit illam vendi, necne. DE. Quis ille, quem dicebas modo tibi mandasse ut emeres, si ille, cui est tecum communis, nolit? nihil proficis. Per adem Pollucis nullus eam habebit potius, quam ille quem ego volo. Hoc decretum est. CH. Putasne certum esse? DE. Hinc ad narin pergo; ibi vendetur. CH. Visne me pergere tecum eo? DE. Nolo. CH. Non placet. DE. Est satius te antea obire res, quae tibi sunt demandatae. CH. Tu retus. DE. Sed tu excusato temet te fecisse quicquid in te fuit. Tibi dico ne cas ad portum. CH. Obtemperabo. DE. Ibo ad portum; et cavendum est, ne hic resciscat; non emam ipse, sed rem demandabo amico Lysimacho. Dixerat sese iturum ad portum: me moror, quando asto hic. CH. Perii, occidi.



quibusdam edd. extat vero in C. C. 2. et B. 1.—120 C. nec me. Mox, C. 2. ab aliena [lacuna].—121 C. tum ille; Parei 3. quom ille.—122 B. 1. prius quisquam.—123 C. navem. Mox, B. 1. jam nunc eo.—125 C. mandatae tres tibi.—126 C. excusatio.—127 Ad p. ne ibis B. 1. Ad p. ne vitas C. Ad p. ne bites C. 2.—130 Parei 3. sed me moror, contra codd.

## ACTUS SECUNDI SCENA QUARTA.

CHARINUS, EUTYCHUS.

**Ch.** PENTHEUM diripuisse aiunt Bacchus: nugas maxumas

Fuisse credo, præut quo pacto ego divorsus distrahor.

Cur ego vivo? cur nou morior? quid mihi est in vita boni?

Certum est, ibo ad medicum, atque ibi me toxicō morti dabo,

Quando id mihi adimitur, qua causa vitam cupio vivere. 5

**Eu.** Mane, mane obsecro, Charine. **Ch.** qui me revocat?

**Eu.** Eutychus

Tuus amicus et sodalis, simul vicinus proximus.

**Ch.** Non tu scis, quantum malarum rerum sustineam.

**Eu.** scio.

Omnia ego istaec auscultavi ab ostio: omnem rem scio.

**Ch.** Quid id est, quod scis? **Eu.** tuus pater volt vendere.

**Ch.** omnem rem tenes. 10

**Cn.** Referunt Bacchus discerpsisse Pentheum. Arbitror fuisse nugas meras, si id conferatur cum dolore, quo ego differor in varias partes. Quare ego sum superstes? Quare non intereo? Quid mihi est jucundi in vita? Ratione est me conferre ad medicum, et me extinguere hausto veneno, quandoquidem id mihi eripitur, cuius gratia exopto rivere. **Eu.** Amabo, Charine, sta, sta. **Cn.** Quis me revocat? **Eu.** Eutychus tuus amicus, et socius, et una vicinus proximus. **Cn.** Tu nescis quantum mali perferum. **Eu.** Novi. Audivi universa hæc ab janua: teneo rem omnem. **Cn.** Quid tenes? **Eu.** Pater tuus vult vendere. **Cn.** Tenes rem

\*\*\*\*\*

2 B. 1. *præ ut.*—3 C. 2. et B. 1. *quid mihi st;* C. *quid mihi st sustinuit boni.*—  
4 Certumst B. 1. *me ibi C.*—8 Edd. quædam vett. *Num tu.*—9 Pronomen *ego*

## NOTÆ

**1** *Pentheum]* Pentheus Thebarum rex cum curiosins observaret orgia Bacchi, quæ celebabantur a feminis, quæque citra grande piaculum viri non possent videre, Agave ejus mater, materterta Ino, et Autonoë Bacchi oestro percitæ, eum in frusta discerperunt, ratae esse aprum.

**4 Toxicō]** Plin. xvi. 10. ‘Hanc

(de taxo loquitur) Sestius smilacem vocari dixit, et esse in Arcadia, tam presentis veneni, ut si quis sub ea dormiat, cibumve capiat, moriatnr. Sunt, qui et toxica hinc appellata dicunt venena, quæ nunc taxica diciuntur, quibus sagittæ tingantur.’

**8 Non tu scis]** Quasi dicat, si sciens meam vicem, doleres.

EU. Tuam amicam. CH. nimium multum scis. EU. tuis  
     ingratiis. [meam ?  
 CH. Plurimum tu scis: sed qui scis esse amicam illam  
 EU. Tute heri ipsus mihi narrasti. CH. satin' ut oblitus  
     fui, [te nunc consulو.  
 Tibi me narravisse ? EU. haud mirum factum est. CH.  
 Responde, quo leto censes me ut peream potissimum ? 15  
 EU. Non taces ? cave istuc dixis. CH. quid vis me igitur  
     dicere ? [volo.  
 EU. Vin' patri sublinere pulchre me os tuo ? CH. sane  
 EU. Visne eam ad portum ? CH. qui potius, quam voles ?  
     EU. atque eximam  
 Mulierem pretio ? CH. qui potius, quam auro expendas ?  
     EU. unde at erit id ?  
 CH. Achillem orabo, aurum mihi det, Hector qui expensus  
     fuit. 20  
 EU. Sanun' es ? CH. pol sanus si sim, non te medicum  
     mihi expetam. [rium  
 EU. Tanti quanti poscit, vin' tanti illam emi ? CH. aucta-  
 Adjicito, vel mille nummum plus quam poscet. EU. jam  
     tace.

universam. EU. Tuam amicam. CH. Tenes multo nimium. EU. Te invito.  
 CH. Tu nosti apprime; sed quomodo nosti illam esse meam amicam ? EU. Tu  
     ipse mihi dixisti heri. CH. Itane vero oblitus sum me tibi aperuisse ? EU. Non  
     est ita mirum. CH. Te consulò nunc. Repone, quo fato putas mihi esse occum-  
     bendum ? EU. Non siles ? vide ne id dixeris. CH. Quid vis igitur ut dicam ?  
 EU. Visne ut ludificem egregie tuum patrem ? CH. Volo sane. EU. Visne eam  
     ad portum ? CH. Quomodo velocius eas, quam si volaveris ? EU. Atque eman-  
     mulierem auro ? CH. Quid melius, quam ut auro redimas ? EU. Sed unde id  
     habebis ? CH. Rogabo Achillem, ut mihi numeret aurum, quo Hector fuit re-  
     demtus. EU. Esne sanus ? CH. Per Pollucem si essem sanus non optarem te  
     esse meum medicum. EU. Visne illam eni tanti, quanti postulat ? CH. Adde  
     vel mille nummos plusquam offeret. EU. Jam sile: sed quid ais ? Unde habebis

\*\*\*\*\*

deest in B. 1.—12 Alterum scis deest in edd. quibusdam vett.—13 B. 1. sta-  
 tim ut.—16 C. cave tu istuc.—17 B. 1. sublinire.—18 B. 1. quid potius.—19 B.  
 1. unde alteritis ; Pl. unde at eritis ; al. ap. Parenm, unde at id.—20 B. 1. ut  
 det.—21 B. 1. si sim præ te medicum ; C. 2. medicinum.—22 Al. illanc, contra

#### NOTÆ

18 Qui potius, quam voles] Quasi 19 Qui potius, quam auro expendas]  
 dicat, utinam potius volares, quam Utinam aurum contra emas.  
 ires, adeo sum moræ impatiens.

Sed quid ais? unde erit argentum, quod des, cum poscet pater?

**CH.** Invenietur, exquiretur, aliquid fiet. **EU.** enicas. 25  
Jam istuc, aliquid fiet, metuo. **CH.** quin taces? **EU.**  
muto imperas. [CH. non potest.

**CH.** Satin' istuc mandatu'st? **EU.** potin' ut aliud cures?  
**EU.** Bene vale. **CH.** non edepol possum, priusquam tu  
ad me redieris. [EU. ego fecero.

**EU.** Melius sanus sis. **CH.** vale, et vince, et me serva.  
Domi maneto me. **CH.** ergo actutum face cum præda re-  
cipias. 30

pecuniam, quam des, quando postulabit pater? **CH.** Reperietur; fiet aliquid.  
**EU.** Interimis; metuo jam istud verbum fiet aliquid. **CH.** Quare non taces?  
**EU.** Mandas elingui. **CH.** Istudne est satis imperatum? **EU.** Aliud cura. **CH.**  
Nequeo. **EU.** Bene vale. **CH.** Per aëdem Pollucis, nequeo bene valere, antequam  
reversus sis ad me. **EU.** Sis magis sanus. **CH.** Vale, et vince, et me serva. **EU.**  
Ego perficiū; expecta me domi. **CH.** Igitur fac ut te recipias statim huc  
cum præda.

codi.—23 Adicito Pll.—26 B. 1. qui taces.—27 B. 1. ut aliquid.—30 Domi me  
ergo maneto Pll. cum præa me ut recipias Douz. prædam B. 1. cum præda ut  
recipias al. ap. Parenū; face prædam ut recipias al. ibid.

## NOTÆ

|   |  |
|---|--|
| 26 <i>Aliquid fiet</i> ] Idecirco abhorret ab hac voce Eutychius, ‘aliquid fiet,’ quod et in futurum tempus videtur | 29 <i>Melius sanus sis</i> ] Melius tibi consuleris, si sanus sis. |
| 30 <i>Domi maneto me</i> ] Id est, exspecta me.   | 30 <i>Domi maneto me</i> ] Id est, exspecta me.                    |

adhuc sit.

## ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

## LYSIMACHUS, PASICOMPSA.

**LY.** AMICE amico operam dedi: vicinus quod rogavit,  
Hoc emi mercimonium: mea es tu: sequere sane:  
Ne plora: nimis stulte facis, oculos corrumpis tales.

**LY.** Opitulatus sum amice amico: emi hanc mulierem sicut Demipho meus vi-  
cinus precatus est. Tu ad me pertines; sequere profecto: ne lacrymare. Agis

## NOTÆ

1 *Operam dedi*] Operam tuli.

3 *Tales*] Id est, tam pulchros.

Quid? tibi quidem quod rideas magis est, quam ut lamentere.

PA. Amabo ecastor, mi senex, eloquere. LY. exquire quidvis. 5

PA. Cur emeris me? LY. tene ego? ut, quod imperetur, facias. [est,

Item quod tu mihi imperes, ego faciam. PA. facere certum Pro copia et sapientia, quæ te velle arbitrabor.

LY. Laboriose nihil tibi quicquam operis imperabo.

PA. Namque edepol quidem, mi senex, non didici baju-lare, 10

Nec pecua ruri pascere, neque pueros nutricare.

LY. Bona si esse vis, bene erit tibi. PA. tum pol ego perii misera. [bene esse solitum 'st:

LY. Qui? PA. quia illic unde advecta huc sum, malis Nec mos meu'st ut prædicem, quod ego omnes scire credam.

LY. Oratio edepol pluris est hujus, quam quanti hæc emta est: 15

Quasi dicas, nullam mulierem bonam esse. PA. haud equidem dico.

LY. Rogare hoc unum te volo. PA. roganti respondebo.

LY. Quid ais tu? quod nomen tibi dicam esse? PA. Pasicompsæ.

*insulsius: fadas ejusmodi oculos. Quid? est magis quod lærteris, quam quod do-leas. PA. Dic queso, mi senex. LY. Sciscitare. Quid vis? PA. Quare me mercatus es? LY. Quærisne cur ego te emerim? ut agas quod mandabitur. Item ego exequar quod tu mihi demandaveris. PA. Constitui apud me agere, quæ arbitrabor te optare pro viribus et ingenio. LY. Nihil tibi mandabo quicquam operis gravioris. PA. Per ædem Pollucis, mi senex, non assuevi onera portare; neque enutrire pecudes ruri; neque educare pueros. LY. Si vis esse bona, tibi erit bene. PA. Tum per Pollucem ego perii infelix. LY. Quare? PA. Quia mos est apud eos a quibus profecta sum, ut sit bene malis: neque soleo dicere id quod ego existimem omnes tenere. LY. Per ædem Pollucis hujus sermo pluris æstimandus est, quam quanti enta est. Quasi dicas nullam mulierem esse bonam. PA. Sane non dico. LY. Volo a te sciscitari hoc unum. PA. Reponam interroganti. LY. Dic mihi, quod nomen habes? PA. Pasicompsæ. LY. Nimirum hoc nomen est*



4 Qui tibi C. 2. Quid est tibi? quid? quod rideas al. ap. Pareum. Quin tibi quidem Acidal. quod lamentere edd. quædam vett.—6 Cur empris me Pll. ut q. i. factus C. unde Pareus conj. facies; nam et alibi hoc verbo utitar noster.—9 Laboriosi Parei 3. Laboriose Pll. et B. 1.—10 Non edepol equidem B. 1. bajolare Pll.—11 Nec peculia C. Nec pecula C. 2. B. 1. nec pueros B. 1.—13 Pll. quia illim unde; B. 1. illuc unde advecta sum.—18 Pll. quid nomen. Mox, Pa-

**LY.** Ex forma nomen inditum est: sed quid ais, Pasicompsa?  
**Possin' tu, si usus venerit, subtemen tenuē nere?** 20

**PA.** Possim. **LY.** si tenuē scis, scio te uberius posse nere.

**PA.** De lanificio neminem metuo, una aetate quæ sit.

**LY.** Bonam hercle te et frugi arbitror, matura jam inde  
 aetate, [didici.

Quoniam scis facere officium tuum, mulier. **PA.** pol docta  
 Operam accusari non sinam meam. **LY.** hem, istæc  
 hercle res est, 25

**Ovem** tibi ancillam dabo natam annos sexaginta

**Peculiarem.** **PA.** mi senex, tam vetulam? **LY.** generis  
 Græci est.

Eam si curabis, perbona est, tondetur nimium scite.

**PA.** Honoris causa quicquid est, quod dabitur, gratum  
 habebo.

*impositum a venustate. Dic mihi, Pasicompsa, possesne tu, si opus fuerit, nere subtemen tenuē? PA. Possem. LY. Si possis nere tenuē, scio te posse nere crussius. PA. Nulli concedo meæ aetatis in lanificio. LY. Per Herculem existimo te esse mulierem bonam, et probam, in adulta aetate, quoniam scis fungi tuo officio. PA. Per Pollucem didici a docta magistra. Non patiar reprehendi meum laborem. LY. Hem, per Herculem si ita se res habet, tibi addam ancillam peculiarem ovem natam sexaginta annos. PA. Mi senex, tot annis natam? LY. Est Græca; si ejus curam geras, est optima; tondebitur nimis scite. PA. Mihi erit acceptum*



*sycompsæ* B. 1.—20 *B. 1. subtemen.*—21 *Possum* B. 1.—23 *Edd.* quædam vett. jam indu aetate.—24 *Quam scis* B. 1. *Qum scis* C. *Cum scis* C. 2. *pol a docta didici* Douz. *pot u muliere docta didici* al. ap. Pareum: *muliere pol docta* B. 1.—26 *Quin tibi ecce illam* B. 1. *Quem tibi ecce illam* C. 2. *Quem tibi ancillam* C. *Quin etiam tibi ovillam* al. ap. Pareum.—27 *B. 1. tam rectula.* C. græcis; C. 2. granst; al. ap. Pareum, generis gratiast; B. 1. generis græcin est.—

## NOTÆ

20 *Subtemen*] A ‘sub’ et ‘temen.’ ‘Temen’ a ‘texo,’ quasi ‘teximen.’ Varro: ‘Stamen a stando, quod eo stat omne in tela velamentum. Tra-ma quod trameat subtemen, quod subit stamini.’

26 *Ovem tibi ancillam dabo natam annos sexaginta]* Moris erat apud Græcos, ut nonnisi deforms et vetulas darent ancillas uxoribus suis, ac ferme Afras, aut Ægyptias; unde eis dabant nomina quibus earum deformitas notaretur, quemadmodum

‘Pitecum’ a nomine Græco, quod similam significat; quod idcirco faciebant, ne lenocinium exercere videbant, si et juvenes et formosas uxoribus suis addidissent comites. Ovem appellat vetulam capite cano, et velleri ovili simili.

27 *Generis Græci est]* Id est, Tarentina est; Tarentum autem erat urbs Magnæ Græciae. Ovium Tarentinarum erant laudatissima velle-ra, quæ quo molliora essent, vestitæ pascebantur oves.

**LY.** Nunc, mulier, ne tu frustra sis, mea non es, ne arbitrare. 30

**PA.** Dic igitur, quæso, quoja sum? **LY.** tuo hero redemta es rursum;

Ego redemi te: ille me oravit. **PA.** animus rediit,  
Si mecum servatur fides. **LY.** bono animo es, liberabit  
Ille te homo: edepol deperit atque hodie primum vidit.

**PA.** Ecastor jam biennum est, cum mecum rem cœpit. 35  
Nunc, quando amicum te scio esse illius, indicabo.

**LY.** Quid ais tu? jam biennum est, cum tecum habet rem? **PA.** certo.

Et inter nos conjuravimus, ego cum illo, et ille mecum,  
Ego cum viro, et ille cum muliere: nisi cum illo, aut ille  
mecum,

Neuter stupri causa caput limaret. **LY.** Di immortales! 40  
Etiam cum uxore non cubet? **PA.** amabo, an maritus est?  
Neque est, neque erit. **LY.** nolim quidem: homo hercle  
perjuravit. [dem, stulta:

**PA.** Nullum adolescentem plus amo. **LY.** puer est ille qui  
Nam illi quidem haud sane diu est, cum dentes exciderunt.

quicquid dabitur honoris gratia, quicquid sit. **LY.** Nunc, mulier, ne fallaris, non  
ad me pertines, ne putas. **PA.** Dic igitur, rogo, ad quem pertineo? **LY.** Fuisti  
emta iterum pro tuo hero; ego te redemi: ille me rogavit. **PA.** Recreatu sum, si  
fides mihi servatur. **LY.** Esto bono animo, ille homo te manumittet. Per aedium  
Pollucis ubi primum te conspicatus est hodie, te perdite amavit. **PA.** Per aedium  
Castoris jam sunt anni duo, ex quo incepit rem mecum. Nunc detego quoniam in-  
telligo te esse amicum ejus. **LY.** Quid dicis tu? jam est biennum, ex quo habet  
rem tecum? **PA.** Certo; et conjuravimus inter nos, ego cum illo, ille mecum; neuter lima-  
ret caput causa stupri. **LY.** Dii immortales, non cubet etiam cum uxore?  
**PA.** Rogo, estne muritus? Neque est, neque erit. **LY.** Nolim per Herculem.  
Sane homo est perjurus. **PA.** Nullum juvenem diligo magis. **LY.** Ille quidem  
est puer, stulta: num non diu est sane ex quo dentes illi exciderunt. **PA.** Quid,



31 C. cuius sum.—32 Ego te redemi B. 1. C. C. 2. Ven. 1. rediit mihi Parei 3.  
contra codd.—34 Delph. Bipont. al. ita edepol deperit te.—35 Parei 3. cepit  
habere, contra codd.—36 Hic versus et sequens transpositi sunt in edd. qui-  
busdam vett.—40 B. 1. caput liniaret.—41 Pll. amabo, amaturst.—46 Prono-

#### NOTÆ

34 Atque hodie primum vidit] Id 40 Neuter stupri causa caput limaret]  
est, simul atque vidit; statim atque Conjungeret.  
vidit.

**P.** Quid, dentes? **L.** nihil est: sequere sis huc me:  
diem unum oravit 45  
Ut apud me præhiberem locum: ideo, quia uxor ruri est.

*dentes? L. Est nihil: sequere me huc si vis. Oravit ut præberem hodie locum apud me diem unum, quia uxor est ruri.*

men me deest in C. *perhiberem* al. ap. Pareum.

### ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

DEMIPHO.

TANDEM impetravi, ut egomet me corrumperem.  
Emta est amica clam uxore mea et filio.  
Certum est, antiqua recolam, et servibo mihi.  
Decurso in spatio, breve quod vitæ reliquum est,  
Voluptate, vino et amore delectavero. 5  
Nam hanc se bene habere ætatem nimio est æquius.  
Adolescens cum sis, tum cum est sanguis integer,  
Rei tuæ querendæ convenit operam dare:  
Demum igitur cum senex sis, tunc in otium  
Te colloces, dum potestur: id jam lucro est 10

*DE. Demum sum consecutus a me, ut ego me ipse corrumperem. Emta est amica mea uxore inscia et filio; ratum est ut repeatam antiquam rationem vitæ, et mihi indulgeam; oblectavero spatum breve vite quod superest, conficiendum voluptate, vino, et amore. Etenim est æquissimum hanc partem vitæ jucunde traducere. Quando es juvenis, quando sanguis calet, decet te incumbere parandis fortunis: itaque quando es senex, tum tu coneedas in otium, dum fieri potest. Id jam appo-*

2 Parei 3. et clam; Pll. clam uxorem etiam; B. 1. uxorem et filio.—4 Decurso jam spatio Grut. reliquumst C. reliquomst Parei 3.—7 A. quonsis Parei 3. tecum cum Pll.—8 Rei tui B. 1.—9 B. 1. sis senex.—10 B. 1. dum potes sanc id; Pll. dum potestur sid jam lucrost; C. 2. dum potest ave sidiam; al. ap.

### NOTÆ

4 *Decurso in spatio*] Supple ‘vitæ.’

7 *Sanguis integer*] Purior videlicet in juvenibus est sanguis, quam in senioribus: calet etiam magis juvenilis

sanguis, quam senilis; atque adeo in

eo plus vitalium spirituum, quo sit ut et integer dicatur.

10 *Dum potestur*] Dum potes.

Quod vivis : hoc ut dico, factis persequar.  
 Interea tamen huc intro ad me invisam domum.  
 Uxor me expectat jamdudum esuriens domi.  
 Jam jurgio enicabit, si intro rediero.  
 Verum hercle postremo ut ut est, non ibo tamen,      15  
 Sed hunc vicinum prius conveniam, quam domum  
 Redeam : ut mihi ædes aliquas conduceat volo,  
 Ubi habitet istaec mulier : atque ecceum it foras.

*nitur lucro, id quod vivis. Faciam ut dico ; attamen interim ingrediar huc ad me : uxor me expectat jampridem esuriens domi ; jam obruet conviciis, si reversus sim in ædes. At tandem quoquo modo se res habet, tamen non ingrediar ; sed adibo hunc vicinum antequam revertar in ædes. Volo ut mihi conduceat quasdam ædes, ubi maneat hæc mulier : sed ecce egreditur.*

---

Pareum, Te dum potestur, colloces : si vales id, &c.—11 Cominus hac B. 1.—  
 12 Douz. huc ad me intervisam ; Pli. ad me huc invisam.—13 B. 1. a m. pr.  
 esurientes.—15 Alterum ut deest in B. 1.

---

### ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

LYSIMACHUS, DEMIPHO.

LY. ADDUCAM ego illum jam ad te, si convenero.  
 DE. Me dicit. LY. quid ais, Demipho? DE. est mulier domi? [mane.]  
 LY. Quid censes? DE. quid si visam? LY. quid properas?  
 DE. Quid faciam? LY. quod opus est facto, facito ut cogites.  
 DE. Quid cogitem? equidem hercle opus hoc facto existumo,      5  
 Ut illuc introëam. LY. itane vero, vervex, introëas?

LY. Ego illum ad te adducam mox, si invenero. DE. Loquitur de me. LY.  
 Quid dicas, Demipho? DE. Pasicompsu est in adibus? LY. Quid existimas?  
 DE. Quid si conspiciam? LY. Quid acceleras? consiste. DE. Quid agam? LY.  
 Da operam ut mediteris, quid oporteat agere. DE. Quid meditabor? equidem per  
 Herculem arbitror oportere, ut illuc ingrediar. LY. Itane vero, vervex, ingredia-

---

1 B. 1. ad te sicut venero.—3 Idem colex, quid mi visam. Mox, mane deest

#### NOTÆ

6 Vervex] Homo impudicus, et propter ætatem effœtus, ut vervex.

**DE.** Quid aliud faciam? **LY.** prius hoc ausculta, atque ades.

Prius etiam est, quod te facere ego aequum censeo.

Nam nunc si illo introieris, amplecti voles,

Confabulari, atque osculari. **DE.** tu quidem 10

Meum animum gestas: scis quid acturus siem. [nus.

**LY.** Pervorse facies. **DE.** quodne ames? **LY.** tanto mi-

Jejunitatis plenus, anima foetida,

Senex hircosus, tu osculere mulierem?

Urine adveniens vomitum executias mulieri? 15

Scio pol te amare, quom istae prae monstras mihi.

**DE.** Quid si igitur (unum factum hoc si censes) coquum

Aliquem arripiamus, prandium qui percoquat

Apud te hic usque ad vesperum? **LY.** hem istuc censeo.

Nunc tu sapienter loquere atque amatorie. 20

**DE.** Quid stamus? quin ergo imus, atque opsonium

ris? **DE.** Quid agam aliud? **LY.** Audi hoc antea, atque ades animo. Est ad-huc aliquid, quod rcor par esse te agere antea: nam si ingrediaris illuc nunc, voles complecti, colloqui, et osculari. **DE.** Tu profecto tenes meam mentem: scis quid sim facturus. **LY.** Ages male. **DE.** Dicisne id, quia eam amas? **LY.** Minime vero: sed tu macilenter anima grave olenti, senex putidus, osculere mulierem? Idne facies ut tuo adventu moreas vomitum mulieri? Intelligo per Pollucem me a te diligi, quando mihi ostendis haec. **DE.** Quid si ergo accipiamus aliquem coquum, qui percoquat prandium hic apud te usque ad vesperam, si existimas esse faciendum id? **LY.** Profecto existimo; jam tu loqueris sapienter et amatorie. **DE.** Igitur quid stamus? Quin pergimus et curamus opsonia, ut epulcmur festive? **LY.** Ego

\*\*\*\*\*

in eodem.—4 Voc. *facto* dicitur in eodem codice.—5 C. *existimo*.—7 Parei 3. *adis*, contra *codd.*—8 Pll. *quo te*. C. *ego qm.*—9 C. *si illuc*. B. 1. *introiretes*; et a m. sec. *introires*.—10 Pll. *ausculuri*.—11 Pll. *quid acturus sim*; B. 1. *quod a. sim.*—13 Jam *atatis* plenus B. 1. C. et C. 2. *animaque Parei* 3.—14 *Senex irquo osus* Pll. et Parei 3. *Senex vir quosustu* C. *Senex ircosus tu* C. 2.—17 *Quid igitur si hoc bonum f. censes?* al. ap. Pareum. *una factum* B. 1.—

#### NOTÆ

7 *Ausculta, atque ades*] Alii, *atque adis*; id est, antequam adeas Pasicompsam, audi me, et deinde adibis si volneris.

12 *Quodne ames*] Idne dicens idecirco, quia amas Pasicompsam?

13 *Jejunitatis plenus* [*Jam plenus etatis*], *anima foetida*] Alii, *Jejunitatis plenus*; ii enim qui nondum gnstant cibum, graviorem solent habere

*animam.*

14 *Hircosus*] Sidonius Apollinaris ‘*specus alarum hircosos*’ appellat axillas graveolentes.

17 *Unum factum*] Id est, bonum factum: bonum autem factum est formula approbantis, quod propositum est, orationis. Etiam in edictis inscribi solita.

Curamus, pulchre ut simus? Ly. equidem te sequor.

Atque hercle invenies tu locum illi, si sapis.

Nullum hercle, præter hunc, diem, illa apud me erit:

Metuo ego uxorem, cras si rure redierit, 25

Ne illam hic offendat. De. res parata est: sequere me.

*per Herculem te sequor, et si sapis tu illi reperies locum. Illa non erit apud me præter hunc diem: ego timeo ne uxor, si reversa fuerit, illam offendat. De. Res est instructa: sequere me.*

---

20 Pronomen *tu* deest in quibusdam edd. vett. *amatorio* C. et C. 2.—22 Cu-  
remus Pll.—23 C. *illic si.*—26 B. 1. *parast.*

#### NOTÆ

22 *Pulchre ut simus]* Pro, pulchre ut nobis sit.

### ACTUS TERTII SCENA QUARTA.

CHARINUS, EUTYCHUS.

CH. SUMNE ego homo miser, qui nusquam bene quoq[ue] qui-  
escere? [est.

Si domi sum, foris est animus: sin foris sum, animus domi

Ita mihi in pectore atque in corde facit amor incendium:

Ni oculos lacrymæ defendant, jam ardeat, credo, caput.

Spem teneo, salutem amisi: redeat an non, nescio. 5

Si opprimit pater, quod dixit, exulatum abiit salus,

Sin sodalis, quod promisit, fecit, non abiit salus.

Sed tandem si podagrosis pedibus esset Eutychus,

CH. Nonne ego sum infelix, qui nullibi possum quiete frui? Si sum in adib⁹,  
mens est foris; si sim foris, mens est in adib⁹. Tantum incendium amor excitat  
in pectore, atque in corde: nisi fletus profligerent ignem ab oculis, puto caput  
nunc incenderetur. Spes est in manu; perdidisti salutem: nescio utrum revertatur,  
an non: si pater me obruit, sicut dixit, salus fugit longe: sin socius egit id quod  
pollicitus est, salus non fugit. At denique si Eutychus podagra laboraret, nunc

---

4 Ni ex oculis l. descendant B. 1.—6 Si opprimit pater nos vixi Palm. Si o. p.  
quod ei sit al. ap. Pareum.—8 Sed tandem jam Parei 3. Sed tamen dem si C.

#### NOTÆ

6 *Si opprimit pater]* Id est, si pro 8 *Podagrosis pedibus]* Quia qui po-  
auctoritate, qua pollet pater in fili- dagra laborant ægre incedunt.  
um, abducat a me Pasicompssam.

**Jam a portu rediisse potuit: id illi vitium maxumum 'st,  
Quod nimis tardus est, advorsum mei animi sententiam. 10  
Sed isne est, quem currentem video? ipsus est: ibo obviam.  
Divum atque hominum quae spectatrix atque hera eadem es  
hominibus,**

**Spem speratam cum obtulisti hanc mihi, tibi grates ago.  
Numquid restat? eheu disperii! voltus neutiquam hujus  
placet:**

**Tristis incedit, pectus ardet: hæreo, quassat caput. 15  
Eutyche. Eu. heu! Charine. Ch. priusquam recipias  
anhelitum, [tuos?**

**Uno verbo eloquere: Ubi ego sum? hiccine an apud mor-  
Eu. Neque apud mortuos, neque hic es. Ch. salvos sum:  
immortalitas**

**Mihi data est: hic emit illam: pulchre os sublevit patri.  
Impetrabilior qui vivat nullus est: die, obsecro: 20  
Si neque hic, neque Acherunti sum, ubi sum? Eu. nusquam  
gentium.**

*reversus esset a portu: hoc tenetur vitio maximo, quod est valde lensus, contra  
meam sententiam: sed estne ille quem conspicio accelerantem? Est ipse; occur-  
ram. O Fortuna! quæ contemplatrix atque domina eadem Deorum atque homi-  
num es, tibi ago gratias, quod jam mihi dedisti hanc spem certam. Nonne aliquid spei  
superest? Heu occidi! voltus hujus nullo modo placet. Ambulat mæstus; mens  
flagrat: sum anceps, concutit caput. Eutyche. Eu. Heu! Charine. Ch. Ante-  
quam resorbeas spiritum edic uno verbo: Ubi sum ego? Sunne hic an apud mor-  
tuos? Eu. Neque apud mortuos es, neque hic. Ch. Sum salvus: mihi data est  
immortalitas: hic illam mercatus est: fefeller ingeniose patrem. Est nullus qui  
impetret facilius quicquid velit. Dic amabo, si non sum, neque hic, neque in infe-*

*Sed tamen dempsi C. 2. pedibus isset al. ap. Parenm.—10 Voc. mei deest in C.  
Duo proximi versus desunt in edd. Bipont.—11 Sed is nest B. 1. Sed in est C.  
C. 2. et Parei 3.—13 Pli. quam obtulisti. Mox, C. C. 2. et B. 1. hunc mihi.—  
14 Nunc quod B. 1. C. Nunc quid C. 2. restat et hei C. 2. B. 1. restat et ei C.—  
15 Al. ap. Parenm pectus sarret. Mox, B. 1. heret, cassat caput.—16 Eutihe.  
Ev. Euccharine B. 1.—19 C. pulchr'os.—20 Impenetrabilior B. 1. C. 2. et Lamb.*

## NOTÆ

**12 Quæ spectatrix]** Fortuna antiquis dicebatur spectatrix. Hera hominum δέσποινα. Catullus, ‘Hos-tia cœlestes pacificasset heros:’ id est, Deos. Idem, ‘Quem temere invitis suscipiatur heris.’

**14 Numquid restat]** Quod sperem.

**15 Pectus ardet]** In vehementiori-

bus animi affectibus gravius vibratur eor, et motu incalescit.

**20 Impetrabilior]** ‘Impetrabilis’ active dicitur, qui aliquid impetrare potest.

**21 Nusquam]** Id est, plusquam mortuus. Ovidius: ‘nescit an vita fruatur, An sit apud manes: sed quam

CH. Disperii ! illæc interemit me modo oratio.

Odiosa est oratio, cum rem agas, longinquom loqui.

Quicquid est, ad capita rerum perveni. EU. primum omnium

Perimus. CH. quin tu illud potius nuntias, quod nescio. 25

EU. Mulier alienata est abs te. CH. Eutyche, capital facis. [enicas.

EU. Qui ? CH. quia æqualem et sodalem civem liberum

EU. Ne Di sirint. CH. demisisti gladium in jugulum : jam cadam.

EU. Quæso, hercle, animum ne desponde. CH. nullus est, quem despondeam.

Loquere porro aliam malam rem: quoi est emta ? EU. nescio. 30

Jam addicta, atque abducta erat, cum ad portum venio. CH. vœ mihi !

Montes tu quidem mali in me ardentes jamdudum jacis.

Perge: excrucia, carnufex, quandoquidem occepisti semel.

EU. Nec tibi istuc magis dividiae est, quam mihi hodie fuit.

*ris, ubi sum? EU. Nusquam gentium. CH. Interii! ille sermo me confudit; nunc est sermo odiosus, longa oratione uti, quando de re agitur. Quicquid est, descendit ad id, quod est caput rei. EU. Ante omnia occidimus. CH. Cur non apertis tu potius id quod ignoror? EU. Mulier est abducta abs te. CH. Eutyche, committis crimen capitale. EU. Quonodo? CH. Quia enecas civem liberum tuum æqualem et sodalem. EU. Dii ne patientur. CH. Infixisti ensem in jugulum: corruam mox. EU. Rogo per Herculem, ne despondeas animo. CH. Mihi nullus est, quo despondeam. Dic porro aliud infortnum; cui est vendita? EU. Nescio: erat jam addicta pretio, et abducta quando periret ad portum. CH. Vœ mihi! profecto tu contorques jampridem montes igneos mali in me: prosequere, macta, carnifex, quandoquidem incepisti semel. EU. Tibi non est istud majori dolori,*

\*\*\*\*\*

*virit al. ap. Pareum.—23 Odiosa ne oratio B. 1. Odio sane oratio C. 2. Hodie sat oratio C. cum rem areas Acidal. longinquum longinquo B. 1.—24 Evidem ad capita B. 1. omnium deest in eodem codice.—26 Eutyche hec capital facis C.—28 Ne dixeris B. 1. Ne desierint C. in gulam B. 1.—30 B. 1. alium rem mala; al. aliam rem, malum!—31 Jam abducta B. 1.—33 C. et C. 2. carnifexa.—*

#### NOTÆ

non invenit usquam, Esse punit nusquam.' Statins, 'Nusquam capita ardua belli;' id est, interiore duces. Propertius, 'Dilapsis nusquam est Amphiaraus equis.'

31 *Jam addicta, atque abducta erat]* Pasiconpsa videlicet, quæ addicta fuerat Lysimacho, et ab eo abducta. 'Addictus' et 'abductus' duo verba sunt auctionis.

CH. Dic, quis emit? EU. nescio hercle. CH. hem! istuc  
cine est operam dare 35  
Bonum sodalem? EU. quid me facere vis? CH. idem,  
quod me vides,  
Ut pereas: quin percontatu's, hominis quæ facies foret,  
Qui illam emisset, eo si pacto posset indagarier  
Mulier? EU. heu me miserum! CH. flere omitte, istuc  
quod nunc agis.  
EU. Quid ego feci? CH. perdidisti me et fidem mecum  
tuam. 40  
EU. Di sciunt, culpam meam istanc non esse ullam. CH.  
euge, papæ!  
Deos absentes testes memoras: qui ego istuc credam tibi?  
EU. Quin tibi in manu est, quod credas: ego quod dicam,  
id mihi mea in manu est.  
CH. De istac re argutus es, ut par pari respondeas:  
Ad mandata claudus, cæcus, mutus, mancus, debilis. 45  
Promittebas te os sublinere meo patri: egomet credidi  
Homini docto rem mandare; is lapidi mando maxumo.  
EU. Quid ego facerem? CH. quid tu faceres? men' rogas?  
requireres,

*quam mihi fuit hadie.* CH. *Dic, quis emit?* EU. *Nescio per Herculem.* CH. *Hem!* *Istud est adjurare bonum sodalem?* EU. *Quid vis me facere?* CH. *Idem,* *quod me vides facere, ut pereas:* *qui interrogasti, quis vultus foret hominis, qui illam emisset, si posset queri mulier hoc modo?* EU. *Heu me miserum!* CH. *Omitte flere, istud quod nunc facis.* EU. *Quid ego egi?* CH. *Me perdidisti et tuam fidem mecum.* EU. *Dii norunt, meam non esse culpam.* CH. *Euge papæ!* *appellas Deos testes, qui sunt absentes:* *quomodo ego tibi fidem habeam in istis?* EU. *Quin tibi est in tua potestate mihi fidem habere;* *in misericordia potestate est id quod dico.* CH. *Es acutus in istis, ut remetiaris responsu respondere;* *sed es claudus ad ea quæ demandantur, cæcus, mutus, mancus, debilis:* *pollicebaris futurum ut circumvenires meum patrem.* Egomet existimari commendare rem acuto viro: commendabo eam lapidi obtuso. EU. *Quid ego moliver?* CH. *Quid tu molircris?* Mene



35 B. 1. *istuc west operam.*—36 Idem *codex me ris.*—37 C. *percunctatus;* C. 2. *percuntatus.* Mox, PH. *qua pacies.*—38 B. 1. *indagari.*—39 B. 1. C. et C. 2. *fici omittit.*—41 Al. ap. Pareum *istic nou.* Mox, B. 1. CH. *Entyche, omisso papæ;* PH. *Eugepæ.*—43 *Quia tibi PH. et B. 1. ea in manu est B. 1.*—46 C. et Parei 3. *sublinire;* C. 2. *sublimere.*—47 B. 1. *mandas lypudi maxumo.*—48 B.

## NOTÆ

39 *Istuc quod nunc agis]* Supp. age, 47 *Lapidi marumo]* Id est, stolido  
ut sis miser. homini et obtuso.

Rogitares, quis esset, aut unde esset, qua prosapia;  
Civisne esset, an peregrinus. Eu. civem esse aiebant Atticu-  
tum. 50

Ch. Ubi habitaret, invenires saltem, si nomen nequis.

Eu. Nemo aiebat scire. Ch. at saltem hominis faciem  
exquireres. [tibi :

Eu. Feci. Ch. qua forma esse aiebant? Eu. ego dicam  
Canum, varum, ventriosum, bucculentum, breviculum,

Subnigris oculis, oblongis malis, pansam aliquantulum. 55

Ch. Non hominem mihi, sed thesaurum, nescio quem,  
memoras mali. [sciam.

Numquid est, quod dicas aliud de illo? Eu. tantum, quod  
Ch. Edepol næ ille oblongis malis dedit mihi magnum ma-  
lum.

Non possum durare, certum est exultatum hinc ire me.

Sed quam capiam civitatem, cogito potissimum : 60  
Megara, Eretriam, Corinthum, Chalcidem, Cretam, Cyprum,  
Sicyonem, Gnidum, Zacynthum, Lesbiam, Bœotiam.

Eu. Cur istuc coepitas consilium? Ch. quia enim me af-  
flictat amor. [neris ?

Eu. Quid tu ais? quid, cum illuc, quo nunc ire paritas, ve-

*interrogas? Per vestigares, interrogares, quis esset, aut unde esset, quo genere, civisne esset, an inquinus. Eu. Dixerunt se esse civem Atticum. Ch. Reperires saltem, ubi maneret, si non posses recordari nominis. Eu. Nemo dicebat se scire. Ch. At peteres saltem, quā vultus esset homini. Eu. Petivi. Ch. Quā forma dicebant esse? Eu. Ego tibi commemorabo: canum, varum, ventriosum, buccu-  
lentum, breviculum, oculis subnigris, genis pendentibus, pandumi aliquantulum. Ch. Mihi narras non hominem, sed nescio quem cumulum deformitatis. Numquid est aliud, quod dicas de illo? Eu. Scio tantum hoc. Ch. Per adem Pollucis ille mihi attulit magnum malum, malis oblongis. Nequeo durare: constitutum est me proficisci in exilium; sed quam civitatem capiam potissimum recogito: Megara, Eretriam, Corinthum, Chalcidem, Cretam, Cyprum, Sicyonem, Gnidum, Zacynthum, Lesbiam, Bœotiam. Eu. Quare istud statuis? Ch. Quia videlicet amor me urget. Eu. Quid ais tu? Quid facies, quando veneris illuc quo nunc paras ire?*

1. *quid faceres.* Mox, C. requereret.—51 B. 1. *nequires.*—53 Parei 3. *aiebat ergo?* Eu. *ego, &c.* contra codd.—55 Parei 3. *pansum;* C. 2. *pansuali quantulum.*—56 C. *thensaurum.*—61 Megare, Feretriam B. 1.—62 *Hiacynthum* B. 1.—

#### NOTÆ

61 *Megara*] Urbs Achaiæ, Eretria Thessaliam, Chalcis Eubœa.

62 *Sicyonem*] Sicyonia in Peloponneso, Gnidus Doridis in Asia, Zacynthus urbs et insula maris Ioni, Lesbos urbs et insula maris Ægei, hodie Mitylene; Bœotia regio contra Eubœam intermedio Euripo.

Si ibi amare forte occipias, atque item ejus sit inopia, 65  
 Jam inde porro aufugies? deinde item illinc, si item evenerit;

Quis modus tibi exilio tandem eveniet? qui finis fugæ?  
 Quæ patria aut domus tibi stabilis esse poterit? dic mihi.  
 Cedo, si hac urbe abis, amorem te hic relicturum putas?  
 Si id forte ita sat animo acceptum est: id pro certo si habes,

70

Quanto te satiu'st rus aliquo abire, ibi esse, ibi vivere,  
 Adeo dum illius te cupiditas atque amor missum facit!  
**Ch.** Jam dixisti? **Eu.** dixi. **Ch.** frustra dixti: hoc mihi certissimum est.

Eo domum, patrem atque matrem ut meos salutem: postea Clam patrem patria hac effugiam, aut aliquid capiam consilii.

75

**Eu.** Ut corripuit se repente, atque abiit! heu misero mihi!  
 Si ille abierit, mea factum omnes dicent esse ignavia.  
 Certum est præconum jubere jam quantum est conducier,  
 Qui illam investigent, qui inveniant: post ad prætorem illico

Ibo, orabo, ut conqueritores det mihi in vicis omnibus: 80  
 Nam mihi nihil relicti quicquam aliud jam esse intellego.

*Si forte incipias amare ibi, atque item non adsit quod ames, jam inde aufugies longius? Deinde item illinc, si item contigerit: tandem quis modus erit tibi excludandi? Qui finis fugiendi? Quæ natio, aut quæ domus tibi poterit esse fixa? Dic mihi; si ex hac urbe excedis, existimans amorem te relicturum? si forsitan id tum infixum est in animo: si habes id pro certo, quanto melius est te proficisci aliquo rus, ibi esse, ibi virere, usque eo dum cupiditas illius, et amor dimitatur? Ch. Jam dixisti? Eu. Dixi. Ch. Incassum dixisti: hoc mihi est constitutum. Eo domum ut salutem meum patrem et meam matrem: postea proficiscar ex hac gente insciis patre et matre, aut capiam aliquid consilii. Eu. Ut se proripiuit subito, atque ceasit! heu mihi misero! Si ille prefectus sit, omnes dicent esse factum mea culpa. Certum est conducere nunc omnes præcones, ut illam quarant, atque reperiant. Postea ibo illico ad prætorem; rogabo, ut mihi det conqueritores in omnibus vicis: nam video nunc mihi superesse nihil quicquam aliud.*

65 C. fort. — 70 Si id fore ita sit C. Si id fore ita sat al. ap. Parenm. certum id pro certo B. 1. et C. — 71 B. 1. sicut est. — 75 Clam patre B. 1. — 77 Voc. factum deest in codem codice. — 78 Jan. Guliel. præconium.

## NOTÆ

78 Præconum quantum est] Id est, indicii εὑρετορ, 'indictum,' 'nunti quotient' sunt præcones. Pretium um, 'evangelium' dicebatur.

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

DORIPPA, SYRA.

Do. QUONIAM a viro ad me rus advenit nuntius,  
 Rus non iturum, feci ego ingenium meum,  
 Reveni, ut illum persequar qui me fugit.

Sed anum non video consequi nostram Syram,

Atque, eccam, incedit tandem : quin is ocyus? 5

Sy. Nequeo mecastor, tantum hoc oneris est, quod fero.

Do. Quid oneris? Sy. annos octoginta et quatuor :  
 Et eodem accedit servitus, sudor, sitis :

Simul hæc, quæ porto, deprimunt. Do. aliquid cedo,

Qui hanc vicini nostri aram augeam, Syra. 10

Sy. Da sane hanc virgam lauri. Do. abi jam tu intro.  
 Sy. co.

Do. Apollo, quæso te, ut des pacem propitius ;  
 Salutem et sanitatem nostræ familiæ,  
 Meoque ut parcas gnato pace propitius.

Sy. Disperii, perii misera, vœ miseræ mihi ! 15

Do. Satin' tu sana es, obsecro ? quid ejulas ?

Sy. Dorippa mea, Dorippa ! Do. quid clamas, obsecro ?

Sy. Nescio quæ est mulier intus hic in ædibus.

Do. Quandoquidem nuntius allatus est ad me rus a viro, non venturum rus, ego morem gessi animo meo, reversa sum, ut illum consequar, qui me declinat. Sed non conspicio anum nostram Syram nos sequi. At ecce tandem venit. Quin incedis celerius? Sy. Non possum per Castorem, adeo magnum est onus quod gero. Do. Quod onus? Sy. Annos octoginta et quatuor : quo accedit servitus, sudor, sitis : simul hæc quæ gero obruunt. Do. Cedo aliquid, Syra, quod imponam huic aræ vicini nostri. Sy. Da hunc ramum lauri. Do. Abi ingredere tu. Sy. Eo. Do. Apollo, rogo te, ut impertias pacem favens, salutem et sanitatem nostræ familiæ ; et ut parcas meo filio pace placatus. Sy. Interii, occidi infelix ! Vœ mihi infeliçi ! Do. Esne tu satis sana, amabo ? Quid clamas? Sy. Dorippa mea, Dorippa. Do. Quid vociferaris, amabo ? Sy. Nescio quæ mulier est in ædibus.

\*\*\*\*\*

5 Atque incedit eccam B. 1. otius Pll.—7 C. 2. quattuor.—10 C. et B. 1. au-  
 geram. Mox, Syra deest in B. 1.—11 Particula jam deest in C. et B. 1.—  
 15 Dispersi C.—17 Pro quid clamas, quod servant B. 1. C. 2. Ven. 1. et edd.  
 vett. quod volebas legitur in C.—18 C. 2. et Parei 3. mulier quæ est ; C. qua

## NOTÆ

12 Apollo] Προστατήριος, vel ἀγνι- idque extra limen, versa in vicum  
 εύς id est, qui stabat ante limen, facie.

Do. Quid? mulier? Sy. mulier meretrix. Do. veron' serio?

Sy. Nimirum scis sapere, ruri quæ non manseris: 20

Quamvis insipiens poterat persentiscere

Illam esse amicam tui viri bellissimi.

Do. Credo mecastor. Sy. i hac mecum, ut videas simul  
Tuam Alcumenam pellicem, Juno mea.

Do. Ecastor vero! istuc eo, quantum potest. 25

*Do. Quid? mulier? Sy. Mulier meretrix. Do. Verene et serio? Sy. Tu nimirum sapis, quæ non morata sis ruri: quantumvis insipiens poterat animadvertere illam esse amicam tui viri lepidissimi. Do. Credo per Castorem. Sy. Veni hac mecum, ut conspicias mecum tuam pellicem Alcmenam, mea Juno. Do. Per aëdem Castoris! eo istuc, quam velocissime possum.*

-----

*est mulier.—19 Acidal. Do. veron'. Sy. serio: Nimirum, &c.—21 Quam insipiens B. 1.—23 Credo me castor B. 1. ci hac C. semul idem codex.—24 Alcmenam B. 1. pellicem C.*

#### NOTÆ

*24 Tuam Alcumenam pellicem] Id ut Alcmena fuit Junonis.  
est, Pasicompsam Dorippæ pellicem,*

### ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

LYSIMACHUS.

PARUMNE est malæ rei, quod amat Demipho,  
Ni sumtuosus insuper etiam siet?  
Decem vocasset si ad cœnam summos viros,  
Nimirum opsonavit: sed cocos, quasi in mari  
Solet hortator remiges hortarier, 5  
Ita hortabatur: egomet conduxi cocom:

*Lv. Est malum mediocre, quod Demipho amat, nisi præterea etiam sit profusus? Si invitasset decem nobiles viros ad cœnam, plus esset opsoniorum quam par est. Sed urget coquos, ut hortator solet urgere remiges in mari. Egomet conduxi*

-----

<sup>1</sup> Parei 3. hoc male, contra codd.—3 C. C. 2. B. 1. Ven. 1. si ad cœnam vocasset.—4 B. 1. sed quocos.—5 Solet olim hortator Parei 3. contra codd. hosta-

#### NOTÆ

*5 Hortator] Κελευστής.*

Sed eum demiror non venire, ut jusseram.  
Sed qui hinc nam a nobis exit? aperitur foris.

*coquum; at miror eum non venire ut mandaveram: sed quis exit e nostris aedibus?*  
*Limen reseratur.*

*tor C. 2. horitator al. ex Diomede.—6 C. et C. 2. coquam.—8 Sed quinam hinc  
B. 1.*

## ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

DORIPPA, LYSIMACHUS.

Do. MISERIOR mulier me nec fiet, nec fuit,  
Tali viro quæ nupserim: heu miseræ mihi!  
Hem! quoi te, et tu quæ habeas, commendas viro!  
Hem! quoi decem talenta dotis detuli,  
Hæc ut viderem, ut ferrem has contumelias!

5

LY. Perii hercle! rure jam rediit uxor mea:  
Vidisse eam credo mulierem in aedibus.  
Sed quæ loquatur, exaudire hinc non queo:  
Accedam propius. Do. væ miseræ mihi! LY. immo mihi.  
Do. Disperii! LY. ego quidem hercle oppido perii mis-  
ser!

10

Vidit: ut omnes te, Demipho, Di perduint!  
Do. Pol hoc est, ire quod rus meus vir noluit.  
LY. Quid nunc ego faciam, nisi ut adeam atque alloquar?  
Jubet salvere suus vir uxorem suam.

Do. Neque extitit, nec existet mulier infelior me, quia collocata sum ejusmodi  
marito; heu mihi infeli! Eu vir cui te et tua commisisti! En ad quem attuli do-  
tem decem talentorum, ut essem horum testis, ut afficeret his probris! LY. In-  
terri sane: mea conjux jam reversa est rure. Arbitror eam vidisse illam mulierem  
domi. Sed neque percipere hinc quæ fabulatur: accedam propius. Do. Væ mihi  
infeli! LY. Immo mihi. Do. Occidi. LY. Evidem funditus sum perditus  
infelix: Dorippa vidit PasicompSAM: omnes Dii te perdant, Demipho! Do.  
Profecto idcirco meus vir notuit proficiendi rus. LY. Quid agam ego nunc hic,  
nisi ut accedam, atque alloquar? Suus maritus optat salvere suam uxorem: urbuni

1 B. 1. me ne fuit.—3 Hem! quoi te, et tua, quæ tu habeas Pl. et Parei 3.—  
4 Hem qui B. 1.—5 Hæc ut B. 1.—7 Vidisse credo, omissio τῷ eam, B. 1. C. et  
C. 2.—8 Pl. non quo; B. 1. nequeo.—10 LY. equidem hercle.—11 Ut Dii te

### NOTÆ

14 *Jubet salvere suus vir uxorem suam]* Formula salutationis antiquæ.

- Urbani fiunt rustici. Do. pudicius 15  
 Faciunt illi, quam qui non fiunt rustici.  
**L<sup>y</sup>.** Num quid delinquunt rustici? Do. ecastor, minus  
 Quam urbani, et multo minus mali querunt sibi.  
**L<sup>y</sup>.** Quid autem urbani deliquerunt? dic mihi.  
**D<sup>o</sup>.** Quoja illa mulier intus est? **L<sup>y</sup>.** vidistine eam? 20  
**D<sup>o</sup>.** Vidi. **L<sup>y</sup>.** quoja ea sit, rogitas? **D<sup>o</sup>.** resciscam  
 tamen:  
 Cupio hercle scire: sed tu me tentas sciens.  
**L<sup>y</sup>.** Vin' dicam quoja est? illa, illa: edepol! væ mihi!  
 Nescio quid dicam. **D<sup>o</sup>.** hæres? **L<sup>y</sup>.** haud vidi magis.  
**D<sup>o</sup>.** Quin dicis? **L<sup>y</sup>.** quin, si liceat. **D<sup>o</sup>.** dictum oportuit. 25  
**L<sup>y</sup>.** Non possum, ita instas: urges quasi pro noxio.  
**D<sup>o</sup>.** Scio, innoxius. **L<sup>y</sup>.** audacter quamvis dicio.  
**D<sup>o</sup>.** Dic igitur. **L<sup>y</sup>.** ego dicam. **D<sup>o</sup>.** atqui dicendum  
 est tamen.  
**L<sup>y</sup>.** Illa est: num etiam vis nomen dicam? **D<sup>o</sup>.** nihil agis.  
 Manifesto teneo; in noxia es. **L<sup>y</sup>.** qua noxia? 30  
 Ista quidem illa est. **D<sup>o</sup>.** qua illa est? **L<sup>y</sup>.** illa. **D<sup>o</sup>.** iohia!  
 evadunt rustici. **D<sup>o</sup>.** Illi agunt magis pudice, quam qui non fiunt rustici. **L<sup>y</sup>.**  
 Nonne peccant rustici? **D<sup>o</sup>.** Projecto, peccant minus quam urbani, et sibi accersunt  
 multo minus mali. **L<sup>y</sup>.** Quid vero urbani peccaverunt? dic mihi. **D<sup>o</sup>.** Cuju  
 est illa mulier, que est in cedibus? **L<sup>y</sup>.** Vidistine eam? **D<sup>o</sup>.** Vidi. **L<sup>y</sup>.**  
 Petisne, cuja sit ea mulier? **D<sup>o</sup>.** Discam tamen: per Herculem exopto scire:  
 sed tu me tentas gnarus veritatis. **L<sup>y</sup>.** Visne dicam cujus est? illa, illa per ædem  
 Pollucis! væ mihi, ignoro quid loquar. **D<sup>o</sup>.** Hæsitas? **L<sup>y</sup>.** Non vidi magis hæ-  
 sitare. **D<sup>o</sup>.** Quare non dicis? **L<sup>y</sup>.** Quare? non licet. **D<sup>o</sup>.** Oporteret te jam  
 dixisse. **L<sup>y</sup>.** Nequeo adeo; urges, premis veluti noxiun. **D<sup>o</sup>.** Scio, tu inno-  
 cens es. **L<sup>y</sup>.** Eloquere tametsi feceris audacter. **D<sup>o</sup>.** Dic ergo. **L<sup>y</sup>.** Ego  
 dicam. **D<sup>o</sup>.** Atqui tandem dicendum est. **L<sup>y</sup>.** Illa est. Jubesne etiam me dice-  
 re nomen? **D<sup>o</sup>.** Nihil assequeris; captus es manifeste; es in culpa. **L<sup>y</sup>.** Qua  
 culpa? ista quidem est illa. **D<sup>o</sup>.** Quæ est illa? **L<sup>y</sup>.** Illa. **D<sup>o</sup>.** Io, ea. **L<sup>y</sup>.**
- 

omnes Demipho dispuunt B. 1. ut omnes te perdunt C.—16 B. 1. quam illi.—  
 18 B. 1. delinquunt et multo. Pro mali, al. malum.—20 Quia Pll. Cuja al.—  
 21 B. 1. cuja ea sit cogitas.—23 C. cui est illa; C. 2. ejus est illa.—26 B. 1.  
 noria.—27 Pll. quodvis dicio; B. 1. quid vis dicio.—28 Pronomen ego deest  
 in B. 1.—29 Illa sicut etiam B. 1. Illa sunt etiam C. et C. 2. nihil magis B. 1.  
 —31 Pro iohia! Douz. legit io, alla! B. 1. et Parei 3. io illa; al. johia illa.—

## NOTÆ

15 *Urbani fiunt rustici*] Dorippa rippa, ex quo abiit rus, est facta rus-  
 non resalutaverat maritum. Hie no-  
 tat ejus inurbanitatem: id est, Do. 31 *Iohia*] Alii, io, ea. Forsitan ve-

**Ly.** Jam si nihil usus esset, jam non dicerem.

**Do.** Non tu scis, quæ sit illa? **Ly.** immo etiam scio:

De istac sum judex captus. **Do.** judex? jam scio:

Hac tu in consilium istam advocavisti tibi. 35

**Ly.** Immo sic sequestro mihi data est. **Do.** intellego.

**Ly.** Nihil hercle istius quicquam est. **Do.** numero purgatas.

**Ly.** Nimium negotii reperi: enimvero hæreo.

*Si non esset opus jam non dicerem. Do. Tu ignoras quæ sit illa? Ly. Immo sane scio: delectus sum de ista arbiter. Do. Arbiter? jam teuo: tu advocasti hanc ut eam consuleres. Ly. Immo illa deposita est apud me, ut apud sequestrum. Do. Audio. Ly. Per Herculem nihil horum quæ dixi est verum. Do. Tu te purgas citius. Ly. Incidi in negotium nimis magnum. Profecto quid dicam nescio.*

33 B. 1. *immo jam scio*.—34 Edd. quædam vett. *captus? jam scio*.—36 *Immo sequestro* edd. quædam vett. *datast* B. 1.—37 B. 1. *purgas*.

#### NOTÆ

tus est fœmininum ab *is*, *ia*, *id*; ut rem de qua controversia est depo-  
est jam, *is*, *ea*, *id*. nunt, a sequendo dictum: *sequestro*

35 *Hac tu in consilium istam advo-  
cavisti*] Irridet maritum suum Dorip- possum dicebatur adverbialiter.  
pa. 37 *Numero purgatas*] A point nom-  
me.

36 *Sic sequestro mihi data est*] Se- 38 *Enimvero hæreo*] Je ne suis où  
quester dicitur apud quem plures j'en suis.

## ACTUS QUARTI SCENA QUARTA.

COCUS, LYSIMACHUS, DORIPPA, SYRA.

**Co.** AGITE: ite actutum: nam mihi amatori seni  
Coquenda 'st coena: atque equidem cum recogito,  
Nobis coquenda est, non quoi conducti sumus.  
Nam qui amat, quod amat, si id habet, id habet pro cibo;  
Videre, amplecti, osculari, alloqui. 5

*Co. Agite, ite velociter: nam oportet me coquere cœnam pro sene amatore: ve-  
rum, ut puto, coquam pro nobis, non pro eo pro quo sumus conducti. Nam qui amat,  
si adest id quod amat, id illi est pro esca; conspicari, complecti, deosculari, colloqui.*

2 Voc. *equidem* deest in C. C. 2. B. 1. Ven. 1. Mox, *cum cogito* B. 1. *eum regito* C. 2.—3 B. 1. C. C. 2. *non ducti sumus*.—4 B. 1. *si habet, id habet*.—

Sed nos confido onustos reddituros domum.

Ite hac : sed ecum, qui nos conduxit, senex.

**LY.** Ecce autem, perii ! cocus adest. **Co.** advenimus.

**LY.** Abi. **Co.** quid ? abeam ? **LY.** st, abi. **Co.** abeamne ? **LY.** abi.

**Co.** Non estis coenaturi ? **LY.** jam saturi sumus. 10

Sed interii ! **Do.** quid ais tu ? etiamne haec illi tibi

Jusserunt ferri, quos inter judex datus ?

**Co.** Haecce tua est amica, quam dudum mihi

Te amare dixti, cum opsonabas ? **LY.** non taces ?

**Co.** Satis scitum filum mulieris ! virum hercle avet. 15

**LY.** Abin' dierectus ? **Co.** haud mala est. **LY.** at tu malus. [abis ?

**Co.** Scitam hercle opinor satis concubinam hanc. **LY.** non Non ego sum, qui te dudum conduxi. **Co.** quid est ?

Immo hercle tu istuc ipsus. **LY.** vae misero mihi !

**Co.** Nempe uxor ruri est tua, quam dudum dixeras 20

Te odisse æque atque anguis. **LY.** egon' istuc dixi tibi ?

**Co.** Mihi quidem hercle. **LY.** ita me amabit Juppiter, Uxor, ut ego illud nunquam dixi. **Do.** etiam negas ?

*Idcirco spero nos reversuros domum onustos eduliis. Ite hac : sed adest senex, qui nos conduxit. LY. Ecce autem, occidi ! adest coquus. Co. Adsumus. LY. Abi. Co. Quid ? abibo ? LY. Sile ; et abi. Co. Abibone ? LY. abi. Co. Non es-tis coenaturi ? LY. Sumus jam prunsi ; sed occidi ! Do. Quid dicens ? illi inter quos constitutus es arbiter mandareruntne etiam hacc ad te deferri ? Co. Estne illa tua amica, quam mihi dixisti modo te amare, quando curabas parari opso-nia ? LY. Non siles ? Co. Lince vultus hujus mulieris non sunt inclegantes; profecto desiderat virum. LY. Abi, fureifer. Co. Non ita deformis est. LY. At tu nequam. Co. Per Herculem crediderim hanc concubinam esse satis egre-giam. LY. Non abis ? non ego sum, qui te modo conduxi. Co. Quid est ? immo-sane tu ipse. LY. Vae mihi inflici ! Co. Nimurum tua uxor est ruri, quam di-cebas olim teaversari perinde atque serpentem. LY. Tibine ego dixi istud ? Co. Mihi dixisti per Herculem. LY. Ita me amet Jupiter, uxor, ut ego nunquam*

\*\*\*\*\*

5 Parei 3. oscularier ; C. auscultare ; C. 2. ausculari.—7 Eite hac PII.—9 Abci C. et C. 2. Abii C. a m. sec.—11 'St interii Acidal.—12 C. interii judex.—14 PII. dixisti.—15 PII. filium. B. 1. verum hercle aut haud.—16 Abi indi-rectus B. 1. malust idem codex.—17 B. 1. opinor sane.—20 C. rur' est ; C. 2. B. 1. rus est.—21 Particula atque deost in C. anguis B. 1. et Parei 3. anguis

#### NOTÆ

15 *Satis scitum filum mulieris]* Id similitudoque. Lucretius, ‘ Esse pari est, lineæ vultus quibus constat pul- filo similique effecta figura.’ chritudo. Constat et similitudo dis-

Co. Non te odisse aiebat, uxorem verum suam.  
 Do. Palam istaec fiunt, te me odisse. LY. quin nego. 25  
 Co. Et uxorem suam ruri esse aiebat. LY. hæc ea est.  
 Quid mihi molestus? Co. quia me non novisse ais.  
 Ni metuis tu istanc? LY. sapio: nam mihi unica est.  
 Co. Vin' me experiri? LY. nolo. Co. mercedem cedo.  
 LY. Cras petito; dabitur: nunc abi. Do. heu miseræ  
     mihi! 30  
 LY. Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus:  
 Aliquid mali esse propter vicinum malum.  
 Co. Cur hic astamus? quin abimus? incommodi  
 Si quid tibi evenit, id non est culpa mea.  
 LY. Quin me eradicas miserum. Co. scio jam, quid  
     velis. 35  
 Nempe hinc me abire vis. LY. volo, inquam. Co. abi-  
     bitur,  
 Drachmam dato. LY. dabitur. Co. dari ergo sis jube:  
 Dari potest, interea dum illi ponunt. LY. quin abis?  
 Potin' ut molestus ne sis? Co. agite, apponite  
 Opsonium istuc ante pedes illi seni. 40  
 Hæc vasa aut mox aut cras jubebo abs te peti:  
 Sequimini. LY. fortasse te illum mirari cocom,

*dixi id.* Do. Adhuc negas? Co. Dicebat te non aversari, sed suam uxorem.  
 Do. Illud patet, te me odisse. LY. Quin infieror. Co. Et dicebat suam uxorem  
 esse ruri. LY. Hæc est ea: quare mihi molestius es? Co. Quia dicas me a te non  
 cognosci: nisi tu times istam? LY. Sapio; nam mihi est una. Co. Visne me  
 tecum judicio contendere? LY. Nolo. Co. Da mercedem. LY. Rogabis cras;  
 pendetur: nunc abi. Do. Heu mihi infelici! LY. Ego jam intelligo illud vetus  
 verbum esse verum, semper aliquid mali esse juxta malum vicinum. Co. Quare  
 astamus hic? Cur non discedimus hinc? Si quid tibi accidit acerbi, non accidit  
 mea culpa. LY. Immo vero tu me funditus perdis infelicem. Co. Intelligo jam  
 quid velis: nimirum vis me demigrare hinc. LY. Volo, inquam. Co. Abibo: da  
 drachmam. LY. Dabitur. Co. Igitur, si placet, manda dari, interca dum illi  
 ponunt opsonium. LY. Quin abis? Potesne a te impetrare ut non sis importu-  
 nus? Co. Agite, apponite illud opsonium ante pedes illius senis: mandabo cras,  
 aut modo abs te peti hac vasa: sequimini. LY. Miraris forsitan illum coquum re-



C. et C. 2.—24 Non non te C.—27 B. 1. molestus es.—29 Pll. volo. Mox, B. 1.  
 mercedem dato.—30 Al. ap. Pareum, misero.—34 B. 1. eveniet. Mox, id deest  
 in edd. quibusdam vett.—35 Quin m' eradicus Pll.—36 C. adibitur.—39 Parei

## NOTÆ

29 *Vin' me experiri]* Experiri mercenarium, id est, ejus opera uti.

Quod venit, atque hæc attulit: dicam quid est.

Do. Non miror, si quid damni facis, aut flagitii.

Nec pol ego patiar, sic me nuptam tam male, 45

Measque in ædes sic scorta obductarier.

Syra, i, rogato meum patrem verbis meis,

Ut veniat ad me jam simul tecum. Sy. co.

Ly. Nescis negotii quid sit, uxor: obsecro!

Conceptis verbis jam jusjurandum dabo, 50

Me nunquam quicquam cum illa: jamne abiit Syra?

Perii hercle! ecce autem hæc abiit: vœ misero mihi!

At te, vicine, Di Deæque perduint,

Tua cum amica, eumque amationibus.

Suspitione implevit me indignissime: 55

Concivit hostes: domi uxor est acerruma.

Ibo ad forum, atque Demiphoni hæc eloquar,

Me istanc capillo protracturum esse in viam,

Nisi hinc abducit, quo volt, ex hisce ædibus.

Uxor! heus uxor! quanquam tu irata es mihi, 60

Jubeas, si sapias, hæc intro hinc auferrier:

Eadem licebit mox œnare rectius.

nisse et attulisse hæc: aperiam quid sit. Do. Non miror, si pateris aliquid detrimenti, aut committis aliquid scelus: neque per Pollucem ego feram me sic nuptam tam male, sicutque induci scorta in meas ædes. Syra, i, roga meum patrem meis verbis, ut veniat aul me nunc una tecum. Sy. Eo. Ly. Nescis quid sit rei, uxor: obtestor. Interponam jam jusjurandum conceptis verbis, me nunquam commisisse quicquam cum illa: Syra jamne abiit? Occidi per Herculem; ecce autem Dorippa sese hinc proripit: vœ mihi misero! At te, vicine, Dii Deæque perdant, cum tua amica, eumque amoribus. Me objicit suspitione indignissimæ; concitavit hostes; uxor est irata domi: ibo ad forum, atque edicam hæc Demiphoni, me rapturum esse istanc capillis in viam, nisi abducit hunc ex hisce ædibus, quo velit. Uxor, heus uxor! quanquam tu es irata mihi, manda, si sapiis, auferri hæc hinc in ædes: canabimus modo lautius iis.

3. opponite.—42 Edd. quædam vett. istum.—47 Syra ci C. meis verbis B. 1. verbis meis eo C.—48 Pll. semul. Parei 3. tecum huc, contra codd. eo deest hic in C.—52 B. 1. uhe misero mihi.—54 Cum tua B. 1.—55 Suspicionibus C. Suspicionum al. ap. Pareum.—56 B. 1. hostis domi uxor acerrimast.—57 Idem codex, atque hæc D. eloquar.—58 Me istuc c. protracturum C.—59 Nisi h. adduxit edd. quædam vett.—60 Heus, uxor, uxor al. ap. Parenm.—61 C. si sapeas. Mox, hinc deest in B. 1.

#### NOTE

46 *Scorta obductarier*] Id est, in omnium conspectu dominum ducere, et addicta sibi habere.

55 *Suspitione impletivit*] Me suspectum libidinis uxori fecit.  
62 *Eadem*] Id est, idcirco.

## ACTUS QUARTI SCENA QUINTA.

SYRA, EUTYCHUS.

SY. HERA quo me misit ad patrem, non est domi:  
Rus abiisse aiebant: nunc demum renuntio.

EU. Defessus sum urbem totam perveniarier,  
Nihil investigo quicquam de illa muliere.

Sed mater rure rediit; nam video Syram

5

Astare ante ædes: Syra. SY. quis est qui me vocat?

EU. Herus atque alumnus tuus sum. SY. salve, alumne.

EU. Jam mater rure rediit? responde mihi.

SY. Sua quidem salute ac familiæ maxuma.

EU. Quid istuc negotii est? SY. tuus pater bellissimus 10  
Amicam adduxit intro in ædes. EU. quomodo?

SY. Adveniens mater rure eam offendit domi.

EU. Pol haud censebam istarum esse operarum patrem.

Etiam nunc mulier intu'st? SY. etiam. EU. sequere me.

*Hisce vett. Editiones continuo ista attexunt:*

Quid? Peristratam hic Demiphonis contuor?

15

SY. Meæ heræ pater, ad quem hera me misit, non est domi. Dicebant profectum esse rus: nunc demum revertor ut renuntiem. EU. Sum defatigatus in perlustranda tota urbe: nihil audio de hac muliere. Sed mater reversa est rure; nam cerno Syram astanten ante ædes. Heus, Syra. SY. Quis me nominat? EU. Sum tuus herus atque alumnus. SY. Salve, alumne. EU. Mater reversa est rure? dic mihi. SY. Reversa est ad salutem suam maximam et familiæ. EU. Quæ est ea res? SY. Tuus pater festivissimus induxit amicam in ædes. EU. Quo pacto? SY. Mater reversa rure eam reperit domi. EU. Per Pollucem non existimabam patrem esse obnoxium istis rebus. Mulier estne etiamnum domi? SY. Est. EU. Sequere me. Quid? conspicio hic Peristratam uxorem Demiphonis? gradus pro-

\*\*\*\*\*

1 Hera quam C. Hera quæ al. ap. Parenm; Hera quem al. ibid.—2 PH. ab. isse.—3 Defessum C. perveniatier al. ap. Pareum.—4 Nihil invenisti ergo quicquam C.—7 Parei 3. alumnus mi, contra codd.—9 Cum quidem C. C. 2. B. 1. Ven. 1. alia vett. a familia B. 1. C. et C. 2. ex familia al.—15 Hic et duo sequentes versus desunt in B. 1. C. et C. 2. item Scenæ duæ sequentes.

## NOTÆ

7 Alumnus] Hic passive sumitur rarum patrem] Id est, amori operam aluminis: nonnunquam sumitur et dare: Je ne pensois pas que mon père active.

13 Haud censebam istarum esse ope-

Gradus grandit; emittit oculos, circumfert se, obstipat ver-  
ticem. [quæritat.

Asservabo hinc rerum quid gerat: magnum est, quicquid  
ducit; oculos circumfert; juctat caput: speculabor ex hoc loco, quid negotii mo-  
liatur: quicquid querit est magnum.

*Quam Scenam statim excipiunt duæ aliae.*

---

## S U P P O S I T A.

PERISTRATA, SYRA, LYCISSA.

PE. DIVA Astarte hominum Deorumque vis, vita salus: rursus  
eadem quæ est

Pernicies, mors, interitus, mare, tellus, cœlum, sidera. [perant;  
Jovis quæcumque templa colimus, ejus ducuntur nutu, illi obtem-  
Eam spectant: quod illi displaceat, facile excludunt ceteri.

Quicquid complacitum, id sequontur, quæ vivont omnia, atque  
sentiunt. 5

Alios enicat, extinguit; alias suo lacte foveat, atque erigit: sed  
quos enicat,

Hi vivont et sapiunt: quos properat alere ac erigere,

PE. *Dea Astarte est virtus, vita, salus hominum et Deorum: rursus eadem est*  
*extremum, fatum, ruina, O mare! o terra! o calum! o astra!* Quotquot venera-  
mur delubra Jovis, parent ejus voluntati, illi obsequuntur, ab ea pendent. Ati-  
ultra eliminant quicquid illi non placet. Universa quæ praedita sunt vita et sensu  
amant quicquid illi gratum est. Alios interficit, perimit; alias nutrit suo lacte  
atque erigit: sed illi, quos interficit, vivunt et sentiunt; quos vero gaudet alere ac

## NOTÆ

1 *Diva Astarte]* Astarte Ciceroni  
est Venus, quæ Adonidi nupsit. Sane  
quæcumque totis septemdecim ver-  
sibus primis hujus Scenæ dienuuntur,  
quamvis implicate omnia, confusaque  
et obscura, Plautoque indignissima,  
de Venere et Amore commode in-  
terpretari licet.

2 *Mare, tellus]* Auctor Supplementi  
videtur hoc loco innuere Astarten,  
sen Venerem, esse mare, terram, cœ-  
lum, sidera. Quod quomodo accipi-  
atur minime video. Lucianus Astar-

ten Lunam interpretatur; Apule-  
ius Venerem, et reginam cœli. Sed  
eandem esse mare, terram, cœlum,  
quis dicat? Itaque interpretari ma-  
lini per invocationem: ‘O mare! o  
tellus!’ &c. Dicit autem Peristrata  
Venerem asserre exitium mortali-  
bus, exemplo Charini filii, qui perit  
amore.

6 *Sed quos enicat]* Id est, vivos per-  
imit, quia amatorum vita morti si-  
millima est.

7 *Quos properat alere]* Id est, quo

Hi quidem confestim pereunt, atque male sapiunt miseri.  
 Jacent benevolent, odiosi humum mordent, caput reptant,  
 Fremunt, perstrepuntque: cumque putant vivere, tunc ruunt  
 maxume, 10  
 Tunc, tunc student persecui, labant juvenes, itidem rapiuntur se-  
 nes.

Illi se amant: quod amant, amatum volunt, atque cognitum.  
 Illi vero si amare ea ætate occuperunt, multo insanunt acrius.  
 Verum si non amant, oderunt, molesti itidem, atque difficiles;  
 Garruli, osores, infensi, iracundi, sibi suisque invidi. 15  
 Quod in se olim admisere turpiter, id si fiat modestius,  
 Nec tolerant, ut æquom est patres; sed clamant, indecenter ob-  
 strepunt. [rum.

Sy. Quantum intelligo, et hanc male habet Demipho. P.E. id ve-  
 Amat filius et perit: id quom resciscit pater, insanit vehementius.  
 Quæ istæc intemperies? abegit vir meus olim ipse ad mercatum  
 Rhodum filium: 20

Nunc ut fert Acanthio, ipse sibimet faciet exilium.  
 O iniquom patrem, o infortunatum filium, quo te recipies?  
 Ubi matrem relinques? sola degam? filium amittam? non patiar.  
 Vendidit pater? ubi ubi erit inventa, mater redimet.  
 Dic tu, Lycissa, num in hanc viciniam adductam autumant? 25  
 Ly. In hanc opinor, in amici senis quojusdam ædes. P.E. hic,  
 præter Lysimachum,  
 Nullus quem sciam. Sy. Lysimachum nominant.

*erigere, intereunt statim, atque sensu carent infelices. Amici affliguntur, mordent terram invisi, repunt capite, fremitum strepitunque edunt: et quando arbitrantur se vivere, tum pereunt maxime. Tunc eum exceptant juvenes prosecui quod amant, titubant, et serum instar corrunt. Illi amant, et volunt auari atque cognosci id quod amant. Hi vero si inceperint amoris indulgere ea ætate, desipiunt multo magis. Quod si minime indulgeant, odiosi sunt, incommodi, morosi, verbosi, osores, infesti, iræ obnoxii, invidi sibi et suis. Quod si committatur modestia id quod olim communisetur turpiter, non ferunt, ut par est a patribus ferri: sed vociferantur obstrepuuntque summo cum dedecore. Sy. Ut animadreerto, Demipho hanc male habet. P.E. Id est verum. Filius amat et perit; quando pater id discit, excandescit acrius. Quæ est ista intemperantia? Meus maritus expulit olim filium Rhodum ad mercatum: nunc, sicut ab Acanthione accipio, ipse ultro abibit in exilium. O injustum genitorem! o natum infelicem! Quo confugies? Ubi deseres genetricem? Vitam agam sola? Dimittam filium? Non sinam. Pater vendidit? Ma- ter redimet ubicunque eam inveniet. Dic tu, Lycissa, num dicunt eam fuisse ad- ductam in hanc viciniam? Ly. Arbitror in hanc viciniam, in tecta cuiusdam vicini. P.E. Est nullus, quem norim, nisi Lysimachus. Sy. Lysimachum appell-*

## NOTÆ

Iactat Venus spe voluptatis, longa 24 Vendidit pater] Id est, Pasi-  
 morte interimit. compsam.

Mirum ni senes vicini in unum nidum conspiraverint.

P.E. Dorippam ejus uxorem conveniam. Ly. quid, convenias ?  
non eam vides ?

P.E. Video equidem: auscultemus: nescio quid secum iracunda  
mussitat. 30

*laut. Mirum nisi senes vicini convenerint de uno nido. P.E. Adibo Dorippam ejus uxorem. Ly. Quid, adibis? Non eam conspicaris? P.E. Conspicor equidem: auscultemus. Mussitat nescio quid secum irata.*

---

### DORIPPA, SYRA, LYCISSA, PERISTRATA.

Do. Syra non redit, quam accersitum patrem jamdiu est quod  
miseram: [gida.

Tarda nimium aut lapis obriguit, aut angue demorsa cessavit tur-  
Sy. Nulla sum: adest hera, me querit. Do. domi manere nequeo :  
Bellulam istanc pellicem mei non patiuntur oculi: exclusissem  
foras,

At me meus continuat Eutychus : sed omnino quod fert non cre-  
duam. 5

Ly. Audin', hera? P.E. audio : sine pergit. Ly. sino. Do. amici  
inquit senis [filio.

Gratia hue ad nos venisse : habet venalem, amanti dum detrahatur  
Hæc quidem aut viri aut gnati fallacia : dissident sententiae.

Sequestro vir ait datam : eandem vero venalem dicit filius.

Sy. Ibo de improviso obviam, ne cessasse intelligat. Do. istæc  
filio 10

Non credam, qui obsequitur patri : huic vero ut mero cuculo,

Do. Syra non revertitur, quam miserum jampridem ad vocandum patrem : aut  
in lapidem versa est pigra illa, aut inflata morsu serpentis hascit. Sy. Perii :  
adest domina, me querit. Do. Non possum consistere in cedibus: mihi oculi non  
possunt ferre hanc meretricem tam venustam. Ejecissim domo, sed meus Eutychus  
prohibuit. Verum nullamodo credo quod dicit. Ly. Audisne, hera? P.E.  
Audio : patere ut prosequatur. Ly. Patior. Do. Dicit eam hue renisse apud nos  
amici senis gratia; proponit venalem, ut subducatur filio, qui eam deperit. Hæc est  
versutia aut mariti, aut filii. Sententiae non conveniunt. Maritus dicit eam sibi  
datam esse sequestro. Filius ait eandem venalem. Sy. Pergam obviam ei incogiti-  
tanti, ne animadverterat me haessisse alicubi. Do. Non fidem habeo filio hac in re,  
utpote qui obtemperat genitori: præpositum est enim in gratiam hujus ut meri cu-

### NOTÆ

11 Cuculo] Cuculus, vernaculae cou- alieno cubili, quemadmodum cuculus  
cou, non semel in Plauto accipitor ova ponit in alieno nido, currucæ vi-  
pro adultero; utpote qui insidiatur delicit, quam vernaculae appellamus

Id certum est mentiri ampliter : equidem coco creduam.

Eccam Syram : ut currit benefica ! Syra ! Sy. quis me vocat ?

Do. Malum quod Di tibi danunt. Sy. hera, si sapis, hoc potius  
Tuæ pellici, et marito dato. Do. istuc dictum tibi non amplius  
irascor. 15

Sed ubi pater ? quid cessat ? an hominem podagra impedit ?

Sy. Nec podagricus nec articularius est, quem rus ducunt pedes.

Do. Non domi ? Sy. non. Do. ubi ? Sy. ruri esse autumant ;

Atque numquid redeat incertum hodie : cum villico rationis satis.

Do. Omnia mihi hodie eveniunt præter sententiam : non vivam  
vesperi, 20

Nisi illanc a me scelestam abigam : eo domum. Ly. hera abit.

Pe. Hem, abit ? compella. Ly. Dorippa, Dorippa. Do. quid  
molestiæ [lens,

Hoc est ? quis me revocat ? Pe. non sum molesta : sed benevo-  
Et amica te compellat tua Peristrata : mane quæso.

Do. Hem Peristrata, te pol non noram : mala bilis cruciat 25

Me atque exagitat. Pe. istuc volo ; quæso, ne neges :

Te audivi modo : dic mihi, quæ te nunc habet solicitude ?

Do. Peristrata, sic Di tibi unicum gnatum sospitent, da mihi be-  
nignius operam,

culi mentiri largiter : equidem fidem adhibeo coquo. Ecce Syra. Quantum acce-  
lerat benefica ! Syra ! Sy. Quis me appellat ? Do. Malum quod Dii tibi acce-  
lerent. Sy. Hera, si sapis, hoc impertire potius meretrici et viro. Do. Propter  
istam orationem non irascor amplius tibi. Sed ubi est pater ? Quare moratur ?  
An podagra eum tenet ? Sy. Neque podagra, neque articulare laborat ille, quem  
sui pedes ferunt rus. Do. Non est domi ? Sy. Non. Do. Ubi ? Sy. Dicunt esse  
rure : et minime constat utrum revertatur hodie : satis est rationum examinan-  
darum cum villico. Do. Universa mihi accidunt præter voluntatem. Non ritam  
protraham ad resperum, nisi ejiciam a meis adibis illam nefariam : contendeo in ades.  
Ly. Hera proficiscitur. Pe. Hem, proficiscitur ? Alloquere. Ly. Dorippa,  
Dorippa. Do. Quis est adeo molestus ? Quis me revocat ? Pe. Non sum molesta :  
sed Peristrata amica tua et benevolia te cupit : mane quæso. Do. Hem Peristrata,  
per Pollucem minime te noram : mala bilis me discruciat ac præcipitem agit. Pe.  
Istud a te peto ; ne recuses, obsecro ; te audieci mox : dic mihi, quæ solicitude te  
angit ? Do. Peristrata, Dii præstant incoludem tuum filium unicum : commoda

#### NOTÆ

*faurette.* Nos in Gallia notamus eum  
hoc nomine cuius est uxor adultera ;  
quod evenisse crediderim, quia quem-  
admodum encula, si ita loqui fas est,  
sen encula fœmina in alieno nido, sic  
adultera nxor in alieno lecto enbat.

15 *Tuæ pellici]* Pellex dicitur uxo-

ris, non mariti, quia locum occupat  
uxoris. Cicero ‘filiæ pellicem,’ ‘ma-  
tris pellicem,’ dicit.

17 *Articularius*] Sic dictus, quia  
morbo laborat, qui vel per onnes  
artus vagetur, vel quia in articulis  
sentiatur artuum.

Nulla dari mihi poterit melius : par est ætas : una crevimus,  
 Pares ætate habemus viros: nulli colloquor lubentius. 30  
 Solicitor merito quidem, quid tibi animi esse nunc possiet,  
 Si amicam hac ætate ante oculos tuus adduxerit Demipho? [coci  
 Pe. Adduxit? Do. factum. Pe. domi est? Do. domi: immo  
 Conducti : parabatur convivium, ni meus disturbasset adventus  
 omnia.

Senem miserum Venus et Cupido alieno satis vexant tempore. 35  
 Pe. Sed ista levia sunt, Dorippa : utinam non ego essem miserior!  
 Do. Levia? Pe. levia quidem. Do. quæ pejora tibi tuus faceret?  
 Pe. Immo pejoribus pejora. Do. quæ istæc sunt? quæso loquere:  
 Ut tu mihi, ego tibi, quæ facto opus sunt demus consilium.

Vetus id dictum est, Feliciter is sapit, qui periculo alieno sapit. 40  
 Pe. Unicus mihi, Dorippa, est gnatus: scis? Do. scio. Pe. hunc  
 pater

Olim a se extrusit Rhodum. Do. quare? Pe. quoniam amaret.  
 Do. Ob id ipsum? Pe. id quidem nunc quoque, quom ancillam  
 domum

Adduxisset, hanc resciscens pater produxit, venalem præbuit.  
 Do. Atat novi: verum dixerat filius: ego mariti amicam putabam  
 mei. 45

Quoi data est? Pe. seni quoidam in hac amico vicinia.  
 Credo hic alium, præter tuum, amicum habere neminem.  
 Do. Ea quidem est: quid filius? Pe. urbem hanc se deserturum  
 autumat.

Do. In portu res est: quid si invenerit? Pe. mansurum credito.

*mihi aurem benigne; nequit mihi præheri melius: æquales sumus; simul adolevi-  
 mus; habemus maritos æqualis ætatis. Cum nulla confabulorū lubentius. Jure  
 sum solicita, quæ sit tua mens nunc, si tuus vir Demipho adduxerit amicam ante  
 oculos, hac ætate? Pe. Adduxitne Lysimachus? Do. Actum est. Pe. Estne  
 in ædibus? Do. Domi: immo coci sunt conducti: instrubantur epula, nisi meo  
 adventu exvertissem universa. Venus et Cupido exagitant senem infelicem satis  
 intempestive. Pe. Sed illa sunt minimi facienda, Dorippa. Utinam non essem  
 infelior! Do. Minimi facienda? Pe. Minimi quidem facienda. Do. Quid  
 potest tuus moliri in te pejus? Pe. Immo sunt atrociora atrocioribus. Do.  
 Quæ sunt ista? obsecro, die, ut rideamus quid agendum sit, tu mecum, ego tecum.  
 Hoc est antiquum adagium, Ille recte sapit, qui sapit alieno periculo. Pe.  
 Habeo filium unicum, Dorippa: tenes? Do. Tengo. Pe. Pater ejus olim ablegavit  
 Rhodum. Do. Cur? Pe. Quia amabat. Do. Ob id ipsum? Pe. Facit idem  
 nunc eliam; cum adduxisset dominum ancillam, pater id sciens, eam produxit et  
 proposuit venalem. Do. Atut intelligo: natus mens verum dixerat: ego arbit-  
 rabar esse amicam mei viri. Cui tradita est? Pe. Cuidam seni amico ex ri-  
 ciinis. Puto eum nullum habere amicum alium, quam tuum virum. Do. Ea sane  
 est. Quid natus? Pe. Dicit se obitum ab hac urbe. Do. Res est in tuto.*

Do. Præter spem salvæ sumus, ne dubita: apud me ea est. 50

Pe. Apud te? ea erat opinor, de qua loqui te audivi modo.

Do. Ea. Pe. o factum bene: merito te amo, restituisti filium.

Fac videam. Do. eamus intro. Pe. eamus. Lycissa ades,

Acanthioni hæc nuntia: ego ad Dorippam huc devortam.

*Quid si repererit? Pe. Crede eum esse mansurum. Do. Sumus salvæ præter expectationem; ne dubita: est ea apud me. Pe. Apud te? Ea est, arbitror, de qua audiri te mox verba facere? Do. Ea. Pe. O factum bene! Merito te amo, reddidisti filium. Da, ut conspiciam. Do. Ingredianar. Pe. Ingrediamur. Ades dum Lycissa, hæc renuntia Acanthioni: ego me confero huc ad Dorippam.*

#### NOTÆ

49 *In portu res est]* Id est, in tu- 52 *Factum bene]* Non uno in loco  
to: allegoria a nautica; navis enim vox illa ab ipso Planto usurpatur, a  
in portu tuta, aut nusquam. judiciis translata.

### ACTUS QUARTI SCENA SEXTA.

#### SYRA.

ECASTOR lege dura vivunt mulieres,  
Multoque iniquiore miseræ, quam viri.  
Nam si vir scortum duxit clam uxorem suam,  
**Id si rescivit uxor, impune est viro.**  
Uxor viro si clam domo egressa est foras, 5-  
Viro fit causa, exigitur matrimonio.  
Utinam lex esset eadem, quæ uxori est, viro!  
Nam uxor contenta est, quæ bona est, uno viro:

Sy. *Profecto uxores vitam sub dura lege, et longe duriore quam mariti; nam si maritus amavit meretricem inscia sua conjugi, si conjux rem detegit, maritus fert id impune. Si mulier effert pedem ex cedibus foras, inscio conjugi, maritus habet causam, cur expellat uxorem e conjugio. Utinam eadem lex esset posita marito! Nam mulier, quæ est bona, est contenta uno marito; cur maritus*

2 B. 1. *iniquiores misere.*—5 *Uxor viro* desunt in eodem codice.—6 *Uxor viro* fit causa B. 1.—7 Verba, viro! Nam uxor contenta est, quæ bona est, desunt

#### NOTÆ

4 *Impune est viro]* Cato apud A. Gellium: ‘In adulterio uxorem tuam si deprehendisses, sine judicio impune necares; illa te, si adulterares, digito non auderet contingere, neque jus est.’

6 *Exigitur matrimonio]* *Exigitur re-pudio consecratum.* Cicero: ‘Mi-mam suas res sibi habere jussit, ex duodecim tabulis causam addidit, ex-egit.’

8 *Uxor contenta est, quæ bona est,*

**Qui minus vir una uxore contentus siet?**  
**Ecastor, faxim, si itidem plectantur viri,** 10  
**Si quis clam uxorem duxerit scortum suam,**  
**Ut illæ exiguntur, quæ in se culpam commerent;**  
**Plures viri sint vidui, quam nunc mulieres.**

*non erit contentus una conjugi? Si qui inscia sua uxore amaverunt meretricem, ea pœna afficiantur, qua illæ afficiuntur quæ in se culpani admiscent, plures viri sint vidui, quam mulieres.*

---

in C.—12 *Ut illa C. et C. 2. quæ insculpam convenient C.—13 B. 1. sunt vidui.*

## NOTÆ

*uno viro]* Horatius: ‘Dos est magna, parentium Virtus, et metuens alterius viri Certo fœdere castitas.’ *sejunetus:* ‘videns’ enim nihil aliud significat quam ‘divisns,’ ‘separatos;’ unde in mensis partibus ‘idus’ dicuntur, quod ‘iduent,’ id est, dividant mensem.

*13 Viri vidui]* De viris dicitur, nondum mortuis uxoribus, sed repudio

## ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

## CHARINUS.

LIMEN superum inferumque, salve, simul autem vale.  
 Hunc hodie postremum extollo mea domo patria pedem.  
 Usus, fructus, victus, cultus jam mihi harunc ædium  
 Interemtu'st, interfectu'st: alienatu'st, occidi!  
 Di penates meum parentum, familæ Lar pater, 5

*Cn. Salve limen superum et inferum, et una vale. Effero hodie postremo hunc pedem e meis ædibus paternis. Usus, fructus, victus, cultus harum ædium mihi est ademtu'st, sublatu'st, translatus est; perii. Di penates meorum parentum, et*

---

1 C. superam.—2 B. 1. me a domo.—3 B. 1. harum.—5 Parei 3. familiæque.

## NOTÆ

*1 Limen superum inferumque, salve]* aut coactum, limina osculabantur Romani nouihil religiosi in liminiibus et postibns esse arbitrabantur, utpote Laribus consecratis: itaque in exilium abituri, aut voluntarium,

postesque, precabanturque, ea manu tenentes: erat et Deus Limentinus a limine.

Vobis mando, meum parentum rem bene ut tutemini.  
 Ego mihi alios Deos penates persequar, alium Larem,  
 Aliam urbem, aliam civitatem: ab Atticis abhorreo:  
 Nam ubi mores deteriores increbescunt indies,  
 Ubi, qui amici, qui infideles sint, nequeas pernoscere, 10  
 Ubique id eripiatur, animo tuo quod placeat maxume;  
 Ibi quidem si regnum detur, non est cupita civitas.

*tu Lar, pater familiae; vobis commendo ut custodiatis bene fortunas meorum parentum. Ego queram alios Deos penates, alium Larem, aliam urbem, aliam civitatem: detestor Atticos. Nam si datur imperium ibi, ubi instituta vitae eradunt iniuria in dies singulos, ubi nequeas decernere qui sunt amici fideles, qui infideles, et ubi admatur id quod oblectet maxime tuam mentem; jus civitatis non est magnopere optabile.*

—9 B. 1. *increbescunt*.—10 *Ubique amici C. et C. 2. sient B. 1. et Pll.*—  
 11 *Ubi quid B. 1. C. 2. Ubiqui deripitur Pll.*—12 *C. cupida civitas.*

#### NOTÆ

12 *Non est cupita [cupida] civitas*] Id tenda. *Cupidu*, passive.  
*est, civitas non est magnopere expe-*

---

## ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

### EUTYCHUS, CHARINUS.

EU. DIVUM atque hominum quæ spectatrix atque hera  
 eadem es hominibus,  
 Spem speratam quoniam obtulisti hanc mihi, grates ago.  
 Ecquis nam Deus est, qui mea nunc lætus lætitia suat?  
 Domi erat quod quæreritabam: ibi sex sodales reperi,  
 Vitam, Amicitiam, Civitatem, Lætitiam, Ludum, Jocum. 5

EU. Ago gratias, o tu quæ es speculatrix dominaque Deorum atque hominum,  
 quia mihi ostendisti id quod sperabam. Quis Deus tanto gaudio fruictur, quanto  
 ego? Id quod investigabam erat domi, ubi inveni sex socios, Vitam, Amicitiam,

1 C. et C. 2. *que* *spectatrix*.—2 *Pll. quam obtulisti*.—3 *C. et B. 1. fuit*;  
*C. 2. fiet*.—4 *Parci 3. quod foris, contra codd. Mox, ibi deest in C. C. 2.*

#### NOTÆ

1 *Spectatrix atque hera*] Sic voca. 4 *Domi erat quod quæreritabam*] Id  
 batur Fortuna, 111, 4, 12. est, Pasicompsa.

Eorum inventu res decem simitu pessimas pessundedi;  
Iram, Inimicitiam, Stultitiam, Exitium, Pertinaciam,  
Mœrorem, Lacrymas, Exilium, Inopiam, Solitudinem.  
Date Di, quæso, conveniendi mihi ejus celerem copiam.

CH. Apparatus sum, ut videtis: abjicio superbiam. 10

Egomet mihi comes, calator, equus, agaso, armiger:

Egomet sum mihi imperator, idem egomet mihi obedio:

Egomet mihi fero, quod usu'st. O Cupido, quantus es!

Nam tu quemvis confidentem facile tuis factis facis,

Eundem ex confidente actutum diffidentem denuo. 15

EU. Cogito, quonam ego illum curram queritatum. CH.  
certa re'st

Me usque querere illam, quoquo hinc abducta est gentium.

Neque mihi ulla obsistet amnis, neque mons, neque adeo  
mare; [dinem.

Nec calor, nec frigus metuo, neque ventum, neque gran-

Imbrem perpetiar, laborem sufferam, solem, sitim: 20

Non concedam, neque quiescam usquam noctu, neque in-  
terdius,

Civitatem, Lætiam, Ludum, Jocum: contriti eorum inventione decem res pesti-  
ras, Iram, Inimicitiam, Amentiam, Exitium, Contumaciam, Tristitiam, Flctus,  
Exilium, Egestatem, Solitudinem. Date mihi obscero, o Di, facultatem celerem  
ejus adeundi. CH. Mens apparatus est, ut certis: depono superbiam; ego mihi  
sum comes, servus, equus, agaso, armiger; ego mihi sum dux; ego ipse mihi obti-  
pero; ego ipse mihi comparo quod est opus. O Cupido, quantus es! Nam tametsi  
tu reddis tua ope audacem, reddis rursus eundem statim timidum ex audaci. EU.  
Meditor, quo ego radam illum quæsitum. CH. Ego constitui illam investigare,  
quo quo terram est abducta hinc, neque ullus fluvius mihi obsistet, neque mons,  
neque mare; nec astus, nec frigus timeo, nec ventum, nec grandinem. Tolerabo phu-  
viam: subibo laborem, solem, sitim. Non concedam in ultum locum, neque conqui-

\*\*\*\*\*

B. 1. et Ven. 1.—6 Forum inventurus sum ita, &c. B. 1. inventurus decem C.  
inventurus decem C. 2.—7. 8 Iram, Inimicitiam, Mœrem, Lacrymas, Exilium,  
Inopiam, Solitudinem, Stultitiam, Exitium, Pertinaciam. B. 1.—9 B. a m. pr.  
celebrem.—10 Pll. abicio.—11 C. caltor.—16 B. 1. certa res est.—18 Edd. qua-  
dam vett. Neque mihi ullus. B. 1. nec mons. Mox, neque adeo mare, Neque  
calor, nec frigus Scal.—19 Nec calorem B. 1. Neque frigus, neque calor metuo  
Philargyr. ad Virgil. Georg. ii. 349.—21 Al. ap. Pareum, Non consideram.

#### NOTÆ

10 Abjicio superbiam] Omitto com-  
meatum meæ conditioni convenien-  
tem, incomitatus eo.

18 Ulla amnis] Veteres genns u-  
trumque promiscue tribuebant.

19 Nec calor] Calor hic in neutro  
genere. Ut ‘ador’ et ‘adus;’ ‘de-  
cor’ et ‘decus;’ sic ‘calor’ et ‘ca-  
lus.’

21 Non concedam] In nullum locum

Prius profecto quam aut amicam aut mortem investiga-  
vero. [invoco

Eu. Nescio, quoja vox ad aurem mihi advolavit. Ch.  
Vos, Lares viales, ut me bene juvetis. Eu. Juppiter!

Estne illuc Charinus? Ch. cives, bene valete. Eu. il-  
lico 25

Sta, Charine. Ch. qui me revocat? Eu. Spes, Salus,  
Victoria. [tem quærите :

Ch. Quid me voltis? Eu. ire tecum. Ch. alium comi-

Non amittunt hi me comites, qui tenent. Eu. qui sunt ei?

Ch. Cura, Miseria, Ægritudo, Lacrymæ, Lamentatio.

Eu. Repudia istos comites, atque hoc respice, et rever-  
tere. 30

Ch. Si quidem mecum fabulari vis, subsequere. Eu. sta  
illico.

Ch. Male facis, properantem qui me commorare : sol abit.

Eu. Si huc item properes, ut istuc properas, facias rectius.

Huc secundus ventus nunc est; cape modo vorsoriam :

*escam, neque diu, neque noctu, antequam invenero vel amicam, vel letum.* Eu.  
*Nescio qua vox pervenit ad meas aures.* Ch. *Oro vos, o Lares viarum præsides,*  
*ut me adjuvetis bene.* Eu. *O Jupiter!* *Estne hic Charinus?* Ch. *Cives, bene*  
*valete.* Eu. *Charine, sta illuc.* Ch. *Quis me retrahit?* Eu. *Spes, Salus, Vic-*  
*toria.* Ch. *Quid me rultis?* Eu. *Ire tecum.* Ch. *Quærите alium sodalem:* si  
*sodales, qui me constringunt, non dimittunt.* Eu. *Qui sunt hi?* Ch. *Solicitudo,*  
*Calamitas, Molestia, Fletus, Gemitus.* Eu. *Segrega illos sodales, atque converte*  
*te huc et revertere.* Ch. *Si vis verba facere mecum, subsequere.* Eu. *Sta illuc.*  
*Ch. Agis improbe qui me retines accelerantem: sol occidit.* Eu. *Si acceleras huc,*  
*sicut acceleras illuc, agas melius.* *Ventus secundus flat nunc huc, accipe modo ver-*

Mox, B. 1. neque dius; C. neque vis; C. 2. neque dnis.—23 B. 1. et C. ad aures;  
C. 2. ad auris.—24 B. 1. C. 2. ut bene tutetis; C. ut bene vivetis.—28 B. 1. qui  
sunt ii.—30 Edd. quædam vett. atque huc, contra codd. ac revortere al. ap.

#### NOTÆ

secedam ad captandam quietem.

23 *Invoco Vos, Lares viales]* *Lares viales* Dii sunt qui viæ præsunt: ex iis erat Mercenrius: erant et 'Semitales.' Erat 'Dea Bivia,' Dea compitorum; 'Dii vii,' id est, Dii via- rum.

24 *Bene juvetis]* Bene tutemini.

34 *Cape modo vorsoriam]* Vorsoria est funis, quo vertitur velum secundum auram. Itaque metaphora dæta a re nautica. Revocat a voluntario exilio et fuga Carinum: *cape vorsoriam;* id est, sententiam muta, revertere.

- Hic Favonius serenu'st, istic Auster imbricus: 35  
 Hic facit tranquillitatem, iste omnes fluctus conciet.  
 Recipe te ad terram, Charine, huc: non ex adverso vides?  
 Nubis ater imberque instat: aspice nunc ad sinistram,\*  
 \* Cœlum ut est splendore plenum ex adverso vides.  
 Ch. Religionem illic objicit: recipiam me illuc. Eu.  
 sapis, 40  
 O Charine: contra pariter fer gradum, et confer pedem.  
 Porridge brachium, prehende: jam tenes? Ch. teneo. Eu.  
 tene. [Ch. quod miser.  
 Quo nunc ibas? Ch. exulatum. Eu. quid ibi facere vis?  
 Eu. Ne pave, restituam jam ego te in gaudia, antequam  
 is. Ch. eo.  
 Eu. Maxime quod vis audire, id audies quod gaudeas. 45  
 Sta illico: amicus advenio multum benevolens. Ch. quid  
 est? [Ch. tun' obsecro?  
 Eu. Tuam amicam. Ch. quid eam? Eu. ubi sit, ego scio.

soriam: Favonius est hic serenus, hic Auster imbrifer; hic affert serenitatem; ille  
 concitat cunctas undas: repepe terram, Charine, huc. Nonne vides ex adverso?  
 nubes alra et pluvia impendet: contemplare jam ad laram, vides ex adverso ut cœlum  
 est perfusum claritate. Ch. Ille objicit religionem; me conferam illue. Eu.  
 Sapis, o Charine! confer gradum contra, confer pedem, extende brachium, occupa;  
 jam tenes? Ch. Teneo. Eu. Tene. Quo ibas nunc? Ch. In exilium. Eu.  
 Quid ibas aetum illuc? Ch. Quod calamitosus. Eu. Ne time, ego te reducam  
 modo in latitudinem, priusquam proficiasceris. Ch. Pergo exultatum. Eu. Accipe, si  
 vis, id quod exoptas maxime accipere, et quod exoptes: sta illico. Advenio amicus  
 valde benevolus. Ch. Quid est? Eu. Tuam amicam. Ch. Quid eam? Eu. Ego scio,

-----  
 Pareum.—35 *Hie serenus favonius est B. 1. imbricus C. 2. a m. pr.*—37 *Recipite ad terram PII. Respice ad dextram Meurs. Respice huic ad terram al. ap. Pareum.*—38 *Nubis atra Parei 3. inverque C. aspice non at sinistra atque ut detis C. 2. aspicio non at sinistram atque detis C. ad sinistram atque vides B. 1. Alii hos vss. sic concinnarunt, Recipe te retro, Charine, huc: non ex adverse vides?*  
*Nubis atra, imberque instat. Calum hic plenum splendoris est Religionem, &c.*—39 *B. 1. et PII. splendore est.*—40 *B. 1. illi objicit.*—42 *PII. prende.*—43 *B. 1. quid tibi facere. Pro vis, al. his; nude Grut. is. Mox, C. quot miser; C. 2. quot miser st;* B. 1. *quid miser est.*—44. 45 *B. 1. in gaudium utique ut sis maxime quod vis . . . id audis; tñ id deest in C. it audis C. 2. audis etiam C. audi sis quo Grut.*—46 *C. 2. Studio amicus at venio; al. ap. Pareum, vntius advenio. Mox, PII. benevoles. Verba quid est desunt in B. 1.*—47 *C. 2. et*

## NOTÆ

- 35 *Hic Favonius serenu'st]* Alle. 40 *Religionem illic objicit]* Incussit  
 gloria perpetua et elegans. scrupulum, ut nunc loquimur.

**EU.** Sanam et salvam. **CH.** ubi eam salvam? **EU.** quo  
 ego scio. **CH.** ego me mavelim. [fluctuat?  
**EU.** Potin' ut animo sis tranquillo? **CH.** quid si animus  
**EU.** Ego istum in tranquillo et tuto sistam: ne time. 50  
**CH.** Obsecro te, loquere, ubi sit, ubi eam videris.  
**Quid taces?** dic: enicas me miserum tua reticentia.  
**EU.** Non longe hinc abest a nobis. **CH.** quin ergo com-  
 monstras, si tu vides? [videam facis?  
**EU.** Non video hercle nunc, sed vidi modo. **CH.** quin ego  
**EU.** Faciam. **CH.** longinquom istuc amanti est. **EU.** etiam  
 metuis? omnia 55  
**Commonstrabo:** amicior mihi nullus vivit, atque is est,  
**Qui illam habet:** neque est, quoi magis me velle melius  
 æquom siet. [dico tibi.  
**CH.** Non curo istuc, illam quæro. **EU.** de illa ergo ego  
 Sane hoc non in mentem venit dudum, uti tibi.  
**CH.** Dic igitur, ubi illa est? **EU.** in nostris ædibus. **CH.**  
 ædis probas, 60  
**Si tu vera dicis,** pulchre ædificatas arbitror.

*ubi est.* **CH.** *Tune obsecro?* **EU.** *Sana et salva.* **CH.** *Ubi ea salva?* **EU.** *Ubi ego*  
*scio.* **CH.** *Ego malim scire, quam te.* **EU.** *Potesne esse animo quieto?* **CH.** *Quid si*  
*animus æstuat?* **EU.** *Ego illam sistam in quieto et tuto; noli pertimescere.* **CH.**  
*Oro te, dic ubi sit, ubi eum conspicatus sis: quid siles?* **Loquere,** me enecas infeli-  
 cem tuo silentio. **EU.** Non abest longe a nobis. **CH.** *Quare igitur non indicas,*  
*si tu cernis?* **EU.** *Per Herculem non conspicor nunc, sed conspicatus sum modo.*  
**CH.** *Quare non efficis, ut ego cernam?* **EU.** *Efficiam.* **CH.** *Illud efficiam est*  
*diuturnum amanti.* **EU.** *Metuis adhuc?* **Commonstrabo** cuncta: nullus est magis  
 amicus mihi, atque est ille qui illam seruat; neque est, cui sit æquius me optime  
 relle. **CH.** *Non curo id; quæro illam.* **EU.** *Ergo tibi nuntio de illa.* **Profecto**  
*id non venit in animum, sicut tibi.* **CH.** *Loquere ergo, ubi est illa?* **EU.** *In nos-*  
*tris ædibus.* **CH.** *Arbitror esse landatam domum, egregieque exstructam, si tu dicis*

\*\*\*\*\*

Parei 3. *tun' autem obsecro.*—48 Particula quo deest in B. 1. *malim* C.—49 C.  
 et C. 2. *antimus fluctuant.*—50 C. *in quietuo;* C. 2. et B. 1. *in quietuo*  
*tuto.*—51 Parei 3. *loquere nunc.*—52 Pll. *tua recentia.*—53 Verba a nobis, quæ  
 servant codd. C. C. 2. et B. 1. desunt in edd. quibusdam vett. *cum ergo com-*  
*monstrasset, ut vides C. quin ergo commostras C. 2.*—54 C. *si vidit modo;* C. 2.  
*sit vidim modo.* Mox, quem ego video C. videa C. 2.—55 C. et C. 2. *longnicum.*  
 B. 1. *amuntist.*—56 Commonstrabor C. 2. *Cum monstrabor C.*—57 C. *cum magis*  
*me velle me melius a sent;* C. 2. *qui magis;* al. ap. Pareum, neque quin magis  
 me, &c.—58 *Non curam de istuc B. 1. C. 2.* *Nunc curam de istu ulla C.*—59 B. 1.

#### NOTÆ

56 *Vivit]* Id est, 'est.'

nis formulis semper adhibebant hæc

61 *Pulchre ædificatas]* In venditio-

verba, 'ædes bonas, beneque ædifi-

Sed quid ego istuc credam? vidistin'? an de auditu nuntias?

EU. Egomet vidi. CH. quis eam adduxit ad vos? EU. inique rogas. [pudet.]

CH. Vera dicis. EU. nihil, Charine, te quidem quicquam Quid tua refert, qui cum istac venerit? CH. dum istuc siet. 65

EU. Est profecto. CH. opta ergo ob istunc nuntium, quid vis tibi. [copiam.]

EU. Quid, si optabo? CH. Deos orato, ut ejus faciant

EU. Derides. CH. servata res est demum, si illam video.

Sed quin ornatum hunc rejicio: heus aliquis, heus actutum  
huc foras

Exite, illinc pallium mihi huc ferte. EU. hem, nunc tu mihi ut places! 70

CH. Optume adveniens, puere, cape chlamydem atque haec: istinc sta illico, [exequar.]

Ut, si haec non sint vera, inceptum hoc itiner perficere

EU. Non mihi credis? CH. omnia equidem credo, quæ dicis mihi.

*vera. Sed tibine fidem habeam? vidistine ipse, an narras de auditu? EU. Conspicatus sum ipse. CH. Quis eam adduxit ad vos? EU. Maligne interrogas. CH. Dicis vere. EU. Nonne te pudet, Charine? Quid tua refert, qui venerit cum ista? CH. Dummodo istud sit veium. EU. Est sine dubio. CH. Igitur pete a me quicquid volueris in praemium hujus nuntii. EU. Quid, si petam? CH. Pre-care Deos ut dent ejus videnda facultatem. EU. Irrides. CH. Denique omnia sunt salva, si illam video; sed cur non depono hunc ornatum? Heus aliquis, heus prodite e vestigio huc foras; afferte mihi illinc pallium. EU. Hem, ut tu mihi places nunc! CH. Puer optime, quoniam adrenisti, accipe chlamydem et haec; consiste istinc, ut si hac non sint vera, prosequar hoc iter inceptum. EU. Non mihi fidem habes? CH. Equidem fidem habeo iis omnibus, quæ mihi nuntias. Sed*

\*\*\*\*\*

*dudum, ut ob.—61 Parei 3. Delph. Bipont. pulchreque. Pl. arbitro.—62 C. et C. 2. vidistis ante auditu in ociis.—63 Interrogativum quis deest in Pl. ad deest in B. 1.—65 Quid amare fert C. Quid ima refert C. 2. istuc sit C. C. 2. et B. 1.—66 Pl. ob istuc.—67 Al. ap. Pareum, orabo.—69 Pl. reicio. B. 1. heus aliquo est huc actutum Exite, &c.—70 Pl. hec ferte; unde Pareus esferte.—71 B. 1. istic sine illico.—72 C. hoc itinere; C. 2. hoc itime re.—73 C. quia*

#### NOTÆ

catas.' Cicero: 'Quod si qui proscribunt villam bonam beneque aedificatam; non existimantur felissime, etiamsi illa nec bona est, nec aedificata ratione.'

66 Opta ergo] Præmium olim dabant iis qui jucundum aliquem nuntium attulissent.

69 Sed quin ornatum hunc rejicio] Charinus, accepto de Pasicompsa a-

Sed quin introducis me ad eam, ut videam? Eu. paulisper mane.

Ch. Quid manebo? Eu. tempus non est intro eundi.  
Ch. enicas. 75

Eu. Non opus est, inquam, nunc intro te ire. Ch. responde mihi,

Qua causa? Eu. operæ non est. Ch. cur? Eu. quia non est illi commodum.

Ch. Itane commodum illi non est, quæ me amat, quam ego contra amo?

Omnibus hic ludificatur me modis: ego stultior, 79

Qui isti credam: commoratur: chlamydem sumam denuo.

Eu. Mane parumper, atque hoc audi. Ch. cape sis, puer, hoc pallium.

Eu. Mater irata est patri vehementer, quia scortum sibi Ob oculos adduxerit in aedis, dum ruri ipsa abest:

Suspicatur illam amicam esse illi. Ch. zonam sustuli.

Eu. Eam rem nunc exquirit intus. Ch. jam machæra est in manu. 85

*cur me non inducis ad eam, ut videam? Eu. Mane tantisper. Ch. Quid manebo? Eu. Non est tempus ingrediendi. Ch. Enecas. Eu. Non est opus, inquam, te ingredi nunc. Ch. Responde mihi, qua causa? Eu. Non est opus. Ch. Cur? Eu. Quia illi non est opportunum. Ch. Itane? illi non est opportunum, quæ me diligit, quam ego ex adverso amo? Hic me irridet omni ratione; ego stultus, qui confido isti. Remoratur: accipiam rursus chlamydem. Eu. Mane tantisper, et hoc accipe. Ch. Accipe, puer, si vis, hoc pallium. Eu. Mater est irata patri magnopere, quia sibi adduxit meretrice ob oculos in aedes, dum ipsa abest rari: suspicatur illam esse ejus amicam. Ch. Da zonam. Eu. Investigat nunc eam rem domi.*



*edicis tibi; C. 2. quia edicis mihi.—74 Sed cum introducis C.—76 Pronomen te deest in C. extat tamen in C. 2. et B. 1.—77 Pll. commodi.—78 C. quam ego contraiam; C. 2. quem ego contraham.—79 Ch. stultior.—80 Qui istic C. Quis istic reddam C. 2. commorator al. ap. Pareum; com morat al. ibid.—81 B. 1. haec audi.—82 Mane irata—C. Mater deest in C. 2.—83 Ab oculis abduxerit B. 1.*

#### NOTÆ

mica nuntio, peregrinandi consilium, cum omni peregrinationis ornatu, deponit.

84 *Zonam sustuli]* Charinus ratus se delusum esse ab amico Entycho in iis quæ nuntiata fuerant de amica

Pasicompsa, deposita peregrinatio-nis ornamenta resumit; incipit a zo-na, qua colligi defluentes vestes sole-bant, et in qua viaticum reponeba-tur.

- Eu.** Nam si eo te introducam. **Ch.** tollo ampullam, atque hinc eo. [potes.]  
**Eu.** Mane, mane, Charine. **Ch.** erras, me decipere haud  
**Eu.** Neque edepol volo. **Ch.** quin tu ergo itiner exequi meum me sinis?  
**Eu.** Non sino. **Ch.** ego me moror: tu puere, abi hinc intro oxyus.  
**Jam** in currum escendi, jam lora in manus cepi meas. 90  
**Eu.** Sanus non es! **Ch.** quin, pedes, vos in curriculum conjicitis  
**In** Cyprum recta? quandoquidem pater mihi exilium parat.  
**Eu.** Stultus es: noli istuc quæso dicere. **Ch.** certum exequi 'st,  
**Operam** ut sumam ad pervestigandum, ubi sit illæc. **Eu.** quin domi est.  
**Ch.** Nam hic quod dixit, id mentitu'st. **Eu.** vera dixi equidem tibi. 95  
**Ch.** Jam Cyprum veni. **Eu.** quin sequere, ut illam videas quam expetis.  
**Ch.** Percontatus non inveni. **Eu.** matris jam iram neglego.

**Ch.** Macharam jam teneo. **Eu.** Nam si te inducam nunc ad eam. **Ch.** Accipio ampullam, atque proficiscor. **Eu.** Mane, mane, Charine. **Ch.** Fallcris: non potes me fallere. **Eu.** Neque ego te volo fallere sane. **Ch.** Quin ergo tu me pateris prosequi meum iter? **Eu.** Non patiar. **Ch.** Ego me retardo; tu, puer, ingredere potius. **Jam** ascendi in currum, jam cepi lora in meas manus. **Eu.** Desipis! **Ch.** Quare, pedes mei, non vos confertis in curriculum recta in Cyprum? quandoquidem pater mihi parat exilium. **Eu.** Insanis; noli amabo id dicere. **Ch.** Est certum exequi, ut incumbam pervestigando ubi illa sit. **Eu.** Quin est domi. **Ch.** Profecto hic mentitus est, quod dixit. **Eu.** Equidem tibi dixi vere. **Ch.** Veni jam Cyprum. **Eu.** Quin sequere, ut videas illam quam deperis. **Ch.** Eam quærendo non reperi. **Eu.** Jam aspernor iram matris. **Ch.** Eo longius quesitum:

—81 Pll. sonam sustuli; B. I. senam sustuli.—86 Nam scio te C. te nunc Delph. Bipont.—87 Heus, mane, mane Parei 3. contra codd. haud potest C.—88 C. iter.—89 Pll. puer.—90 Jam in cursum rescendi C. jami hora Pll.—91 Sanus ne es edd. quædam vett. conicritis Pll.—92 Al. ap. Pareum, exilium imperat.—93 Parei 3. exequi, omisso 'st.—94 C. ad restigandum. Mox, B. I. ubi ille sit.—95 Num id B. I. mentitumst C. vera dico B. I.—97 Percontatus est B. I.

## NOTÆ

86 *Tollo ampullam*] Viatores ampullam ferebant, in qua, aut oleum erant ventriosæ, Horatius inde metaphoræ ducta affectata verba appellat ‘ampullas’.

**CII.** Porro proficiscor quæsitum: nunc perveni Chalcidem:  
Video ibi hospitem Zacyntho: dico, quid eo advenerim:  
Rogito quis eam vexerit, quis habeat, si ibi inaudiverit.

**EU.** Quin tu istas omittis nugas, ac mecum huc intro ambulas?

101

**CH.** Hospes respondit, Zacyntho ficos fieri non malas.

**EU.** Nihil mentitus est. **CH.** sed de amica sese inaudisse autumat,

Hic Athenis esse. **EU.** Chalcas iste quidem Zacynthi' st.

**CH.** Navem conscendo, proficiscor, illico: jam sum domi.

105

Jam redii exilio: salve mi sodalis Eutyche:

Ut valuisti? quid, parentes mei valent? cœna dabitur.

Bene vocas, benigne dicis: cras apud te, nunc domi.

Sic decet; sic fieri oportet. **EU.** echo! quæ tu somnias!

Hic homo non sanus est. **CH.** medicari amicus quin pro-  
peras?

110

**EU.** Sequere sis. **CH.** sequor. **EU.** clementer quæso,  
calces deteris.

perveni nunc Chalcidem; video ibi hospitem Zacynthium; eloquor cur eo accesse-  
rim; postulo si quis audiret quis eam adrexerit, quis habeat. **EU.** Quare tu non  
prætermittis istas nugas, ac ingredieris huc mecum? **CH.** Hospes respondit haberi  
ficos non malas Zacynthi. **EU.** Non est mentitus. **CH.** Sed existimat sese auli-  
visse de amica esse hic Athenis. **EU.** Hic projecto est alter Calchas Zacynthi.  
**CII.** Conscendo navim; jam jam discedo: nunc sum domi, nunc reversus sum ab  
exilio: salve, mi comes Eutyche! Quomodo valuisti? Quomodo mei parentes valent?  
Invitaborne epulo? Commode invitatis; loqueris humaniter: cras apud te; hodie domi.  
Sic decet: oportet sic fieri. **EU.** Echo! quæ tu deliras? Hic homo est in-  
sanus. **CII.** Quare non festinas mederi, amice? **EU.** Sequere si vis. **CII.** Se-

\*\*\*\*\*

Punctus PII.—98 Parei 3. proficiscar.—99 B. 1. hiacyntho d. quid ibi, &c.  
—100 Cogito C. C. 2. B. 1. Ven. 1. si ibi inde audiret B. 1. C. et C. 2. inau-  
dicerit Grnt.—101 Cum tu C. naugas C. 2.—102 B. 1. hiacyntho.—103 B. 1.  
se audisse; PII. se inaudisse. Idem codd. autumat.—104 B. 1. hiacynthust;  
C. zacyntust.—105 Navim edd. vett. ea sun domi PII.—106 Jam redi B. 1. C.  
et C. 2. me sodalis B. 1.—107 PII. parentis. B. 1. C. et C. 2. metual mater dati.  
Mox, cana dabitur desunt in PII.—109 Si decet B. 1. eloqueni somnias C. et C.  
2. eloque insomnias B. 1.—110 Hic homo insanust C. et Parci 3. cst deest in B.  
1. et C. 2. amicis B. 1.

#### NOTÆ

99 *Hospitem Zacyntho*] Id est, e audivisset de amica Pasicompsa. Ille  
Zacyntho. Uxor Lemno: anus Co- respondet de aliis, quasi parum soli-  
rintho: vinum Chio. citus de iis de quibus interrogarem.

102 *Respondit Zacyntho ficos fieri*] 104 *Calchas*] Vates in obsidione  
Id est, petebam ab hospite, num Trojæ celebris.

Audin' tu? CH. jamdudum audivi. EU. pacem componi  
volo

Meo patri cum matre: nam nunc est irata. CH. i modo.  
EU. Propter istanc. CH. i modo. EU. ergo cura. CH.  
quin tu ergo i modo.

Tam propitiam reddam, quam cum propitia est Juno  
Jovi. 115

*quor. EU. Ambo leniter, talos premis: audisne tu? CH. Jampridem audivi.  
EU. Volo iniri pacem a meo patre cum mea matre: nam est nunc irata. CH.  
I modo! EU. Propter Pasicompasam. CH. Perge modo. EU. Igitur da oper-  
ram. CH. Quin, ergo tu i modo! Efficiam tam placatam, quam quando Juno est  
propitia Jovi.*

---

### ACTUS QUINTI SCENA TERTIA.

LYSIMACHUS, DEMIPHO.

*Huic Scenæ, 'Quasi tu nunquam quicquam,' &c. præscripserant  
Vett. Edd. versus 11. sequentes:\**

LY. Demipho, sapientum illud dictum te audisse reor sæpius,  
Voluptas est malorum esca: quod ea non minus homines  
Quam hamo capiantur pisces: hanc quando fugiant senes,  
Tu tamen senectuti gratiam non habeas: quoniam hæc tibi  
Non abstulit modo, sed in amorem conjectit fortius. 5  
Quo te consiliumque tuum atque mentem perdit funditus,  
Atque oculorum tibi præstringit aciem: me quoque  
In magnum conjectisti malum: nec quid faciam scio. [tecum  
DE. Lysimache, Deum hoc arbitrium est, non hominum: tute hoc  
Si cogites, non æquom te facere arbitrabere, 10  
Quom amico homini, tuique concio, ita succenseas misere;

LY. Demipho, arbitror audivisse frequenter hoc adagium sapientum, Voluptas  
est esca malorum: quia ea homines non minus capiuntur, quam pisces hamo: tam-  
etsi senes ab ea sint immunes, tamen non habes eam gratiam senectuti tuæ: nam  
illa non solum non ademit amorem, sed in eum temet impulit rehementius. Hoc te  
prorsus periret consiliumque tuum, et tuum mentem, et obtundit aciem oculorum tuo-  
rum. Me etiam impulisti in magnum incommodum: neque video quid agam. DE.  
Lysimache, hoc pendet a Diis, non ab hominibus: si id apud te perpendas, animad-  
vertes id non te facere merito, quando sic inreheris in hominem tuum amicum, non

\* Hi undecim versus desunt in B. I. C. C. 2. et Ven. I.

**Q**UASI tu nunquam quicquam assimile hujus facti feceris.  
**L**y. Edepol nunquam : cavi ne quid facerem : vix vivus  
 sum miser !

Nam mea uxor propter illam tota in fermento jacet.

**D**e. At ego expurgationem habeo, ut ne succenseat. 15

**L**y. Sequere me : sed exeuntem filium video meum.

*ignarum tuæ vitæ; quasi tu vitæ; quasi tu nunquam perpetraveris quicquam nunquam perpetraveris quicquam ejusmodi.* Ly. Nunquam profecto ; cavi ne agerem aliquid. *Sum vix vivus infelix ! etenim mea uxor tota est in fermento ejus causa.* De. Sed ego te excusabo, ut non irascatur. Ly. Sequere me. At conspicio meum natum prodeuntem.

\*\*\*\*\*

12 B. 1. *quicquam ad simile.*—13. 14 Hi versus transpositi sunt in B. 1. C. et C. 2. al. *quid fucere multum miser* ; C. 2. *rix virum.*—14 C. *prope illam* ; C. 2. *propte ellā.*—15 At ego eam Parei 3. At ergo Pll. *succenseat C. et C. 2.*

#### NOTÆ

12 *Quasi tu]* Verba sunt Demiphonis increpationem Lysimachi amici ictu[m]que a se deprecantis. Quasi dicat, Tu qui mihi meos amores exprobras, nonne amasti ipse?

14 *Uxor tota in fermento jacet]*

Fermentum symbolum est et acerbitas, et tumoris præ acerbitate;

quasi dicat poëta, turget iracundia.

15 *Expurgationem habeo]* Te excusabo apud eam.

### ACTUS QUINTI SCENA QUARTA.

EUTYCHUS, LYSIMACHUS, DEMIPHO.

**E**u. Ad patrem ibo, ut matris iram sibi esse sedatam sciatis.

**J**am redeo. Ly. placet principium: quid agis? quid sit, Eutyche?

**E**u. Proficiscar ad patrem, ut discat iracundiam matris sibi esse placatam: nunc revertor. Ly. Initium iuvat. Quid moliris? Quid cogitas, Eutyche?

1. 2 Hi versus transpositi sunt in B. 1. C. et C. 2.—2 Jam credo edd. vett.

#### NOTÆ

2 *Placet principium]* Initium boni Eutychi Lysimachum; Græce enim omnis est. Quia videlicet læto sese Eutychus perinde sonat ac bona fortunata. *Placet initium,* id est, faustum bene auguratur Lysimachus. Crederim hoc loco ludere in nomine

Eutychus perinde sonat ac bona fortunatumque est.

**Eu.** Optuma opportunitate ambo advenistis. **Ly.** quid rei est? [jam.

**Eu.** Uxor tibi placida et placata 'st: certe dextras nunc

**Ly.** Di me servant. **Eu.** tibi amicam nullam esse nuntio. 5

**De.** Di te perdant: quid negotii est nam quæso istuc? **Eu.** eloquar. [ram damus.

Animum advortite igitur ambo. **Ly.** quin tibi ambo ope-

**Eu.** Qui bono sunt genere nati, si sunt ingenio malo,

Suapte culpa genere capiunt genus, ingenium improbant.

**De.** Verum dicit hic. **Ly.** tibi ergo dicit. **Eu.** eo illud verum est magis. 10

Nam te istac ætate haud æquom fuerat filio tuo

Adolescenti amanti amicam emtam argento eripere suo.

**De.** Quid tu ais? Charini amica'st illa? **Eu.** ut dissimulat malus!

**De.** Ille quidem illam sese ancillam matri emisse dixerat.

**Eu.** Propterea igitur tu mercatus, novos amator, vetus puer? 15

**Eu.** Venisti uteque admodum tempestive. **Ly.** Quid est negotii? **Eu.** Tua uxor est placata et mansuetu: date manus nunc jam. **Ly.** Dii me servant. **Eu.** Renuntio tibi nullam esse amicam. **De.** Dii te perdant: quidnam rei est, anabo? **Eu.** Edicam itaque; audite uteque. **Ly.** Ecce sumus attenti uteque. **Eu.** Qui sunt procreati nobili sanguine, si sunt improbo animo, addunt labem suo generi, et inquinant ingenium. **De.** Hic dicit verum. **Ly.** Idcirco tibi dicit. **Eu.** Id est hoc magis verum: nam non erat justum te ista ætate abducere a tuo filio, adolescenti amanti, amicam emtam suo are. **De.** Quid dicas tu? illa est amica Charini? **Eu.** Ut dissimulat nequam! **De.** Ille profecto affirmarat sese illam emisse sue matri. **Eu.** Idcirco tu ergo emeras,

\*\*\*\*\*

—3 C. ut venistis; C. 2. nut venistis; B. 1. autem venistis.—4 Edd. quædam vett. pacata. Mox, cette Parei 3.—6 Di me perdunt PII.—8 Verba si sunt non leguntur in B. 1. si deest in PII.—9 'Al. degener, vel de genere, capiunt genus; al. genere capiuntur; al. ex genere cadunt; al. degeneres absunt; al. Suapte culpam genere capiunt genus; al. genere cadunt; genus ingenium ingenio improbant; al. Suapte culpa culpam generi addunt g. i. improbant; al. Sua a culpa genere castiunt ingenium ingenium improbant.' Pareus.—10 B. 1. hic dicit . . .

#### NOTÆ

3 *Optuma opportunitate*] Inter numina sua numerabant veteres opportunitatem.

4 *Certe [cette] dextras*] Id est, date. Nonius: 'A cedo cette:' quasi per contractionem 'cedite.'

9 *Suapte culpa genere capiunt genus*]

Alii, ex genere, quasi dicas 'degener,' ab 'degeneris,' et hoc 'degenere.' Id est, qui sunt nati bono genere, si sunt ingenio malo, genere bono suo capiunt malum genus et ingenium depravant. Id est, abutuntur dotibus a natura concessis, ut deteriores siant.

**LY.** Optime hercle; perge! ego assistam hinc altrinsecus.  
**Quibus** est dictis dignus, usque oneremus ambo. **DE.**  
 nullus sum.

**LY.** Filio suo qui innocentia fecit tantam injuriam.

**EU.** Quem quidem hercle ego, in exilium cum iret, reduxi  
 domum:

Nam ibat exulatum. **DE.** an abiit? **LY.** etiam loquere,  
 larva? 20

Temperare istac ætate istis decebat artibus.

**DE.** Fateor: deliqui profecto. **EU.** etiam loquere, larva?

Vacuum esse istac ted ætate iis decebat noxiis:

Itidem, ut tempus anni, ætatem aliam aliud factum con-  
 venit:

Nam si istuc jus est, senecta ætate scortari senes, 25

Ubi loci res summa nostra est publica? **DE.** hei, perii  
 miser! [dare.]

**EU.** Adolescentes rei agendæ isti magis solent operam

**DE.** Jam obsecro, vobis hercle habete cum porcis, cum  
 fiscina.

*novus amator, senex juvenis.* **LY.** Optime per Herculem: prosequere: ego stabo  
 hinc ex altera parte; oneremus usque ambo hominem convieis que commercetur.  
**DE.** Perii. **LY.** Qui affectat tanta injuria suum filium immeritum. **EU.** Hunc  
 profecto revocavi domum proficiscentem in exilium; nam ibat exulatum. **DE.** An  
 profectus est? **LY.** Adhuc loqueris, larva? Oportebat abstinere in ista ætate,  
 ab istis artibus amatoriis. **DE.** Fateor, peccavi profecto. **EU.** Adhuc loqueris,  
 larva? Oportebat te curere haec ætate ista culpa: aliae actiones decent aliam æta-  
 tem, perinde atque in tempestatibus anni. Nam si illud est jus, senes scortari illa  
 ætate, quo devenit summa nostræ recipublicæ? **DE.** Heu, perii infelix! \* \* \*  
 Per Herculem obsecro vos, habete hanc cum porcis, ac fiscina. **EU.** Restitue tua

*illud est verum.—12 B. 1. redimere suo.—16 C. et C. 2. alterinsecus.—20 Num  
 ibit C. 2. Nam exibat exilium C. larva tu Parei 3. contra codd.—21 B. 1.  
 decet te artibus.—23 B. 1. istuc te ætate his decet noxiis; C. istac ætate diis,  
 omisso ted; C. 2. ætate his. Pro Vacuum, al. ap. Parenm habent Vacuum.—  
 25 B. 1. istuc juvisset.—26 Ubi locist r. s. nostra Pli. est deest in B. 1. Ven. 1.*

#### NOTÆ

15 *Vetus puer]* Id est, delirus se-  
 nEX. Isaías Propheta, ‘Puer centum  
 annorum.’ Philostratus, ‘Ἐν παισὶ μὲν  
 γέρεων, ἐν δὲ γέροντι παῖς. Puer inter  
 senes, senex inter pueros.

20 *Elian loquere, larva]* Non homo,  
 sed larva hominis.

28 *Vobis habete eum porcis, cum fis-  
 cina]* Hoc significat Demipho Pas-  
 compsan filio dimittere se et concede-  
 re. Nata formula loquendi ex iis qui  
 cum fundo porcos habent; id est, pe-  
 cundes omnes in eo natas, quarum vi-  
 lissima est porcus et fiscina. Id est,

**EU.** Redde filio : sibi habeat. **DE.** jam ut volt, per me sibi  
habeat licet.

**EU.** Temperi edepol ! quoniam, ut aliter facias, non est  
copiae. 30

**DE.** Supplicii sibi sumat, quid volt ipse, ob hanc injuriam ;  
Modo pacem faciatis, oro ut ne mihi iratus siet.

Si hercle scivissem, sive adeo joculo dixisset mihi,  
Se illam amare, nunquam facerem, ut illam amanti abdu-  
cerem.

Eutyche, ted oro, sodalis ejus es, serva, et subveni : 35  
Hunc senem para me clientem : memorem dices beneficij.

**LY.** Ora, ut ignoscat delictis tuis atque adolescentiae.

**DE.** Pergin' tu autem, eia ! superbe invehere ? spero ego  
mihi quoque

Tempus tale eventurum, ut tibi gratiam referam parem.

**LY.** Missas jam ego istas artes feci. **DE.** et quidem ego  
dehinc jam. **LY.** nihil. 40

Consuetudine animus rursus te huc inducet. **DE.** obsecro,

*nato : habeat. DE. Habeat nunc, ut rult ; per me licet. EU. Per adem Pollucis  
tempestive ! quandoquidem non potes facere ulter. DE. Sibi capiat ipse supplicium  
quod volet propter hanc contumeliam, dummodo sanciatis pacem ; rogo, ut non sit  
infensus mihi. Per Herculem si scivissem, sive adeo mihi dixisset vel joco, se illum  
amare, nunquam commissem, ut illum avocarem ab amante. Eutyche, te rogo ;  
es ejus suus, tuere et succurre : accipe me tuum clientem, qui sum senex ; dices  
me esse memorem beneficij. LY. Roga ut ignoscat tuis peccatis et jurentuti. DE.  
Pergisne tu vero, eia ! inrepa re arroganter ? Ego spero fore ut ejusmodi tempus  
mihi contingat etiam, ut tibi referam parem vicem. LY. Ego missas feci jam illas  
artes. DE. Et ego quidem dehinc jam faciam. LY. Nihil proficiat ; animus te*

—28 Pll. et Parei 3. hercle vobis habete. Mox, Acidal. cum sportis.—29 Redde  
f. si habeas jam volt.—30 Semper addepol B. 1. et Ven. 1. Temperare edepol C.  
Temperie edepol C. 2.—31 Pronomen sibi deest in B. 1.—32 C. faciat misero ;  
C. 2. faciatis ora ; Bipont. faciatis, misero ut, &c. Delph. faciatis, mis : oro, ut,  
&c. Mox, iratus est Pll. siet deest in B. 1.—33 B. 1. C. et C. 2. loculo.—  
34 Sed illam B. 1. C. 2. Ven. 1.—35 Pll. te oro. Mox C. et C. 2. ejus esse rua  
et subveni.—36 C. benefici ; C. 2. benefici.—37 Pll. delicis tuis ; al. delicis suis ;  
al. delictis hujus.—38 C. 2. hia superbe ; B. 1. hya superbe ; C. huc superbe.—  
40 Missus Pll. artifici et quidem C. C. 2. B. 1. Ven. 1.—41 C. nimus Pll.—

#### NOTÆ

supellectilia omnia mortua, quorum navi apud Lysimachum sportas quas-  
in vilissimis est fiscina. Id est, dam et fiscinam.  
sparta viminea. Alii, pro porcis, le- 30 Temperi] Id est, tempori, seu  
gunt sportis et fiscina. Quod hoc tempore et tempestate, quod dicitur  
magis probandum videtur, quod Pa- per ironiam pro contrario.  
sicompsa forte attulisset secum ex

Satis jam ut habeatis: quin loris cædite etiam, si lubet.

**LY.** Recte dicis: sed istuc uxor faciet, cum hoc resciverit.

**DE.** Nihil opu'st resciscat. **EU.** quid istuc? non rescisces, ne time.

Eamus intro, non utibilis hic locus factis tuis, 45

Dum memoramus, arbitri ut sint, qui prætereant per vias.

**DE.** Hercle quin tu recte dicis: eadem brevior Fabula

Erit: eamus. **EU.** hic est intus filius apud nos tuus.

**DE.** Optume est: illac per hortum nos domum transibimus.

**LY.** Eutyche, hanc volo prius rem agi, quam meum intro  
refero pede m. 50

**EU.** Quid istuc est? **LY.** suam quisque homo rem me-  
minit: responde mihi:

Certon' scis non succensere tuam matrem? **EU.** scio.

**LY.** Vide! **EU.** me vide. **LY.** satis habeo: at quæso  
hercle, etiam vide! [tuo miser.

**EU.** Non mihi credis? **LY.** immo credo, sed tamen me-

**DE.** Eamus intro. **EU.** immo dicamus senibus leges cen-  
seo, 55

Priusquam abeamus, quas leges teneant, contentique sint.

Annos natus sexaginta qui erit, si quem scibimus,

Seu maritum, seu hercle adeo coelibem, scortarier,

reducet huc rursus. **DE.** Te rogo, ut id vobis sufficiat; quin me cædite flagris  
etiam, si lubet. **LY.** Loqueris recte; sed uxor agel id, quando didicerit hoc. **DE.**  
Non est opus ut discat. **EU.** Quid istud? non sciet; ne metue. Ingrediamur:  
hic locus non est commodus tuis factis commemorandis dum arbitri commen-  
tare per vias. **DE.** Per Herculem, tu dicis recte: eadem ratione fabula erit bre-  
vior; eamus. **EU.** Tuus filius est hic apud nos in ædibus. **DE.** Bene est: nos  
præteribimus illac per hortum et ibimus domum. **LY.** Eutyche, volo fieri hanc  
rem, antequam referam meum pedem in ædes. **EU.** Quid est hoc? **LY.** Quisque  
recordatur suæ rei: responde mihi; scisne pro certo tuam matrem non esse irutam?

**EU.** Scio. **LY.** Vide. **EU.** Me vide. **LY.** Sum contentus, et rogo etiam atque  
etiam, vide. **EU.** Non mihi confidis? **LY.** Immo confido, attamen metuo infelix.

**DE.** Ingrediamur. **EU.** Immo existimo nobis esse scribendas leges senibus, prius-  
quam proficiscamur, quas senes observent, et iis conlineantur: si sciamus aliquem,  
seu maritum, seu etiam non maritum, qui erit natus annos sexaginta, amare, nos



42 B. 1. quin locis.—43 Pll. quom hoc.—44 Nihil opus, omisso 'st, al. ap. Pa-  
reum.—45 B. 1. non utibile; Pll. non utibile'st; C. 2. non utibile si hic, &c.  
Mox idem codex factus.—46 C. arbitrium.—47 Pll. qui tu.—48 C. tuos.—  
49 B. 1. illac perortum.—50 C. introire fero.—52 Pll. suscensere. B. 1. mihi  
tuam.—53 Pll. video; me fide. C. id queso; C. 2. id quese; B. 1. id quæro.—  
56 Priusquam habeamus Pll. qua se lege Gulielm. et Parei 3. quas e lege Pll.  
queis se teneant al. ap. Pareum.—57 C. qu'erit, κατ' ἀποστροφήν.—58 Sive m.

Cum eo nos hic lege agemus : inscitum arbitrabimur :  
 Et per nos quidem hercle egebit, qui suum prodegerit. 60  
 Neu quisquam posthac prohibeto adolescentem filium,  
 Quin amet, et scortum ducat ; quod bono fiat modo.  
 Si quis prohibuerit, plus perdet clam, quam si præhibuerit  
 palam.

Hæc adeo, ut ex hacce nocte primum lex teneat senes.  
 Bene valete, atque, adolescentes, hæc si vobis lex placet, 65  
 Ob senum hercle industriam, vos æquom est clare plaudere.

*eum vocabimus in judicium ; judicabimus eum esse minime scitum : ille qui suum profuderit, egebit, nobis sineutibus. \* \* \* Hæc lex sit senibus posita primum ex hacce nocte. Bene valete ; et si hæc lex vobis placet, juvenes, fas est vos plaudere clare propter industriam senum.*

\*\*\*\*\*

*sive edd. quædam vett. scotarier C.—61 Pll. filia.—63 Particula quam deest in Pll. B. 1. et Ven. 1. Post hunc vs. aliqui malint legi vs. 60.—61 B. 1. ex hac nocte p. lex t. senex.—66 Obsenum B. 1. Mox idem codex, plaudite.*



M. ACCII PLAUTI  
P S E U D O L U S.

---

DRAMATIS PERSONÆ.

PSEUDOLUS, *Servus.*  
CALIDORUS, *Adolescens.*  
BALLIO, *Leno.*  
LORARII quatuor.  
SIMO, } *Senes.*  
CALLIPHO, }  
HARPAX, *Cacula.*  
CHARINUS, *Adolescens.*  
PUER.  
COCUS.  
SIMIA, *Sycophanta.*  
PHœNICIUM, *Meretrix.*

---

ARGUMENTUM, UT QUIBUSDAM VIDETUR, PRISCIANI.

Præsentes numerat quindecim miles minas :  
Simul consignat symbolum, ut Phœnicium  
Ei det leno, qui eum cum reliquo afferat.  
Venientem Caculam intervertit symbolo,

*Miles* solvrat quindecim minas præsenti pecunia : una obsignat symbolum, ut  
leno tradat Phœnicium servo, qui illud cum ceteris afferat. Pseudolus ait se esse

\*\*\*\*\*

2 Pl. simbolum. C. Phœnicum ; C. 2. Phœnicum.—3 Sibi det B. 1. qui eum

NOTÆ

1 Præsentes] Dictum est in argumento Fabulæ militem emisse Phœni-

Dicens Syrum se Ballionis, Pseudolus:  
Opemque herili ita tetulit: nam Simiae  
Leno mulierein, quem is supposuit, tradidit.  
Venis Harpax verus: res palam cognoscitur:  
Senexque argentum, quod erat pactus, reddidit.

5

*Syrum servum Ballionis, et intercepit symbolum a calone adveniente: et sic opitulatus est filio heri: nam leno dedit Simiae, quem Pseudolus summisit, meretricem. Venit verus Harpax: res detegitur: senex restituit pecuniam quam erat pollicitus.*

---

*cum reliquom al. ap. Pareum.—5 B. 1. se tabellionem.—6 Pl. ita tulit. C. et C. 2. si nimiae.*

## NOTÆ

cium puellam viginti minis a lenone, que minis.  
et quindecim numeravisse. 6 *Herili*] Calidoro.  
3 *Cum reliquo*] Cum reliquis quin-

---

## ALIUD ARGUMENTUM CAMERARII.

HUJUS Fabulæ laudatio extat Ciceroniana: in cujus Catone ipse Cato dicit: 'Quam gaudebat bello suo Punico Nævius; quam Truculentus Plautus, quam Pseudolo!' Ac est Truculentus quidem ita depravatus, ut nulla alia Fabula Fabularum Plautinarum magis, tam in expressis, quam in MSS. libris. Pseudolus autem et beneficio veterum librorum, et nostra diligentia, maxima parte restitutus integritati, facile probat lectori, se non sine causa tantopere placuisse Ciceroni. Argumentum est varium et plane mirificum. Senes duo satis commodi. Adolescens amore perditus. Servus veterator et fraudulentus. Leno sceleratus et perfidus; a quo per fallacias subitæ occasionis abducitur amica filii herilis consilio servuli. Hæc exponuntur admodum copiose et luculente, cum actione multiplici.

## PROLOGUS.\*

STUDETE hodie mihi: bona in scenam affero:  
Nam bona bonis ferri reor æquom maxume;

*Favete mihi hodierna die; apporto fuusto in theatrum: etenim existimo æquissi-*

---

\* 'Hic Prologus Plauti non est.' Pareus. Nec in codd. C. C. 2. B. 1. ex-

Ut mala malis : ut, qui mali sunt, habeant mala ;  
 Qui boni, bona : bonos quod oderint mali,  
 Sunt mali : malos quod oderint boni, bonos 5  
 Esse oportet : vosque ideo estis boni ; quandoquidem  
 Semper odistis malos ; et lege, et legionibus  
 Hos fugitastis, Quirites, successis bonis.  
 Huic vos nunc pariter bonam boni operam date gregi,  
 Qui bonus est, et hodie ad bonos assert bona. 10  
 Aures, oculi, animus, ampliter fient saturi.  
 In scenam qui jejonus venerit, aut sitiens,  
 Is risu et ventre raso vigilabit sedulo :  
 Dum ridebunt saturi, mordebunt famelici.  
 Nunc si sapitis, cedite, jejunii, atque discedite : 15  
 Vos, saturi, state, immo sedete, atque attendite :  
 Non argumentum, neque hujus nomen Fabulæ  
 Nunc proloquar ego : satis id faciet Pseudolus :  
 Satis id dictum vobis puto jam, atque deputo.  
 Ubi lepos, joci, risus, vinum, ebrietas decent, 20  
 Gratiæ, decor, hilaritas, atque delectatio ;

*mum apportari bona ad bonos, sicut mala ad malos; ut, qui existunt mali, sentiant mala; qui boni, bona. Mali sunt mali, quia versantur bonos: oportet bonos esse bonos, quod odio prosequantur malos. Itaque vos estis boni; quandoquidem versatis estis semper malos; vos eos fugastis, Quirites, feliciter et legibus et armis. Præbetate nunc attentionem huic turbæ actorum, quæ est bona, et apportat hodie bonu ad bonos. Aures, oculi, mens largiter pasceatur. Is qui accesserit imprausus ad theatrum, aut sitibundus; idem insomnis erit attente risu, et abdomen depresso: intereadum cœnati ridebunt, jejunii nos carpent. Nunc si sani estis, egredimini famelici, atque abite: vos pransi consistite; immo sedete et audite attente. Ego non propono nunc argumentum, neque nomen hujus Comædiae. Pseudolus id præstabat; existimo nunc id esse satis dictum. Ubi festivitas, joci, risus, vinum, temulentia adsunt; gratiæ, decor, jucunditas atque oblectatio; is qui expectat alta,*

\*\*\*\*\*

tat, nisi duo postremi versns.—1 Gulielm. bonam sc̄aram.—11 Parei 3. saturi

## NOTÆ

1 *Bona in scenam affero]* Alii, bonam sc̄aram, quasi dicat, auspicato, bono auspicio venio; quia auspicia, quæ fiunt a sc̄era, seu sinistra, ad dextram, sunt fausta.

8 *Fugitastis]* Id est, fugastis, a 'fugo,' 'fugito.'

Successis bonis] Successibns. Successa bona, quæ bene succedunt.

Cicero: 'Nam enim omnia mea causa velles mihi successa, tñni etiam tua.' 'Homo ventus,' 'adventus,' 'discessus,' 'antecessus,' qui venit, advenit, discessit, antecessit. 'Sol occasus,' qui occidit.

13 *Risu]* Spectatorum.

Ventre raso] Ventre depresso, et cibis vacuo.

Qui quærit alta, is malum videtur quærere.  
 Curas malas abjicite jam, ut otiosi hodie.  
 Exporgi meliu'st lumbos, atque exsurgier.  
 Plautina longa fabula in scenam venit.

25

*videtur expectare infortunium. Deponite nunc molestas solicitudines, ut sitis hodie quieti. Est satius explicare lumbos et surrigere. Longa Comœdia Plauti procedit in theatrum.*

fient ampliter.—13 Al. pro raso, habent lasso.—22 Qui q. alia his Parei 3.—  
 24 Exporci Pll. Ex porci B. 1. melius lumbos C. C. 2. B. 1. Ven. 1. exurger  
 B. 1. Pll. et Ven. 1.

## NOTÆ

24 *Exporci]* Exporrigi lumbos; qui      *Exsurgier]* Id est, exsurrigere lumbos; quod idem est ac ‘exporgere,’ qui stant rectis, exorrectis; *exporci*, sen ‘exporrigere’ lumbos, quod est igitur, idem est ac surgere.      ntrumque discessum meditantis.

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

PSEUDOLUS, CALIDORUS.

Ps. Si ex te tacente fieri possem certior,  
 Here, quæ miseriæ te tam misere macerant,  
 Duorum labori ego hominum parsissem lubens,  
 Mei te rogandi, et tui respondendi mihi.  
 Nunc, quoniam id fieri non potest, necessitas

5

Ps. Here, si possem discere ex te silente quæ aggritudo te conficiat tam miserabilem in modum; ego abstinerem libenter a molestia utrinque nostrum, mea in te percontando, et tua in reponendo: sed quia jam id nequit fieri, necessitus me cogit,

2 B. 1. *macerat.*—3 *Duum laboris* al. ap. Pareum. *libens* B. 1.—4 *Mei inter-*

## NOTÆ

2 *Miseriae te tam misere]* Est batologia in Planto passim obvia, pro miseriæ, quæ te tantopere macerant.

*Macerant]* ‘Macero’ nonnunquam maerum et exsucnum reddo significat: interdum et madefacio, quod est ferme contrarium. In Captivis,

‘satis me cura et lacrymis maceravi.’

3 *Parsissem]* ‘Parco’ habet interdum ‘parsi,’ pro ‘pepersi,’ et vetus ‘pareni.’

4 *Mei te rogandi]* Pro labore meo in te rogando; est Hellenismus, ut πόνος μου.

Me subigit, ut te rogitem : responde mihi :  
 Quid est, quod tu exanimatus jam hos multos dies  
 Gestas tabellas tecum, eas lacrumis lavis,  
 Neque tui participem consilii quenquam facis ?  
 Eloquere, ut quod ego nescio, id tecum sciam. 10  
**C.** Misere miser sum, Pseudole ! **P.** id te Juppiter  
 Prohibessit. **C.** nihil hoc Jovis ad judicium attinet.  
 Sub Veneris regno vapulo, non sub Jovis.  
**P.** Licet me id scire quid sit ? nam tu me antidhac  
 Supremum habuisti comitem consiliis tuis. 15  
**C.** Idem animus nunc est. **P.** fac me certum quid tibi  
 est.  
 Juvabo aut re, aut opera, aut consilio bono.  
**C.** Cape has tabellas, tute hinc narrato tibi,  
 Quæ me miseria et cura contabefacit.  
**P.** Mos tibi geretur : sed quid hoc quæso ? **C.** quid  
 est ? 20  
**P.** Ut opinor, quærunt literæ hæ sibi liberos,  
 Alia aliam scandit. **C.** ludis me ludo tuo.  
**P.** Has quidem pol, credo, nisi Sibylla legerit,

*ut a te scisciter. Repone mihi, quare jam a compluribus diebus, tu mortuo similis portas tecum epistolas, eas aspergis fletibus, neque reddis ullum conscientiu[m] tuorum consiliorum? Aperi mihi, ut cognoscam, perinde atque tu, id quod ego ignoro. C.* Pseudole, sun infeliciter infelix ! **P.** Jupiter ureat a te id. **C.** Hoc non pendet ab arbitrio Jovis. *Do p[er]nas sub regno Veneris, non sub regno Jovis. P.* Possumne scire quid id sit ? *Nam tu voluisti hactenus me esse imprimit pars* participem tuorum consiliorum. **C.** Est adhuc eadem mens. **P.** Aperi mihi quid tibi sit ; tibi opitulabor, aut fortunis, aut labore, aut bono consilio. **C.** Accipe has literas ; inde doce teipse quæ aegritudo et solicitude me maceret. **P.** Tibi obtengo. Sed quid est hoc amabo ? **C.** Quid est ? \* \* \* **P.** Evidem existimo nem-

\*\*\*\*\*

rogandi B. 1. et te respondendi Pll.—12 B. 1. nil hoc.—14 B. 1. antehac.—

## NOTÆ

13 *Sub Veneris regno*] Olim juvenes et virgines ab anno decimo ad decimum octavum sub regno Veneris esse eredabantur : itaque ictunculas et togulas Veneri offerebant, quam fortunam virginalem appellabant, ut Jnnonem mulieres vocabant fortunam muliebrem. Votis vero suis virginæ et juvenes potiti, munera Ve-

neri offerebant ; et illæ quidem coronas florum, hi vero zonas amasianas. Sie videlicet vapulabat sub regno cupiditatis corrupta per peccatum primi parentis natura.

23 *Nisi Sibylla legerit*] Quia partim legendæ erant literæ, partim divinandæ.

Interpretari alium potesse neminem.

CA. Cur inclementer dicis lepidis literis, 25

Lepidis tabellis, lepida conscriptis manu ?

Ps. An obsecro hercle, habent quoque gallinæ manus ?

Nam has quidem gallina scripsit. CA. odiosus mihi es.

Lege, vel tabellas redde. Ps. immo enim pellegam :

Advortito animum. CA. non adest. Ps. at tu cita. 30

CA. Immo ego tacebo, tu hinc ex cera cito :

Nam istic meus animus nunc est, non in pectore. [cro ?

Ps. Tuam amicam video, Calidore. CA. ubi ea est, obse-

Ps. Eccam in tabellis porrectam : in cera cubat.

CA. At te Di Deæque quantus es. Ps. servassint qui-  
dem. 35

CA. Quasi solstitialis herba paulisper fui :

Repente exortus sum, repento occidi.

Ps. Tace, dum tabellas pellego. CA. ergo quin legis ?

Ps. Phœnicium Calidoro amatori suo

Per ceram et linum literasque interpretes 40

*nem posse has legere præter Sibyllam, nullumque alium posse explicare. CA. Quare maledicis venustis literis, epistolæ venuste, epistolæ exoratae venusta manu ? Ps. An amabo, sunt gallinis etiam manus ? Nam sine dubio gallina has exaravit. CA. Ineiusus mihi es. Lege epistolam, vel restitue. Ps. Immo perlegam : adhibe mentem. CA. Mea mens non præsto est. Ps. At tu eam revoca. CA. Immo ego silebo. Tu revoca eam ex hac cera ; nam mea mens est nunc istic, non in pectore. Ps. Conspicor tuam amicam, Calidore. CA. Ubi est, quæso ? Ps. Adest strata in epistolis ; jacet in cera. CA. At Dii et Deæ quantus es te perdant. Ps. Servent sane. CA. Vixi parumper ; relut herba Ephemeris, natus repente, interii repente. Ps. Sile, interea dum lego epistolam. CA. Quare non legis igitur ? Ps. Phœnicium mittit salutem Calidoro suo amatori per ceram et linum, et literas*

\*\*\*\*\*

16 Pl. tibi'st ; B. 1. tibi sit.—19 Al. ap. Pareum contubescit.—24 Parei 3. posse reor neminem ; C. 2. Interpretari posse neminem.—25 Cur clementer C. 2.—27 C. C. 2. B. 1. Ven. 1. habentque galinx.—31 Parei 3. tu hinc eum, contra codd.—32 Jam istic B. 1.—33 B. 1. ubi east.—35 At Dii al. ap. Pareum. quantus C. 2. quantumst B. 1. quantus's Parei 3.—36 Quasi solsticial C. Quasi

#### NOTÆ

36 *Solstitialis herba*] Solstitialis herba, quæ et Ephemerus, solstitiali die, calente videlicet maxime sole, nascitur, et intra unum diem arescit : sic dicit se paulisper fuisse, id est vixisse, Calidorus.

nimirum epistolæ scribebantur in tabulis ligneis cera inductis ; deinde involutæ lino circumposito sigillo muniebantur, alia cera impresso, ne aperirentur. Nos sericeo filo complicatas cartas sigilloque munimur.

40 *Per ceram et linum*] Alii lignum;

|  |    |
|--|----|
| Salutem mittit, et salutem abs te expetit,                         |    |
| Lacrumans titubanti animo, corde, et pectore.                      |    |
| <b>C.</b> Perii ! salutem nusquam invenio, Pseudole,               |    |
| Quam illi remittam. <b>Ps.</b> quam salutem ? <b>C.</b> argenteam. |    |
| <b>Ps.</b> Pro lignean' salute vis argenteam                       | 45 |
| Remittere illi ? vide sis, quam tu rem geras.                      |    |
| <b>C.</b> Recita modo : ex tabellis jam faxo scies,                |    |
| Quam subito argento mihi usus invento siet.                        |    |
| <b>Ps.</b> Leno me peregre militi Macedonico                       |    |
| Minis viginti vendidit, voluptas mea :                             | 50 |
| Et priusquam hinc abiit, quindecim miles minas                     |    |
| Dederat ; nunc unæ quinque remorantur minæ :                       |    |
| Ea causa miles hic reliquit symbolum,                              |    |
| Expressam in cera ex anulo suam imaginem,                          |    |
| Ut qui huc afferret ejus similem symbolum,                         | 55 |
| Cum eo simul me mitteret : ei rei dies                             |    |
| Hæc præstituta est, proxuma Dionysia.                              |    |
| <b>C.</b> Cras ea quidem sunt : prope adest exitium mihi,          |    |
| Nisi quid mihi in te est auxilii. <b>Ps.</b> sine pellegam.        |    |
| <b>C.</b> Sino : nam mihi video cum ea fabularier.                 | 60 |

*suis internuntias, et exoptat a te salutem, plorans mente ancipiit, corde, et pectore.*  
**Ca.** Occidi ! Pseudole, reperio nusquam salutem, quam illi remittam. **Ps.** Quam  
salutem ? **Ca.** Argenteam. **Ps.** Visne illi remittere salutem argenteam pro  
ligneas ? Vide si vis, quid facias. **Ca.** Lege modo ; efficiam nunc ut intel-  
ligas ex epistolis, quam celeriter mihi pecunia sit reperienda. **Ps.** Leno me ren-  
dit militi peregrino Macedonicō viginti minis, mea voluptas ! et miles nume-  
ravit quindecim minas antequam proficisceretur hinc ; nunc quinque minae tan-  
tum retardant ; idcirco miles reliquit suam imaginem expressam ex annulo in  
cera pro tessera, ut leno me mitteret cum eo, qui afferret similem notam.  
*Proxima Dionysia est dies destinata ei rei.* **Ca.** Dionysia prefecto sunt cras.  
Exiitum instat, nisi mihi est quiddam adjumentum a te. **Ps.** Patere ut per-  
legam. **Ca.** Patior : nam mihi videor logui eum ea : lege ; mihi propinas nunc

*solsticias C. 2.—38 Pl. pelligo.—40 Meurs. et Lips. Per ceram et lignum.—43 Peri C.—45 Pro lignea B. 1.—49 C. pro militi, habet milicia. Bipont. Macedonia.—53 C. symbolum; C. 2. simbolum.—55 C. symbulum.—60 Pl. quom ea.—*

## NOTE

53 *Symbolum*] Symbola est pecunia, quam quisque pendit pro se in cœnam communem; nos Galli appellamus *chacun son écot*. Symbolum est aliquod signum de quo convenienter in aliquam rem, ut arrha est signum rei venditæ. Sigillum est a signo, quia

erat in annulo signatorio imago, ant  
emblema ejus enjus erat signum, sen  
sigillm. Isidorus: 'Veteres quan-  
do aliquid sibi promittebant stipulam  
tenentes frangebant, quam iterum  
jungentes suas sponsiones agnose-  
bant.' 'Symbolus' est Plauto idem

Lege, dulce amarumque una nunc misces mihi.

Ps. Nunc nostri amores, mores, consuetudines,

Jocus, ludus, sermo, suavis saviatio,

Compressiones arctæ amantum comparum,

Teneris labellis molles morsiunculæ,

65

Papillarum horridularum oppressiunculæ,

Harum voluptatum mihi omnium, atque itidem tibi

Distractio, discidium, vasticies venit,

Nisi quæ mihi in te 'st aut tibi est in me salus.

Hæc quæ ego scivi, ut scires curavi omnia :

70

Nunc ego te experiar quid ames, quid simules : vale.

CA. Est misere scriptum, Pseudole ! Ps. o miserrume !

CA. Quin fles ? Ps. pumiceos oculos habeo : non queo

Lacrumam exorare ut exspuant unam modo.

CA. Quid ita ? Ps. genus nostrum semper siccoculum  
fuit.

75

CA. Nihilne adjuvare me audes ? Ps. quid faciam tibi ?

CA. heu !

Ps. Heu ? id quidem tibi hercle, ne parsis, dabo.

CA. Miser sum ; argentum nusquam invenio mutuom,

*una dulce et amarum. Ps. Nunc divelluntur ab invicem, discinduntur, evertuntur amor, obsequia, familiaritates, jocus, ludus, confabulatio, oscula, \* \* \* \* et omnes voluptates tuæ maque, nisi mihi est in te aliquid præsidii, aut tibi in me. Curavi ut intelligeres omnia hæc, que ego accepi. Nunc ego periculum faciam utrum diligas, utrum simules. Vale. CA. Id est scriptum tristissime, Pseudole ! Ps. O miserrime Culidore ! CA. Non lacrymaris ? Ps. Habeo oculos pumiceos : neque ab his impetrare ut deponant vel unam lacrymulam. CA. Quare ? Ps. Nostrum genus fuit semper durum ad lacrymas. CA. Nonne potes mihi opitulari ? Ps. Quid tibi opis afferam ? CA. Heu ! Ps. Tibi supeditabo, heu ! ne parce utaris. CA. Sum infelix ; reperio nullibi pecuniam mu-*

63 Edd. quædam vett. *suaviatio*, contra codd.—64 B. 1. *arte amantium comparatae*. C. *corporum*.—67 C. et C. 2. *ibidea tibi*.—68 C. *vasticies*; B. 1. *rastigies*.—70 Hæc q. e. scibi C. et C. 2.—71 Donz. *nunc ego re experiar*.—73 C. *pumiceos*.—74 B. 1. *ut expwan* ; C. *ut exputant*.—76 Pil. *me ades*. Mox, B. 1. *eheu*.—77 Eheu C. C. 2. et Parei 3. *tibi deest in B. 1. ne par sis Phlug*. C. C. 2.

#### NOTÆ

quod symbolum.

parce, ejules. Alii *neparcis*, uno ver-

71 *Nunc ego te experiar*] Alii *re*.

bo, eoque adverbio, scribunt: ut in

74 *Lacrumam ut exspuant*] Trans-  
lato vernilis.

eadem comicò est ‘ingratiis,’ ‘invitiis.’ *Neparcis* est idem atque minime

77 *Ne parsis*] Ne peperceris, ne

parce, abunde.

Pseudole. Ps. heu! Ca. neque intus nummus ullus est.

Ps. eheu!

Ca. Ille abducturus est mulierem cras. Ps. eheu! 80

Ca. Istoccine pacto me adjutas? Ps. do id quod mihi est: Nam is mihi thesaurus jugis in nostra est domo.

Ca. Actum hodie de me est: sed potes nunc mutnam Drachmam dare mihi unam, quam cras reddam tibi?

Ps. Vix hercle opinor, si me opponam pignori. 85

Sed quid de drachma facere vis? Ca. restim volo

Mihi emere. Ps. quamobrem? Ca. qui me faciam pensilem.

Certum est mihi ante tenebras persecui tenebras.

Ps. Quis mihi igitur drachmam reddet, si dederim tibi?

An tu te ea causa vis sciens suspendere, 90  
Ut me defraudes drachma, si dederim tibi?

Ca. Profecto nullo pacto possum vivere,  
Si illa a me abalienatur atque abducitur.

Ps. Quid fles, cucule? vives. Ca. quid ego ni fleam?

*tuam, Pseudole. Ps. Heu! Ca. Neque habeo ullum nummum. Ps. Eheu! Ca. Ille abducturus est crastina die mulierem. Ps. Eheu! Ca. Itane vero mihi auxiliuris? Ps. Do id quod habeo: num habeo illum thesaurum perennem in nostris ædibus. Ca. Est actum de me hodie; sed nonne potes nunc mihi dare unam drachmam mutuam, quam tibi reddam cras? Ps. Profecto vix arbitror posse, etiam me dem in pignus. Sed quid opus est drachma? Ca. Volo mihi comparare funem. Ps. Quapropter? Ca. Ut me suspendam: constitui mihi consicere mortem, antequam dies abeat. Ps. Quis igitur mihi restituit drachmam, si tibi dederim? An idecirco tu vis te suspendere consulto, ut mihi suffureris drachmam, si tibi dederim? Ca. Profecto nequeo vivere, si alius eam habeat, et abducitur a me. Ps. Quid fles, cucule? vives. Ca. Quare non plorem? Qui*

---

*ne parcus al. ap. Parenū; ne parcis al. ibid.—78 C. ireno.—79 B. 1. eheu...heu; Pll. heu ... heu.—80 Ille adjecturus B. 1. et a m. sec. adrecturus.—81 B. 1. adjurias; Pll. adtuas; unde Parenū conj. adduas.—82 C. thensauros.—83 B. 1. hodie jam est de me. C. quod potes.—84 C. beddam tibi; Bipont. reddibo tibi.—85 B. 1. C. 2. et Parei 3. opinor est. Mox, B. 1. pignri.—86 Sed quid una dragma B. 1. Sed quidem a drachuma Pll.—88 Bipont. tenebras persecui.—89 C. drachumam sic dederim; C. 2. etiam drachumam.—91 C. defrudes.—*

#### NOTÆ

85 *Si me opponam pignori] Si je me mettois en gage.* Persequi tenebras, id est, mortem.

87 *Faciam pensilem] Me suspen-* 91 *Cucule] Adulter. Nota avis  
dam.* quæ alieno in nido ova ponit. De  
hac supra.

88 *Ante tenebras] Id est, noctem.*

Cui nec paratus nummus argenti siet, 95  
 Neque cui libellæ spes sit usquam gentium.  
 Ps. Ut literarum ego harum sermonem audio,  
 Nisi tu illi drachmis fleveris argenteis,  
 Quod tu istis lacrumis te probare postulas,  
 Non pluris refert, quam si imbre in cibrum geras. 100  
 Verum ego te amantem, ne pave, non deseram.  
 Spero, alicunde hodie me bona opera, aut hac mea,  
 Tibi inventurum esse auxilium argentarium.  
 Atque id futurum unde, unde dicam nescio ;  
 Nisi quia futurum est : ita supercilium salit. 105  
 CA. Utinam quæ dicas, dictis facta suppetant !  
 Ps. Scis tu quidem hercle, mea si commovi sacra,  
 Quo pacto et quantas soleam turbellas dare !  
 CA. In te nunc sunt omnes spes ætati meæ.  
 Ps. Satin' est, si hanc hodie mulierem efficio tibi, 110

*ne nummum quidem habeam in promptu, neque ullam spem nummi ullibi. Ps. Ut ego audio ex contextu illarum literarum, nisi tu fleveris illi drachmis argenteis, unorem quem vis ostendere istis lacrymis non pluris faciet quam si portare velis aquam in cibro. Sed ego non te deseram amantem, ne metue; confido me tibi reperturum esse hodie auxilium, suppeditata pecunia aliqua ex parte, sive bona arte, sive hac mea mala. Atque ignoro unde suppeditaturus sim, nisi quia sum suppeditaturus. Nam supercillum sic monet suo motu. CA. Utinam facta respondeant dictis ! Ps. Profecto si succutiam meas fraudes, nosti quot et quantos soleam concitare motus. CA. Omnis spes meæ salutis est nunc in te. Ps. Estne satis, si efficio hodie ut habeas hanc mulierem, aut si tibi*

\*\*\*\*\*

94 Grut. vire.—96 Neque habere spes B. 1.—98 Nisi tu illis B. 1. dracmis Pl. —99 B. 1. lacrumis argenteis te. Mox, C. provare.—100 Bipont. in cibrum in- geras.—101 Particula non deest in C.—102 B. 1. et Meurs. bona opera aut mala ; al. ap. Pareum, bona avi opera mala.—103 C. aut xilium.—104 At id al.

#### NOTÆ

96 *Libellæ*] Libella nummus argenteus, decima denarii pars. A libra, libella.

102 *Bona opera, aut hac mea*] Aut recta ratione, aut via aliqua dolosa, ac me servo digna.

105 *Ita supercilium sulit*] Captabant ex motu enjusvis partis corporis superstitionis veteres seu bona, seu mala auspicia : hic ex superciliis motu. Isidorus : ‘ Salisatores seu saltatores

vocati sunt ; quia dum eis membrorum quæcumque partes salierint, aliquid exinde sibi prosperum, seu triste significari prædicunt. Ad hæc omnia pertinent et ligaturæ execrabilium remediorum, quæ ars medicorum condemnat,’ &c. Id est, fascinata.

107 *Mea si commovi sacra*] Meas artes.

Tua ut sit, aut si tibi do viginti minas ?

**C.** Satis, si futurum est. **Ps.** roga me viginti minas.

Ut me effecturum tibi, quod promisi, scias,

Roga obsecro hercle : gestio promittere.

**C.** Dabisne argenti mihi hodie viginti minas ? 115

**Ps.** Dabo, molestus nunc jam ne sis mihi.

Atque hoc ne dictum tibi neges, dico prius,

Si neminem alium potero, tuum tangam patrem.

**C.** Di te mihi omnes servent ! verum si potes,

Pietatis cansa, vel etiam matrem quoque. 120

**Ps.** De istac re in oculum utrumvis conquiescito.

**C.** Oculum utrum, anne in aurem ? **Ps.** at hoc pervalgatum est minus.

Nunc ne quis dictum sibi neget, dico omnibus,

Pubes præsenti, in concione, omni populo,

Omnibus amicis, notisque edico meis, 125

In hunc diem a me ut caveant, ne credant mihi.

**C.** St ! tace obsecro hercle. **Ps.** quid negotii est ? **C.** ostium.

Lenonis crepuit. **Ps.** crura mavellem modo.

*numero viginti minas ? C. Satis, si feceris. Ps. Pete a me viginti minas. Ut intelligas me facturum quod tibi sum pollicitus ; pete a me amabo : exopto polliceri. C. Mihine numerabis hodie viginti minas argenti ? Ps. Numerabo ; ne mihi sis nunc importunus : et ne dicas tibi non esse dictum, id tibi dico prius : circumveniam tuum patrem, si neminem potero alium. C. Cuncti Dii te mihi servent ! sed si potes, vel etiam adorire matrem propter pietatem. Ps. Quod ad istud spectat quiesce in utrumque oculum de ista re. C. Utrum in utrumque oculum, an in utramque aurem ? Ps. Illud est minus perrulgatum. Nunc, ne quis dicat sibi non esse dictum, dico universis, eorum juventute in concione, universæ plebi, cunctis amicis, et meis notis, ut caveant a me in hanc diem, ne mihi credant. C. St ! sile, amabo. Ps. Quid est rei ? C. Ostium lenonis crepuit. Ps. Malleum*



ap. Pareum.—108 Edd. quædam vett. turbelas.—113 Ut me affecturum C. quo promisi PH.—115 Davisne C. C. 2. et Parei 3. hodie C.—117 C. tibi neces.—119 Voc. omnes deest in B. 1.—122 Al. ap. Pareum, an in aurem.—124 Bi-

#### NOTÆ

118 *Tuum tangam patrem*] Tange-  
re, hoc loco, frandare, circumve-  
nire.

124 *Pubes præsenti*] Festus : ‘Pu-

bes, adolescens, qui etiam vesticeps  
vocatur. Cui contrarium investis pu-  
bes, et pro plurimum puberum nume-  
ro dici solet.’

**CA.** Atque ipse egreditur penitus perjurum caput.

*ut crura crepnissent.* **CA.** Et ipse infidus homo egreditur ex aedibus.

pont. omni poplo.—127 *'St taceo* C.—129 Meurs. egreditur Paenus, perjurum caput; Pl. ipse egreditur intus perjuri caput; C. 2. ipse egreditur intus perjurum caput; B. 1. ipse e. penitus perjurium caput.

#### NOTÆ

129 *Perjurum caput*] Homo perjurus.

### ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

**LENO, LORARII IV., PSEUDOLUS, CALIDORUS.**

**LE.** EXITE, agite, ite, ignavi, male habiti, et male conciliati,

Quorum nunquam quicquam quoiquam venit in mentem,  
ut recte faciant : [pari usura.

Quibus nisi ad hoc exemplum experior, non potest usurpare  
Neque ego homines magis asinos unquam vidi, ita plagis  
costæ callent.

Quos dum ferias, tibi plus noceas : eo enim ingenio hi sunt  
flagritribæ, 5

Qui hæc habent consilia, ubi data occasio est, rape, clepe,  
tene, harpaga,

Bibe, es, fuge : hoc est eorum opus : [todes.

Ut mavelis lupos apud oves linquere, quam hos domi cus-

**LE.** Agite, prodite, pergite, socordes servi, quos adeo piget habere et emisse,  
quorum nullus unquam induxit in animum, ut recte ageret ; quibus uti nequeo nisi  
excipiam hoc modo. Nunquam ego ridi homines magis contumaces ; adeo latera  
indurata sunt verberibus. Quando eos cædis, te cædas magis : nam illi mastigæ  
sunt eo animo, ut ineant ejusmodi consilia : quando occasio sese offert, inquiunt, aufer,  
furare, retine, attrahere, pota, liguri, fuga te proripe. Hoc est eorum institu-  
tum : adeo ut malis lupos versari inter oves, quam hos custodes domi. Sed quando

3. B. 1. usura usurpari.—5 Idem codex, flagritibæ ; al. ap. Parenum, flagricibæ.  
—6 C. 2. rape, depe.—7 Bibe, confuge B. 1. Bile es fugi C. Bibe es fugi C. 2.

#### NOTÆ

1 *Male habiti, et male conciliati*] Con-Hic de segnibus servis, alibi de infi-  
vicia in eos jaci solita quibuscum nos dis amicis.  
piget aliquam iuvuisse societatem. 6 *Clepe*] Furare, a κλέπτω, furor.

At faciem cum aspicias eorum, haud mali videntur; opera fallunt.

Nunc adeo, hanc edictionem nisi animum advortitis omnes, 10

Nisi somnum socordiamque ex pectore oculisque amovetis, Ita ego vostra latera loris faciam, ut valide varia sint:

Ut ne peristromata quidem æque picta sint Campanica, Neque Alexandrina belluata conchyliata tapetia.

Atque heri ante dixeram omnibus, dederamque eas provincias: 15

Verum ita vos estis perditæ, negligentes, ingenio improbo, Officium vostrum ut vos malo cogatis commonerier.

Nempe ita animati estis vos: vincite hoc duritia ergo atque me. [vortite,

Hoc vide sis, ut alias res agunt! hoc agite, hoc animum ad-Huc adhibete aures, quæ ego loquar, plagigera genera hominum. 20

Nunquam edepol vostrum durius tergum erit, quam tergium hoc meum. [spernit.

Qui nunc? doletne? hem! sic datur, si quis herum servos

*intueris eorum vultum, tibi apparent minime mali; decipiunt revera. Nunc adeo, nisi animadvertis omnes huc monita, nisi areritis somnolentiam et negligentiam a pectore et oculis, ego efficiam ut vestra latera sint sic notata loris, ut peristromata Campanica, aut tapetes Alexandrini sint perinde conchyliis tincti, et belluus picti. Atque dixeram antea cunctis, præscripseramque ea mandata, verum vos estis ita nequam, segnes, perversa mente, ut me adigitis vos admovere vestri officii adhibitus panis. Nimirum vos estis ita affecti. Sperate igitur hoc lorum et meas vires duro tergo. Animadverte, si vis hoc, quomodo faciunt alias res! Agite hoc, animadvertisse hoc, commodate aures huc, audite que ego edicam, o homines plagiis gerendis idonci. Per aedem Pollucis vestra latera nunquam erunt solidiora quam hoc lorum bubulum. Quo animo estis? doletne? si quis servus contemuit he-*

—8 *Ut induellis lupos Pli.*—10 *Douza, Nunc habeo hanc edictionem;* Al. ap. Pareum, *edictionem animum advortite;* C. *advertis;* B. 1. *editionem n. a. advortis.*—11 Edd. quædam vett. *amovebitis.*—12 Parei 3. *varia sient;* C. 2. *varia sunt.*—14 *Pli. belluata.* Mox, *consulta tapetia Grut.* *consilium appetia C.* *consilia tappetia C. 2. consulta tapetia al. consiliata tapetia Parei 3.*—15 C. *heri a me dixi;* C. 2. *heri a me dixerum.*—16 *Pli. prædicti.*—18 B. 1. et al. ap. Pareum, *vincere hoc duritia tergi atque me.*—21 C. *qua tergin.*—22 *Quid nunc*

#### NOTÆ

13 *Peristromata*] Cicero, ‘peripetasmata.’ Juvenal. ‘velaria.’ luæ acu pictæ.

14 *Belluata*] In quibus erant bel- Conchyliata] E cœruleo purpureo- que tineta.

*Dolph. et Var. Clas.*

*Plaut.*

4 E

Assistite omnes contra me, et quæ loquor, advortite animum. [sit cito.

Tu qui urnam habes, aquam ingere, face plenum ænum  
Te, cum securi, caudicali præficio provinciæ. 25

Lo. At hæc retunsa est. LE. sine siet: itidem vos quoque estis plagis omnes.

Num qui minus ea gratia tamen omnium opera utor?

Tibi hoc præcipio, ut niteant ædes: habes quod facias: propera, abi intro.

Tu esto lectisterniator: tu argentum eluito, idem exstruit.

Hæc, cum ego a foro revortor, facite, ut offendam parata, 30

Vorsa, præsterga, strata, lautaque, coctaque omnia uti sint.

Nam mihi hodie natalis dies est: decet eum omnes vos concelebrare. [satin' audis?

Pernam, callum, glandium, sumen, facito in aqua jaceant:  
Magnifice volo enim summos viros accipere, ut mihi rem esse reantur.

*rum, sic dat pænas. Adeste omnes coram me, et animadvertisse ea quæ edicam. Tu qui tenes urnam infunde aquam, fac ut labrum sit celeriter plenum. Te vero præpono muneri scindendi ligni cum securi. Lo. Sed hæc est obtusa. LE. Esto, sit; vos estis quoque cuncti verberibus. Attamen non adhibeo minus operam vestram idecirco. Tibi commendo hoc, ut domus sit munda. Est quod agas; accelerare; ingredere. Tu esto, lectos sterne; tu detergito argentum, idem disponito. Date operam, ut cum ego redeam a foro iavériam hæc instructa, ut cuncta sint versu, terfa, strata, lautaque et cocta. Nam est hodie meus dies natalis; oportet vos eum celebrare universos. Comparete pernam, callum, glandium, sumen; sint in aqua; audisne bene? Nam volo invitare opipare magnates viros, ut arbitrentur*



dolet, hem B. 1.—23 C. quo loquor; C. 2. eque loquor.—24 C. sit scito et.—26 Alii delent tò quoque.—28 C. ab' intro.—29 B. 1. id extruito.—30 Hæc cum eo a foro re vortor Pll.—31 Steph. præstega, strata; Acidal. sparsa, terfa, strata; C. Vorsa spræ terga strata; C. 2. Vorsus praster gastrata; Bipont. lauta, structaque omnia. Mox, lautu coctaque al. ap. Pareum; lauta stroctaque al. ibid. uti sunt C. 2.—32 C. concelebrare.—33 Paternam C. 2. gallum C. et C. 2. Pernam gallum B. 1.—34 M. volo me summos Pll. ut mihi remorantur B. 1.—

#### NOTE

25 *Te, cum securi, caudicali præficio provinciæ*] ‘Candex’ et ‘codex’ est ponito.

truncus arboris: igitur ‘præficere caudicali provinciæ’ est findendo ligno præficere.

29 *Tu esto lectisterniator*] Lectos sterne.

[*Exstruito*] E thecis expromtum dis-

ponito.

, 31 *Vorsa*] A ‘verro.’

[*Prasterga*] Alii præstega, est tecti longior prominuentia ad arcendos im-

bres et æstus, ut sunt in vestibulis.

- Intro abite, atquo hæc cito celebrate, ne mora quæ sit, co-**  
**cus cum veniat** 35
- Mihi: ego eo in macellum, ut piscium quicquid est, pretio**  
**præsentinem.** [est.]
- I, puere, præ: ne quisquam pertundat cruminam, cautio**  
**Vel opperire: est quod domi dicere pæne fui oblitus.**
- Auditin'?** vobis, mulieres, hanc habeo edictionem :
- Vos, quæ in munditiis, mollitiis, deliciisque ætatulam agi-**  
**tis,** 40
- Viris cum summis inclytæ amicæ : nunc ego scibo, atque**  
**hodie experiar,** [somno studeat:]
- Quæ capiti, quæ ventri operam det, quæque suæ rei, quæ**  
**Quam libertam fore mihi credam, et quam venalem, hodie**  
**experiar.** [conveniant.]
- Facite hodie, ut mihi munera multa huc ab amatoribus**  
**Nam nisi penus annuus hodie convenit, cras populo pro-**  
**stituam vos.** 45
- Natalem scitis mihi diem esse hunc : ubi isti sunt, quibus**  
**vos oculi estis ?**
- Quibus vitæ ? quibus deliciæ estis ? quibus savia ? mam-**  
**milla ? mellitæ ?** [sint.]
- Manipulatim mihi munerigeruli facite ante aedis jam hic as-**

*mihi esse dicitias. Introite et celebrate celeriter hæc, ne sit ulla mora, quando cocus ad me veniat; ego eo in macellum, ut mercer pretio quicquid est piscium. Puer præi; vereor ne aliquis perforat cruminam: vel expecta; est aliquid, quod fui ferme oblitus dicere domi. Auditinse, mulieres? Sunt mihi vobis dicenda: vos quæ ducitis vitam in lautitia, mollitia, et voluptate cum summis viris, amicæ egregiæ: ego cognoscam nunc, atque periculum faciam hodie, quæ curet libertatem, quæ ventrem, et quæ suam ren, quæ somnum: faciam hodie periculum, quæ liberta mihi erit futura, et quæ venalis. Curate hodie ut plura munera ad me conferantur huc ab amatoribus; nam nisi penus in totum annum præbeatur hodie, vos vulga-bo cras plebi. Scitis hunc dicem esse meum natalem. Ubi sunt isti, qui vos habent in oculis? quibus estis vita? quibus delicia? quibus savia? quibus mammilia, mellitæ? Efficite ut adsint et mihi offerant munera huc turmatim ante do-*

35 Al. cito celbrate. Mox, quæ deest in B. 1.—36 B. 1. ut picium. Pll. pretio præsentinem; unde Parens conj. pretio præsenti emam.—38 Vel operirc B. 1. pæne sum al. ap. Pareum.—39 C. edicionem; B. 1. editionem.—41 C. inclusa.—42 Quæ capit is Pll.—45 B. 1. prostruam vos; C. prosti va vos.—46 Natalem

## NOTÆ

37 Pertundat cruminum] Metuit sectores zonarios.

Cur ego vestem, aurum, atque ea, quibus est vobis usui,  
præhibeo? quid mihi  
Domi, nisi malum, vostra opera est hodie, improbae? vino  
modo cupidæ estis: 50  
Eo vos vostros panticesque adeo madefacitis, cum ego sim  
hic siccus.  
Nunc adeo hoc factum est optimum, ut nomine quamque  
appellem suo;  
Ne dictum esse actutum sibi quæpiam vostrarum mihi ne-  
get: advortite animum cunctæ.  
Principio, Hedylium, tecum ago, quæ amica es frumentariis,  
Quibus cunctis montes maxumi acervi frumenti sunt do-  
mi: 55  
Fac sis sit delatum huc mihi frumentum, hunc annum quod  
satis [to affluam,  
Mihi, etiam familiae omni sit meæ: atque adeo ut frumen-  
Ut civitas nomen mihi commutet, meque ut prædicet  
Lenone ex Ballione regem Jasonem. CA. audin' furcifer  
Quæ loquitur? satin' magnificus tibi videtur? Ps. pol  
iste, 60  
Atque etiam maleficus: sed tace, atque hanc rem gere.

*num. Quare ego nobis suppedito aurum, et ea quibus vobis est opus? Quid ha-  
beo domi vestra opera, nisi malum? Improbae vos estis! aridae vini: vos pro-  
luitis vestra abdomina, intereadum ego sum siccus. Nunc adeo est bonum,  
ut vocem unamquamque suo nomine, ne ulla vestrum mihi neget esse sibi dic-  
tum. Animadvertiscete cunctæ. Principio, Hedylium, dissero tecum, quæ es ami-  
ca frumentariis omnibus, quibus sunt domi montes maximi acervi frumenti:  
cura ut frumentum mihi deferatur huc quantum mihi sufficit et cunctæ fami-  
liae hoc anno: atque adeo abundem frumento, ut urbs mihi commutet nomen; atque  
me vocet regem Jasonem ex Ballione lenone. CA. Audisne furcifer quæ dicit?  
Tibine videtur satish magnificus? Ps. Profecto iste videtur et maleficus. Sed sile,*

\*\*\*\*\*  
sit is Pll. esse diem B. 1.—49 Al. usus. C. 2. perhibeo. B. 1. cum mihi.—50 B.  
1. vino meo cupidæ.—51 Idem codex, pantices adeo madefactis.—52 Pll. quem-  
que.—54 Hedilium Pll. ædillum B. 1. ædilis sum tecum Colv. amic' es C.  
amicis C. 2.—55 Parei 3. ac acervi, contra codd.—57 Pll. affluam.—59 Al.  
Jasionem.—61 Adque etiam C. maleficus B. 1. et hanc rem al. ap. Pareum.—

## NOTÆ

51 Pantices] Plinius, 'lactes?' pris-  
co et obsoleto verbo pantices Plautus  
appellat. 'Lactes,' le mésent're.

Siccus] Abstemiens, inviuis, so-  
brius.

52 Factum optimum] Bonum factum  
erat de formula edictorum.

54 Hedylium] Nomen meretricis.

59 Jasonem] Thessaliæ regem, E-  
paminondæ aqualem.

**LE.** *Æschrodora tu, quæ amicos tibi habes lenonum æmulos* [audi:]

*Lanios, qui item ut nos jurando jure malo quærunt rem,*  
*Nisi carnaria tria grandia tergoribus oneri uberi hodie*  
*Mihi erunt, cras te quasi Dirceam olim, ut memorant, duo*  
*Gnati Jovis devinxere ad taurum, item, hodie stringam ad*  
*carnarium: id tibi* 66

**Profecto** taurus fiet. **Ps.** nimis sermone hujus ira incendor.

Hunccine hic hominem pati colere juventutem Atticam?  
**Ubi** sunt, ubi latent, quibus ætas integra est, qui amant a lenone?

**Quin** convenient, quin una omnes peste hac populum hunc liberant? 70

Sed nimis sum stultus, nimium fui indoctus: ne illi audeant Id facere? quibus ut serviant suus amor cogit, simul Prohibet, faciant advorsum eos quod volunt. **CA.** vah! tace. **Ps.** quid est?

**CA.** Male morigerus male facis mihi, cum sermone huic obsonas. **Ps.** taceo.

**CA.** At taceas malo multo, quam tacere te dicas. **LE.** tu autem 75

*et hoc age. LE. Tu, Æschrodora, quæ habes amicos lanios, imitatores lenonum, qui, sicut nos, comparant dictias perjuriis, audi. Nisi hodie mihi erunt tria magna carnaria plena tergoribus boum, te constringam hodie ad carnarium, siue memorant duos filios Jovis devinxisse olim Dirceen ad taurum; sane id erit tibi taurus. Ps. Nimis inflammor iracundia ejus oratione. Oportetne pati juventutem Atheniensem scrivere huic homini? Ubi sunt, ubi latent ii quibus est ætas integra, qui amant mulieres lenone emtas? Quin assunt? Quin liberant omnes simul hunc populum hac peste? Sed sum nimis amens, fui nimis stolidus: audeantre illi id agere? quibus suus amor cogit ut serviant, una prohibet ne faciant quod volunt adversus eos. CA. Vah! tace. Ps. Quid est? CA. Me offendis immorigerus, quando obstrepis huic oratione. Ps. Taceo. CA. At malo multo sileas, quam di-*

63 Al. ibid. *jure jurando*; τὸ *jurando* deest in B. I. *mala quærunt rem Douz. ride, pro aude, B. I.*—64 *Pil. tria grarida.* Al. *onere*; al. *ornatu.*—65 *Dircem* edd. *vett.* *olim memorant, duo gnatos al. ap. Pareum.*—66 Edd. *quædam vett. devinxer.*—68 B. I. *colere viventem.*—70 *Qui C.*—74 *Pass. huic obscæras.*

## NOTÆ

63 *Jurando jure malo]* Malo jure- Jovis et Antiopæ filii, Dirceen, quam jurando, perjurio. Lycus, Antiopa eorum matre relicta,

65 *Dirceam]* Zethus et Amphion, uxorem duxerat, tauri indomiti cœ-

Xystilis, fac ut animum advortas, quojus amatores olivi  
Dynamin domi habent maxumam.

Si mili non jam huc culleis oleum deportatur,  
Te ipsam culleo ego cras faciam ut deportere in pergulam.  
Ibi tibi adeo lectus dabitur, ubi tu haud somnum capias,  
Sed ubi usque ad languorem: . . . tenes, quorsum hæc ten-  
dant, quæ loquor? 81

En excetra tu, quæ tibi amicos tot habes, tam probe oleo  
onustos,

Num quoipiam est hodie tua tuorum opera conservorum  
Nitidiusculum caput? aut num ipse pulmento utor magis  
Unctiusculo? sed scio, tu oleum haud magni pendis, vino  
te 85

Devincis: sine modo: reprehendam ego cuncta hercle una  
opera, nisi

Quidem hodie tu omnia facis, scelestæ, hæc uti loquor.

Tu autem quæ pro capite argentum mihi jam jamque sæpe  
numeras,

Ea pacisci modo scis, sed quæ pacta es non scis solvere.  
Phœnicium, tibi hæc ego loquor, deliciæ summatum virum:

*cas te silere. LE. Tu vero Xystilis, cujus amatoribus est domi tanta copia olei, fac ut animadvertis. Si non mili affertur jam huc oleum in pellibus, ego faciam ut deportere ipsa cras in culleo ad porticum; tibi dabitur ibi cubile, in quo tu non capias somnum, sed ubi divexeris usque ad mortem. Intelligis quo tendant quæ dico? Vipera, quæ habes tot amicos tam bene onustos oleo, aut quoqæ caput cujusquam tuorum conservorum est unctius oleo? aut capio ipse cibum unctiore? Sed novi; tu haud magni facis oleum: te obruis vino. Sine modo. Projeto animadvertam uno tempore in te pro cunctis tuis sceleribus, nisi tu facis hodie omnia hæc sicut dico. Tu vero quæ mili numeras sæpe jamjam argentum pro libertate; scis modo spondere id, sed non scis pendere quæ es pacta; phœnicium, deliciæ*



—76 *Xitalis* C. *Xittilis* C. 2. *Xutilis* B. 1. *Ven.* 1. *Xystilis* Gronov. *oli-*  
*vinam* *In domo* *habent* B. 1. *amato Resolivi dynam indomi* Pll.—78 B. 1. *culeus*  
*olivi.* Pll. *cullius oleum deportatum.*—79 Al. ap. Pareum, *faciam deportere.*—  
80 Pll. *aut somnum.*—81 Idem codd. *quo se hæc.*—82 C. *onustus.*—83 Nunc  
etiam est hodie tuorum B. 1.—84 *Nitidissimum* B. 1. et *Ven.* 1.—85 *Unio in-*  
*visculo* B. 1.—86 *Deungis Acidal.* *repandam* al. ap. Pareum.—88 *Prius* *jam*  
*deest* in B. 1.—89 Idem codex, *patici . . . sed quod . . . nescis.* C. 2. *sed*

#### NOTÆ

dæ alligarunt, *Lycumque interfec-* 79 *Pergulam]* ‘Pergnla’ est por-  
runt. *ticus, seu appendix ædificii.*

77 *Dynamin]* Vim, copiam.

85 *Unctiusculo]* Melius condito.

Nisi hodie mihi ex fundis tuorum amicorum omne huc penus affertur,  
91

Cras Phœnicium Phœnicio corio invises pergam.

*summorum virorum, ego tibi dico hoc: Nisi omnis penus mihi affertur huc hodie ex agris tuorum amicorum, invises ras porticum strata corio Phœnicio.*

quo.—91 Al. ap. Pareum, annua huc, &c.—92 *Cras phœni phœnicio . . . pergam* B. 1.

#### NOTÆ

92 *Phœnicio corio*] Id est, purpureo flagris facto.

### ACTUS PRIMI SCENA TERTIA.

CALIDORUS, PSEUDOLUS, BALLIO.

CA. PSEUDOLE, non audis quæ hic loquitur? Ps. audio, here, equidem, atque animum advorto.

CA. Quid mihi es auctor, huic ut mittam, ne amicam hic meam prostituat? [curabo.

Ps. Bene curassis: liquido es animo: ego pro me et pro te Jamdiu ego huic bene et hic mihi volumus, et amicitia est antiqua.

Mittam hodie huic suo die natali malam rem magnam et maturam. 5

CA. Quid opus est? Ps. potin' aliam rem ut cures? CA. at. Ps. bat. CA. crucior. Ps. cor dura.

CA. Pseudole, non intelligis quæ hic dicit? Ps. Profecto, here, intelligo atque animadvero. CA. Quid suades ut huic mittam, ne hic prostituat meam amicam? Ps. Bene feceris si curaveris. Esto æqua animo! ego curabo pro me et te. Jampridem benevolentia sumus conjuncti, ego illi, et ille mihi, et amicitia vetus intercedit. Ad eum mittam hodie suo die natali infortunium grande et relax. CA. Quid opus est factu? Ps. Esto sollicitus de aliis rebus. CA. At. Ps. Bat. CA. Discrucior.

3 *Tu ne curassis* Pist. *Bene: ne curassis* al. ap. Pareum; *Sine cura sis* al. ibid.—4 *Pli. amiciciast.*—5 C. et B. 1. *natalio*; C. 2. *Parei 3. natalitio.*—6 *Pli.*

#### NOTÆ

3 *Bene curassis*] Diligenter enra, 6 *Cor dura*] Animum obfirma. O- quid tibi incumbat. vidius, 'durare animum'; Tacitus,

*Liquido es animo*] De ista re secu- 'mentem.' Catullus, 'obdurare se.' rus esto.

- CA. Non possum. Ps. fac possis. CA. quonam pacto  
possim vincere animum? [auscultes.]
- Ps. In rem quod sit prævortaris, quam re advorsa animo
- CA. Nugæ istæc sunt: non jucundum est, nisi amans facit  
stulte. Ps. pergin'?
- CA. O Pseudole mi, sine sim nihili: mitte me sis. Ps.  
sino, modo ego 10
- Abeam. CA. mane, mane: jam ut voles me esse, ita ero.  
Ps. nunc tu sapis. [quin revocas?]
- BA. It dies: ego mihi cesso: i præ, puere. CA. heus, abiit:
- Ps. Quid properas? placide! CA. at priusquam abeat.
- BA. Quod hoc malum? tam placide is, puere.
- Ps. Hodie nate heus! hodie nate, tibi ego dico, heus hodie  
nate, redi, et 15
- Respic ad nos, tametsi occupatus, moramur: mane: sunt  
colloqui
- Qui volunt te. BA. quid hoc est? quis est qui moram  
occupato molestam obtulit?
- CA. Qui tibi sospitalis fuit. BA. mortuus est, qui fuit:  
qui est, vivos est.

Ps. Animm obfirma. CA. Nequeo. Ps. Da operam ut queus. CA. Quo modo  
potero coërcere impetum mentis? Ps. Age quod ex re est potius, quam obsequariis  
animo in rebus quæ non sunt ex re. CA. Ha sunt nugæ: est illepidum, nisi amans  
est amens. Ps. Pergisne desipere? CA. O mi Pseudole, patere me insanire:  
dimitte me si placet. Ps. Patior. Ego modo abibo. CA. Sta, sta: ero jam sicut  
voles me esse. Ps. Tu sapis jam. BA. Dies abit; ego cunctor: puer, præi.  
CA. Heus! profectus est; revoca eum. Ps. Quid acceleras? leniter! CA. At  
antequam proficiscatur. BA. Quid est hoc malum? quam lente procedis, puer!  
Ps. Heus! hodie-nate, hodie-nate, ego tibi dico; heus! hodie-nate, revertere, et  
respic ad nos; quanquam acceleras, tamen retardamus. Sta! sunt qui cupiunt  
tecum verba facere. BA. Quid est hoc? Quis est qui me sistit importune accele-  
rantem? CA. Qui tibi fuit salutaris. BA. Qui fuit, est mortuus: qui est, vivit.

\*\*\*\*\*

opust; al. opis est.—7 Edd. quædam vett. animum vincere, contra codd.—8 B.  
I. quod sic . . . rem adverso.—9 B. I. jocundum . . . pergam.—10 O, o, pseudole  
B. I. C. sine, modo, &c. Gronov. et Delph. sino modo B. I. nichili C. 2.—  
11 B. I. ita oro.—13 Quid properas C. placid' is Pl. placide is al.—14 B. I.  
tam placidus puer.—16 Pl. occupatu's; Lamb. occupatum. B. I. mane est loqui.

#### NOTE

15 *Hodie nate*] Tu, cuius *hodie* celebratur dies natalis.

**Ps.** Nimis superbe. **B.A.** nimis molestus. **C.A.** reprehende hominem: assequere.

**B.A.** I, puere. **Ps.** accedamus hac obviam. **B.A.** Juppiter te perdat, quisquis es. 20

**Ps.** Te volo. **B.A.** at vos ego ambos: vorte hac te, puere.

**Ps.** non licet

Colloqui te? **B.A.** at mihi non lubet. **C.A.** sin tuam est quidpiam in rem? **B.A.** licet-

Ne obsecro vivere, an non licet? **Ps.** vah, manta. **B.A.** omitte. **C.A.** Ballio, [dum fuit.

Audi. **B.A.** surdus sum: profecto inanilogus es. **C.A.** dedi,

**B.A.** Non peto quod dedisti. **C.A.** dabo, quando erit. **B.A.** ducito, 25

Quando habebis. **C.A.** heu, heu, quam ego malis perdidimodis, [facis.

Quod tibi detuli et quod dedi! **B.A.** mortua re, verba nunc Stultus es, rem actam agis. **Ps.** nosce saltem hunc, qui est. **B.A.** jam diu

Scio, qui fuit: nunc quis est is, ipsus sciat: ambula tu.

**Ps.** Nimis arroganter. **B.A.** Nimis importune. **C.A.** Arripe hominem; assequere. **B.A.** I, puer. **Ps.** Occurramus hac obviam. **B.A.** Jupiter te perdat, quisquis es. **Ps.** Volo te perdat potius. **B.A.** At vos ambos perdat. Puer, vorte iter hac. **Ps.** Non licet colloqui tecum? **B.A.** At non mihi lubet. **C.A.** Si aliquid est e re tua, sines? **B.A.** Quaso, licetne per vos rivere, an non licet? **Ps.** Vah! mane. **B.A.** Mitte. **C.A.** Ballio, audi. **B.A.** Sum surdus: certe es vanilogus. **C.A.** Dedi, dum fuit. **B.A.** Non postulo quod dedisti. **C.A.** Dabo, quando erit. **B.A.** Ducito, quando habebis. **C.A.** Heu, heu! quam ego male perdidimodis, quod tibi detuli, et quod dedi! **B.A.** Nunc facis verba, re peremta. Es insanus; agis rem actam. **Ps.** Saltem cognosce quis est hic. **B.A.** Scio jampridem qui fuerit: nunc

---

—18 Quid tibi sospituli fuit Pli.—20 Al. ocedamus.—21 B. 1. vorte hic te.—  
22 Neo. bitere Lips. et al. ap. Pareum. Mox, vah mane B. 1.—24 Parei 3. inanilogista's; C. inanilogistæ; C. 2. inanilogistæ.—26 Pli. heheu.—27 B. 1. mortuo verba; Pli. mortua verba; al. vett. mortuo verba fabulare nunc.—28 Pli. rem actam magis. C. 2. saltim. B. 1. quis est. Pli. jam dius scio.—29 B. 1. qui est.

## NOTÆ

- 21 *Te rolo*] Convenire.
- 22 *Licet-Ne obsecro rivere*] Vosne me necatis vestro odio et molestia?
- 24 *Inanilogus es*] Id est, nugator es.
- 28 *Rem actam agis*] Donatus: ‘Hæc res secundum jus civile diciatur, in quo cavetur, ne quis rem actam apud judices repeatat.’

Ps. Potin' ut semel modo, Ballio, huc cum lucro respicias ? 30

BA. Respiciam istoc pretio : nam si sacrificem summo Jovi,

Atque in manibus exta teneam, ut porriciam, interea loci  
Si lucri quid detur, potius rem divinam deseram.

Ps. Non potest pietate obsisti huic, ut res sunt ceteræ :  
Deos quidem, quos maxume æquom est metuere, eos minimi facit. 35

BA. Compellabo : salve multum, serve Athenis pessume.

Ps. Di te Deæque ament vel hujus arbitratu, vel meo :

Vel si dignus alio pacto, neque ament, neque faciant bene.

BA. Quid agitur, Calidore ? Ps. amatur, atque egetur acriter.

BA. Misereat, si familiam alere possim misericordia. 40

Ps. Eia ! scimus nos quidem te, qualis sis ; ne prædices.

Sed scin' quid nos volumus ? BA. pol ego propemodo :  
ut male sit mihi. [vorte. BA. audio :

Ps. Et id, et hoc, quod te revocamus, quæso, animum ad-  
Atque in pauca, ut occupatus nunc sum, confer, quid velis.

*ipse noscat, quis sit. Perge, puer. Ps. Ballio, potesne a te impetrare ut respicias  
huc, semel oblato quæstu ? BA. Respiciam hoc pretio ; nam si sacrificem summo  
Jovi, et teneam in manibus exta, ut projiciam in ignem, si interim ostendatur  
aliquis quæstus, deseram potius rem divinam. Ps. Hic non potest oppugnari pie-  
tate, ut oppugnantur ali : facit minimi eos Deos, quos est æquissimum timere.  
BA. Compellabo ; salvis sis plurimum, serre nequissime Atheniensium. Ps. Dii  
et Deæ te ament vel arbitrio hujus, vel meo : vel si dignus alio modo, neque ament,  
neque benefaciant. BA. Quid ais, Calidore ? Ps. Amat, et eget vulde. BA. Me  
misereat tui, si possim alere familiam misericordia. Ps. Eia ! profecto nos intel-  
ligimus qualis sis, ne dicas ; sed scisne quod nos optamus ? BA. Per Pollucem  
intelligo ferme quid optatis, ut sim infelix. Ps. Precor, animadverte et id, et hoc,  
propter quod revocamus. BA. Audio : et contrahe paucis quid exoptes, quoniam*

-----  
C. 2. *ipsius sciatur.* Parei 3. *tu modo, contra codd.*—30 C. 2. et C. a m. pr.  
hunc cum.—32 Pl. *ut porricium ; B. 1. ut porrigam.*—33 C. *pocius r. d. destram ;*  
*C. 2. dextram.*—34 C. C. 2. B. 1. Ven. 1. *pietati.*—35 B. 1. *quod maxime. C.*  
*ecum est.*—38 Pl. *nec faciant.*—40 *Miserear al. ap. Pareum.*—41 *Eia simus*  
*Pl. næ prædices C.*—42 Parei 3. *propemodum ; C. a m. sec. propemodou ; Pl.*

#### NOTÆ

31 *Respiciam istoc pretio]* Ista mer- verbum ex disciplina haruspicum et  
cede, isto lucro. ex præcepto pontificum solenne sa-

32 *Ut porricium ]* ' Porriendi ' crificantibus fuit.

Ps. Hunc pudet quod tibi promisit, quaque id promisit die, 45

Quia tibi minas viginti pro amica etiam non dedit. [piget : BA. Nimio id quod pudet facilius fertur, quam illud quod Non dedisse, istum pudet ; me, quia non accepi, piget.

Ps. At dabit, parabit : aliquot hos dies manta modo.

Nam hic id metuit, ne illam vendas ob simultatem suam. 50

BA. Fuit occasio, si vellet, jampridem argentum ut daret.

CA. Quid, si non habui ? BA. amabas ? invenires mutuom, Ad Danistam devenires, adderes foenusculum :

Surripusses patri. Ps. surriperet hic patri, audacissime ?

Non periculum est, ne quid recte monstres. BA. non lenonium est. 55

CA. Egon' patri surripere possim quicquam, tam cauto seni ?

Atque adeo, si facere possem, pietas prohibet. BA. audio : Pietatem ergo istam amplexator noctu, pro Phœnicio.

Sed quoniam pietatem amori video tuo prævortere,

Omnes tibi patres sunt ? nullus est tibi, quem roges mutuum 60

*sum nunc impeditus.* Ps. *Hunc pudet, quia non tibi adhuc numeravit viginti minas pro amica, sicut tibi pollicitus est, et die qua pollicitus est id.* BA. *Fertur nimio facilius id quod pudet, quam illud quod piget : illum pudet, quia non solvit ; mihi dolet, quia non accepi.* Ps. *Sed dabit, comparabit : mane modo per aliquot hos dies.* Nam hic timet ne illum vendas propter iniurias quas exercet. BA. *Jampridem fuit occasio ut penderet pecuniam, si vellet.* CA. *Quid si non habui ? BA. Amabas ? Invenires mutuum ; convenires argentarium ; adjiceres aliquod fænum ; suffurare patri.* Ps. *Hic suffuraretur patri, audacissime ? Non est periculum ne doceas aliquid recte.* BA. *Hoc non est lenonis.* CA. *Possimne ego suffurari aliquid patri, seni adeo callido ? Atque, si possem facere, pietas vetat.* BA. *Intelligo. Amplexere igitur illam pietatem noctu pro Phœnicio. At quia video te anteponere pietatem tuo amori, cunctine tibi sunt patres ? tibine est nullus a quo*

*propemodo.—45 Huic pudet C. Hem pudet C. 2. Heu pudet B. 1.—48 Non dedisset tuum pudet B. 1. Non dedisset istum Pll.—49 Pll. aliquid ; B. 1. aliquid hos dies maneat ; Douz. parabit aliquid : tres dies manta modo.—50 Nam hic it Pll.—51 C. jam di pridet ; C. 2. jam pridet.—52 C. janubas invenias tuum Ad, &c. B. 1. jam habes invenires tuum, Ad, &c. Douz. jam haberes, immo ; C. 2. jam habes si invenires tuum.—54 Subripes Parei 3.—55 C. monstrat. B. 1. lenonus ; Pll. ubi ; lenonus est.—59 Sed quom Pll. te prævortere Bipont.—*

#### NOTÆ

47 *Nimio id quod pudet facilius fertur]* Lenone digna sententia ; sed viro bono indigna.

49 *Manta]* Id est, expecta, mane.

59 *Prævortere]* Anteponere.

**A**rgentum? **C**a. quin nomen quoque jam interiit Mu-  
tuum. [poti,

**B**a. Heus tu, postquam hercle isti a mensa surgunt saturi,  
Qui suum repetunt, alienum reddunt nato nemini,  
Ab alienis cautores sunt, ne credant alteri.

**C**a. Nimis miser sum, nummum nusquam reperire argenti  
queo: 65

Ita miser et amore pereo, et inopia argentaria.

**B**a. Eme die cæca hercle olivom, id vendito oculata die.

Jam hercle vel ducentæ fieri possunt præsentes minæ.

**C**a. Perii! an non tum lex me perdit quina vicenaria?

Metuunt credere omnes. **B**a. eadem est mihi lex, metuo  
credere. 70

**P**s. Credere autem? echo, an pœnitet te, quanto hic fuerit  
usui? [data,

**B**a. Non est justus quisquam amator, nisi qui perpetuat  
Datque usque: quando nihil sit, simul amare desinat.

**C**a. Nihilne te mei miseret? **B**a. inanis cedis: dicta non  
sonant.

*petus pecuniam mutuam?* **C**a. Quin nomen Mutuum periit quoque nunc. **B**a. *Heus tu, per Herculem!* postquam isti qui repetunt suum, sed qui nemini reddunt alienum, surgunt a mensa saturi, poti, omnes qui solebant mutuum dare sunt cautores alieno periculo, ne credant alteri. **C**a. *Sum nimis infelix:* nequeo invenire nummum argenti; adeo dispereo infelix, et amore, et egestate pecuniae. **B**a. *Per Herculem* eme oleum die cæca, vende idem die oculata. *Per Herculem* vel ducentæ minæ possunt jam dari numerata pecunia. **C**a. *Interii!* Lex quina vicenaria nonne me perdit? Omnes formidant credere. **B**a. Est mihi eadem lex; tineo credere. **P**s. Credere autem? Pœnitente te, quod hic fuerit tanto usui? **B**a. Nullus amator est æquus, nisi reddit perennia munera et largiatur semper, et nisi finem faciat amandi quando facit finem dandi. **C**a. Nonne te miseret mei?

\*\*\*\*\*

60 **C**. et **C**. 2. *roges me tuum*.—61 **P**ll. **B**. 1. *Ven*. 1. *qui nomen*.—62 **C**. a m. sec. *satura*; al. *saturi distenta cute*; al. *suturi et avidi*.—63 **C**. *redeunt*.—61 **P**ll. *nec reddunt*; **B**. 1. *nec reddunt altius*.—66 **P**ll. *miser amore*.—68 *Voc*. *hercle deest* in **B**. 1.—69 *Peri unornatum lex* **B**. 1. *Perii an ortum lex* **P**ll. *quina vicenaria* **B**. 1. *quasi viceria* **C**. *annon me lex dum porcet al. ap. Parenm*.—72 *Non est usui* **B**. 1. *Ven*. 1. *Lips*.—73 *Datque* **B**. 1. *Datque usque nihil* **C**. *Datque usque quo nihil Parei* 3. *usque quando* **B**. 1. **C**. 2.—74 **B**. 1. *inanis accedit*; al.

#### NOTÆ

64 *Ne credant alteri*] Alii, nec red- die emere, est præsenti pecunia e-  
dant alteri. mere.

67 *Eme die cæca*] Id est, solutione in diem prolata. Contra, ‘Oculata Lex Lætoria vetabat filium familias

69 *Lex me perdit quina vicenaria*] Lex Lætoria vetabat filium familias

Atque ego te vivom salvomque vellem. Ps. echo, an jam mortuus est? 75

BA. Ut ut est: mihi quidem profecto cum istis dictis mortuus est.

Illico vixit amator, ubi lenoni placet.

Semper tu ad me cum argentata accedit querimonia.

Nam istoc, quod nunc lamentare, non esse argentum tibi,  
Apud novercam querere. Ps. echo, an unquam tu hujus  
nupsisti patri? 80

BA. Di melius faciant. Ps. fac hoc, quod te rogamus,  
Ballio,

Mea fide, si isti formidas credere: ego in hoc triduo  
Aut terra aut mari alicunde evolvam id argentum tibi.

BA. Tibi ego credam? Ps. cur non? BA. quia pol, qua  
opera credam tibi,

Una opera alligem fugitivam canem agninus lactibus. 85

CA. Siccine mihi abs te bene merenti male refertur gratia?

BA. Quid nunc vis? CA. ut opperiare hos sex dies saltem  
modo,

BA. Venis vacuus: verba non sonant. Et ego te optarem vivum et in columem.  
Ps. Echo; estne jam mortuus? BA. Quicquid sit, sine dubio est confossus istis  
verbis. Amator interierit statim, atque displicet lenoni. Tu accede semper ad me  
cum querela pecuniaria. Nam expostula apud novercam, quod deplorat jam,  
nempe non tibi esse pecuniam. Ps. Echo, nonne tu nupsisti unquam lujus patri?  
BA. Dii faciant melius. Ps. Ballio, fac id quod a te flagitanus mea fide  
interposita, si metuis credere isti; eruan id argentum aliqua ex parte, aut  
terra aut mari, in hoc triduo. BA. Ego tibi credam? Ps. Quare non? BA.  
Quia per Pollucem, uno tempore, quo tibi credam, copulem canem fugitivam  
intestini agni. CA. Siccine gratia refertur abs te mihi bene merito? BA.  
Quid vis jam? CA. Ut expectes modo saltem per hos sex dies, ne illam ren-

inane cedis, i. e. aërem verberas.—76 Hic vs. deest in B. I. C. 2. Ven. 1.—  
77 B. I. nisi lenoni; Parei 3. ubi ille lenoni ne placet; Douz. ubi ille lenoni.—  
79 Nam istuc B. I. clamentare C. et C. 2. clamitare B. I.—80 B. I. echo un-  
quam; Vat. echo nunquid.—82 C. et C. 2. ego hoc triduo.—84 Pl. qua operas

#### NOTÆ

minorem viginti quinque annis stipu-  
lari, sive stipulanti respondere, aut  
spondendo obligari.

74 Cedis] Accidis.

Dicta non sonant] Tinnulæ ratio-  
nes, quales sunt nummorum praesen-  
tium, habent virium plurimum ad

persuadendum.

78 Argentata querimonia] Sonanti  
timientique, et quæ argentum una  
afferat secum.

80 Querere] Quereris.

85 Agninus lactibus] Canis fugitiva,  
atque adeo famelica, si agninus vis-

Ne illam vendas, neu me perdas hominem amantem. BA.  
animo bono es.

Vel sex menses opperibor. CA. euge, homo lepidissume.

BA. Immo vin' etiam te faciam ex læto lætantem magis? 90

CA. Quid jam? BA. quia enim non venalem habeo Phœnicium. [arcesse hostias,

CA. Non habes? BA. non hercle vero. CA. Pseudole, Victimæ, lanios, ut ego huic sacrificem summo Jovi:

Nam hic mihi nunc est multo potior Juppiter, quam Jupiter.

BA. Nolo victimas: agninus me extis placari volo. 95

CA. Propera, quid stas? arcesse agnos: audin' quid ait Juppiter?

Ps. Jam hic ero: verum extra portam Metiam currendum est prius. [nabulis.

CA. Quid eo? Ps. Lanios inde arcessam duos cum tintinnabulo. Eadem duo greges virgarum inde ulmearum adegero,

Ut hodie ad litationem huic suppetat satias Jovi. 100

*das, neve me perdas hominem amantem. BA. Esto a quo animo, expectabo vel sex menses. CA. Euge, homo festivissime. BA. Immo, visne etiam ex jucundo te reddam jucundiorem? CA. Quomodo? BA. Quia videlicet non habeo Phœnicium venalem. CA. Non habes? BA. Non habeo per Herculem, enim vero. CA. Pseudole, arcesse hostias, victimæ, lanios, ut ego sacrificem huic summo Jovi: nam hic Jupiter mihi est nunc multo potior, quam Jupiter. BA. Nolo victimas: volo placari visceribus agnorum. CA. Accelerata, quid stas? Arcessere agnos. Audisne quid dicit Jupiter? Ps. Ero hic jam: sed est currendum antea extra portam Metiam. CA. Quare eo eundum? Ps. Arcessam inde duos lanios cum curribus. Adegero inde eodem tempore duos greges virgarum ulmearum, ut satietas sufficiat ad litationem huic Jovi. Iste Jupiter lenonius ibit in malam*

---

*credam; Parei 3. opera sic credam.—87 C. 2. saltim.—88 B. 1. perdas me . . . .  
bono animo es.—91 Parei 3. jam habeo, contra codd.—92 B. 1. C. et C. 2. o  
Pseudole. Mox, B. 1. accersi.—94 Pl. queam Juppiter; B. 1. inquam Jupiter  
—95 B. 1. aut minimis me; Pl. acninus me.—97 B. 1. C. et C. 2. portum mi eti-*

#### NOTÆ

ceribus adhæserit, inde difficile de-  
pellitur.

93 *Lanios*] Sunt popæ, hostiarum  
mactatores, qui malleo feriebant vic-  
timas quas tenebat sacerdos.

95 *Agninus me extis placari volo*  
Alii, *minis extis*; nam 'oves minæ'  
erant oves glabrae sub ventre. Allu-  
dit ad 'minas' argenti.

97 *Extra portam Metiam*] Extra  
portam Metiam manebant carnifices,  
et erat inibi suppliciis sonium des-  
tinatus locus, ubi cernere erat cruci-  
ces, patibula defixa, cadavera abjec-  
ta.

98 *Cum tintinnabulis*] 'Tintinnabu-  
lum' vehiculi genus.

100 *Satias*] Satietas.

In malam crucem istic ibit Juppiter lenonius.

BA. Ex tua re non est, ut ego emoriar. Ps. qui dum?

BA. ego dicam tibi:

Quia edepol dum ego vivos vivam, nunquam eris frugi bonæ.

Ps. Ex tua re non est, ut ego emoriar. BA. qui dum?

Ps. sic, quia

Si ego emortuus sim, Athenis te sit nemo nequier. 105

CA. Dic mihi, obsecro hercle, verum serio, hoc quod te rogo.

Non habes venalem amicam tu meam Phœnicium?

BA. Non edepol habeo profecto; nam jampridem vendidi.

CA. Quomodo? BA. sine ornamenti, cum intestinis omnibus.

CA. Meam tu amicam vendidisti? BA. valde, viginti minis. 110

CA. Viginti minis? BA. utrum vis, vel quater quinque minis,

Militi Macedonio: et jam quindecim habeo minas.

CA. Quid ego ex te audio? BA. amicam tuam esse factam argenteam.

CA. Cur id ausus facere? BA. libuit, mea fuit. CA. echo! Pseudole,

I, gladium affer. Ps. quid opus gladio? CA. qui hunc occidam, atque me. 115

crucem. BA. Non est ex tua re ut ego emoriar. Ps. Quare? BA. Ego tibi dicam: quia per adem Pollueis, dum ego viram, nunquam eris recte frugi. Ps. Non est ex tuo commodo ut ego inteream. BA. Quare? Ps. Quia si ego sim sublatus e viris, erit nemo nequier te Athenis. CA. Dic mihi, amabo, verum per Herculem serio, id quod a te postulo. Non habes tu meam amicam Phœnicium venalem? BA. Per adem Pollucis non habeo; nam vendidi jamdudum. CA. Quomodo? BA. Sine ornamenti, cum omnibus intestiniis. CA. Tu vendidisti meam amicam? BA. Vendidi viginti minis militi Macedonio; et habeo jam quindecim minas. CA. Quid ego audio ex te? BA. Tuam amicam factam esse argenteam. CA. Quare es ausus facere id? BA. Libuit, fuit mea. CA. Heus! Pseudole, affer gladium. Ps. Quid opus est gladio? CA. Quo interficiam hunc



am.—99 Eadem domo B. 1.—100 C. 2. satius Jovi.—103 C. rirs rivam.—104 Hic vs. deest in B. 1.—105 Si ego emortus C. nequor Pll.—109 C. cum testinisi.—112 Parei 3. hic habco.—113 C. ex ted audio.—115 Et gladium C. 2.

#### NOTÆ

113 *Amicam argenteam*] Cum argento commutatam.

Ps. Quin tu te occidis potius? nam hunc fames jam occiderit.

Ca. Quid ais, quantum terra tegit, hominum perjurissimo? Juravistin' te illam nulli venditurum, nisi mihi?

Ba. Fateor. Ca. Nempe conceptis verbis. Ba. etiam consultis quoque.

Ca. Perjuravisti, sceleste. Ba. at argentum intro condidi. 120

Ego scelestus nunc argentum promere possum domo:

Tu, qui pius es istoc genere gnatus, nummum non habes.

Ca. Pseudole, assiste altrinsecus, atque onera hunc maledictis. Ps. licet.

Nunquam ad prætorem æque cursim curram, ut emittar manu.

Ca. Ingere mala multa. Ps. jam ego te differam dictis meis, 125

Impudice. Ba. ita est. Ps. sceleste. Ba. dicis vera. Ps. verbero.

Ba. Quippini? Ca. bustirape. Ba. certe. Ca. furcifer. Ba. factum optume.

*atque me. Ps. Quin te occidis tu potius? nam fames occidet jam hunc. Ca. Quid ais, perjurissime hominum quantum terra capit? nonne juravisti te illam venditurum nulli nisi mihi? Ba. Fateor. Ca. Nimirum verbis solennibus. Ba. Etiam quoque deliberatis. Ca. Perjuravisti, scelerate. Ba. Sed condidi intro pecuniam: ego scelestus possum nunc depromere e tectis pecuniam. Tu, qui es pius filius isto modo, non habes nummum. Ca. Pseudole, assiste ex altera parte, et eum obrue conviciis. Ps. Licet. Nunquam curram æque celeriter ad prætorem, ut manu militar. Ca. Infer maledicta multa. Ps. Jam ego te diffumabo meis maledictis, in pudice. Ba. Ita est. Ps. Scelleste. Ba. Dicis vera. Ps. Verbero. Ba. Cur non? Ca. Bustorum prado. Ba. Etiam. Ca. Furcifer. Ba.*

\*\*\*\*\*

et a m. sec. Ei gladium.—116 C. 2. occides. C. postius.—117 Lips. quantum in terra degit; al. terram; al. terra gerit.—119 Pll. consulis quoque; B. 1. consilii quoque.—120 Perjurasti B. 1.—122 Pll. qui piu's istoc.—123 C. et C. 2. adsisteratrinsecus.—124 B. 1. C. C. 2. atque cursim. B. 1. curram item utar manu;

#### NOTÆ

117 *Quantum terra tegit*] Id est, talis erat, 'Ex animi mei sententia sustinet.'

119 *Conceptis verbis*] 'Verbis conceptis jurare,' est alio præeunte, et

jusjurandum verbis certa comprehensis formula dictante, jurare; quæ

125 *Te differam dictis meis*] Maledictis.

127 *Bustirape*] 'Bustirapus' erat qui aliquid de silicernio, seu cœna

- CA.** *Sociofraude.* **BA.** sunt mea hæc ista. **PS.** parricida. **BA.** perge tu.
- PS.** *Sacrilege.* **BA.** fateor. **CA.** perjure. **BA.** vetera vaticinamini.
- CA.** *Legirupa.* **BA.** valide. **PS.** pernicies adolescentum. **BA.** acerrume. 130
- CA.** *Fur.* **BA.** babæ. **PS.** fugitive. **BA.** bombax. **CA.** *Fraus populi.* **BA.** planissime.
- PS.** *Fraudulente.* **CA.** impure leno. **PS.** cœnum. **BA.** cantores probos!
- CA.** *Verberavisti* patrem atque matrem. **BA.** atque occidi quoque,
- Potius quam cibum præhiberem: num peccavi quidpiam?
- PS.** In pertusum ingerimus dicta dolium: operam ludimus.
- BA.** Numquid alium etiam voltis dicere? **CA.** ecquid te pudet? 136
- BA.** Ted amatorem inventum esse inanem, quasi cassam nucem.
- Sed quanquam multa, malaque in me dicta dixistis mihi,  
Nisi mihi attulerit miles quinque, quas debet, minas,  
Sicut hæc est præstituta summa argento dies: 140

*Optime factum.* **CA.** *Deceptor sociorum.* **BA.** *Hæc ista sunt mea.* **PS.** *Parricida.* **BA.** *Perge tu.* **PS.** *Sacrilege.* **BA.** *Fateor.* **CA.** *Perjure.* **BA.** *Recantatis vetera.* **CA.** *Legum violator.* **BA.** *Valide.* **PS.** *Ruinajventutis.* **BA.** *Acrier.* **CA.** *Fur.* **BA.** *Babæ.* **PS.** *Fugitive.* **BA.** *Bene.* **CA.** *Fraus populi.* **BA.** *Plane.* **PS.** *Fraudulente.* **CA.** *Leno impure.* **PS.** *Lutum.* **BA.** *Bonos cantores!* **CA.** *Verberavisti* patrem et matrem. **BA.** Atque occidi quoque, potius quam præberem cibum. Näm commisi aliquid? **PS.** *Inferimus dicta in dolium pertusum: perdimus operam.* **BA.** Numquid voltis etiam dicere aliud? **CA.** Quid est quod te pudet? **BA.** Te esse repertum amatorem vacuum, quasi nucem cassam. Sed quanvis mihi dixisti multa maledicta in me, nisi miles mihi attulerit quinque quas debet, sicut hæc dies est assignata ultima ad solvendam

Pll. c. lile mittar manus.—127 *Quidpini* B. I.—128 *Sociofrude* Pll. *Sociofraude* B. I. *mea ecista* Pll.—131 **CA.** *Fur.* **BA.** *abi* B. I. *bompx* C. 2.—131 C. *præhibere;* al. *perhibere.*—135 C. 2. *ingerrimus.*—136 *Nunc quid* Pll. *ecqui te* C. et C. 2.—138 C. C. 2. B. I. *Ven.* 1. *mala que.* Alii delect *rd que.* *Mox,* *dixisti modo edd.* quædam vett.—140 B. I. C. *summe;* C. 2. *summe.* *Mox,* *ei*

## NOTÆ

tumulis mortuorum imposita, aut lig- efferentis vox.

no bustorum raperet.

137 *Quasi cassam nucem]* Petroni.

131 *Babæ]* Est latè alterius dicta us, ‘*Nux ventosa, sine medulla.*’

*Delph.* et *Var.* *Cles.*

*Plaut.*

4 F

Si is non aderit, posse opinor facere officium meum.

CA. Quid id est? BA. si tu argentum attuleris, cum illo  
perdiderim fidem. [loquar:

Hoc meum est officium: ego, operæ si sit, plus tecum  
Sed sine argento frustra est, quod me tui misereri postulas.

Haec mea est sententia, ut tu hinc porro, quid agas, con-  
sulas. 145

CA. Jamne abis? BA. negotii nunc sum plenus. Ps.  
paulo post magis. [serunt,

Illic homo meus est: nisi omnes Di me atque homines de-  
Exossabo ego illum similiter itidem ut murænam cocus.

Sed nunc, Calidore, operam te mihi volo dare. CA. ecquid  
imperas?

Ps. Hoc ego oppidum admœnire, ut hodie capiatur, volo.  
Ad eam rem usu'st hominem astutum, doctum, scitum, et  
callidum, 151

Qui imperata effecta reddat, non qui vigilans dormiat.

CA. Cedo mihi, quid es facturus? Ps. tempori ego faxo  
scies:

Nolo bis iterare: sat sic longæ fiunt Fabulæ.

CA. Optimum atque æquissimum oras. Ps. Propera,  
adduc hominem cito. 155

Pauci ex multis sunt amici, homini qui certi sient.

*pecuniam; si is non uaderit, opinor me posse facere officium. CA. Quid est id?*  
 BA. *Si attuleris pecuniam, amiserim fidem cum illo: hoc est meum officium: ego loquar plus tecum, si sit opus: at sine pecunia a me postulus incussum me misereri tui. Haec sententia est mea, ut tu deliberes amplius hinc, quid moliaris. CA. Jamne abis? BA. Sum jam occupatus. Ps. Magis paulo post: ille homo est meus, nisi omnes Di atque homines me destruant. Ego illi ossa communium, perinde atque cocus exossat murenam; sed nunc, Calidore, volo te mihi auscultare. CA. Ecquid mandas? Ps. Ego volo munire hoc oppidum, ut expugnetur hodie. Ad hanc rem opus est homine astuto, docto, scito, et callido, qui perficiat quæ imperantur, non qui dormiat rigilans. CA. Dic mihi quid es acturus? Ps. Ego officium, ut scias tempestive. Nolo iterare bis: sic fiunt Fabulæ satis prolixæ. CA. Precaris optimum atque æquissimum. Ps. Accelerava, adduc hominem ceteriter. Sunt pauci ex multis, qui sint veri amici hominis. CA. Ego scio istud. Ps.*



*dies Parei 3. ci argento dies Delph. et Bipont.—141 Pronomen me deest in Pll. et B. 1.—144 Schopp. frustra es.—146 Janne habis Pll. negotii sum C. 2.—147 B. 1. a m. pr. atque omnes.—148 B. 1. simulter ego illum; Non. etiam simulter. Mox, C. quoquis; C. 2. quoquis.—149 C. quid imperas; al. quin imperas.—151 B. 1. usui es.—152 Qui imperat haec facta B. 1. C. 2.—153 Pll. quid est.—154 Nobis iteraris C. a m. pr. iteraris at C. 2.—155 C. adhuc h. cito;*

**CA.** Ego scio istuc. **Ps.** Ergo utrumque tibi nunc delectum para :

Ex multis exquire illis unum, qui certus siet.

**CA.** Jam hic faxo aderit. **Ps.** potin' ut abeas? tibi moram dictis creas.

*Compara tibi igitur delectum militum utrumque : ex illis compluribus quære unum, qui sit verus. CA. Efficiam ut adsit jam hic. Ps. Potesne abire? Tibi facis moram verbis.*

**C. 2.** adhuc h. scito.—157 Acidal. utrumque. Mox, B. 1. et Pl. dilectum.—  
**158** Parei 3. tibi qui.—159 Pl. ut habeas. B. 1. tibi morem geram.

## ACTUS PRIMI SCENA QUARTA.

PSEUDOLUS.

POSTQUAM illic hinc abiit, tu astas solus, Pseudole:  
Quid nunc acturus, postquam herili filio  
Largitus dictis dapsilis? ubi sunt ea?  
Quoi neque parata gutta certi consilii,  
Neque adeo argenti: neque nunc quid faciam scio,      5  
Neque exordiri primum, unde occipias, habes,  
Neque ad detexundam telam certos terminos.

*Ps. Postquam ille profectus est hinc, tu stas solus, Pseudole. Quid facies jam, ex quo donavisti verba magnifica filio heri? Ubi sunt illa? Cui nulla est in promptu mica certi consilii, aut pecuniae: neque animadverto jam quid agam. Neque vides unde sumas principium, neque rationem certam ordiendæ hujus tela. Sed*

**1** *Pseudolus* B. 1.—**3** *Largitus dict' es dapsilia* al. ap. Parenm. *ut sunt ea* B. 1.—**4** *Cui Pl.*—**6** *C. 2.* B. 1. *accipias.* B. 1. *habeas.*—**7** B. 1. *detexendum.*—

### NOTÆ

**3** *Largitus*] Id est, largus, liberalis, profusus. *Dapsilis* antiquum, seu *dapsilis*, e Graeco est, et significat munificum, largum. Itaque *largitus dictis dapsilis*, seu largus dictis dapsilis, idem est ac largus dictis largis, quæ battologia freqnens est in Plauto, neque ei vitio vertitur.

**4** *Gutta certi consilii*] Metaphorice dicitur, pro minima parte consilii: ut

veteres dicebant, ‘ne pilum quidem habet viri boni.’ Id est, ne minimam quidem partem, qualis est capillus in homine.

**7** *Ad detexundam telam*] Id est, *contextendum*. Sunta allegoria a textoribus, qui primum ordiuntur telam, deinde texunt. Loquitur de frande adversus Ballionem instrnenda.

Sed quasi poëta tabulàs cum cepit sibi,  
 Quærerit quod nusquam est gentium, reperit tamen,  
 Facit illud verisimile, quod mendacium est: 10  
 Nunc ego poëta fiam, viginti minæ  
 Quæ nusquam nunc sunt gentium, inveniam tamen.  
 Atque ego huic jam pridem me daturum dixeram,  
 At volui injicere tragulam in nostrum senem:  
 Verum is, nescio quo pacto, praesensit prius. 15  
 Sed comprimenda est mihi vox atque oratio.  
 Herum eccum video huc una Simonem simul  
 Cum suo vicino Calliphone incedere.  
 Ex hoc sepulcro vetere viginti minas  
 Effodiam ego hodie, quas dem herili filio. 20  
 Nunc huc concedam, ut horum sermonem legam.

*quemadmodum poëta, quando sumit suas tabulas, querit quod nusquam est terrarum, attamen invenit, reddit simile vero illud quod est falsum; ita ego evadam jam poëta; reperiam viginti minas, quamquam eae sint nusquam gentium. Ego huic pollicitus eram jundidum me daturum. Sed animus erat contorquere telum in nostrum senem. At ille præsagit ante nescio quomodo. Sed oportet cōrcere vocem et linguam. Ecce conspicor herum Simonem, qui accedit huc cum suo vicino Calliphone. Ego depromam hodie ex hoc antiquo monumento viginti minas, quas dem filio heri. Jam secedam huc, ut accipiam horum orationem.*

\*\*\*\*\*

S. B. 1. *tabulas conceptas sibi*; C. 2. *t.*, *concepit sibi*.—14 *At volui incipere* B. 1. C. C. 2. Ven. 1. *Ac volui al.*—15 B. 1. *præsens et prius*.—16 *Sed comprimendast vox mihi* B. 1.—17 *Idem codex, simionem una.*

#### NOTÆ

8 *Quasi poëta tabulas cum cepit*] Comparat architectum frandum cum poëta Pseudolus, et dicit, neutri, initio suscepti operis, esse in promptu, quid agat. Per tabulas intellige eas in quibus cera inductis scribebant. Alii legunt *fabulas*.

14 *Injicere tragulam*] ‘Tragula’ est teli genus hastæ non absimile. Est et retis genus, quod a ‘trahendo’ dicitur. Utrumque metaphora duci

potest ad significandum dolum.

19 *Ex hoc sepulcro vetere viginti minas Effodiam*] Moris erat apud veteres, ut in sepulcris pecuniam domesticam absconderent; quia grande piaulum erat religionem violare sepulcrorum. Pseudolus autem Simonem appellat, ‘vetus sepulcrum;’ id est, hominem sepulcro similem veteri, in quo tota esse videtur pecunia, sed frustra.

## ACTUS PRIMI SCENA QUINTA.

SIMO, CALLIPHO, PSEUDOLUS.

|   |    |
|---|----|
| <b>Si.</b> Si de damnosis, aut de amatoribus<br>Dictator fiat nunc Athenis Atticis,<br>Nemo antecedat filio, credo, meo : |    |
| Ita nunc per urbem solus sermo est omnibus,   |    |
| Eum velle amicam liberare, et quærere   | 5  |
| Argentum ad eam rem : hoc alii mihi renuntiant,   |    |
| Atque id jam pridem sensi, et subolet mihi.   |    |
| <b>Ps.</b> Occisa est hæc res, hæret hoc negotium.  |    |
| <b>Quo in</b> commeatum volui argentarium   |    |
| Proficisci, ibi nunc oppido obsepta est via.  | 10 |
| <b>Præsensit:</b> nihil est prædæ prædatoribus.   |    |
| <b>Ca.</b> Homines qui gestant, quique auscultant crimina,  |    |
| Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant,  |    |
| Gestores linguis, auditores auribus.  |    |
| <b>Nam istæc, quæ tibi renuntiantur, filium</b>   | 15 |

**Si.** Si eligatur nunc Athenis unus dictator ex his qui bonis eversi sunt, aut luxu perditæ, nullus, ut puto, anteferatur meo filio. Itaque nunc una oratio est omnium per civitatem, cum dare operam ut manumittat amicam, et quærere pecuniam eo consilio. Alii mihi referunt id ; et animadvertis idjamdudum, et præsensi. **Ps.** Hæc via est interclusa. Hoc negotium non succedit. Iter est jam omnino obstructum, quo mihi proponebam ire ad commeatum pecuniarum. Subodoratus est : prædones nullam habebunt prædam. **Ca.** Cuncti homines qui renuntiant, quique aurem præbent criminacionibus, si geratur res ex mea sententia, suspendantur, et delatores quidem lingua, auscultatores vero auribus. Nam illa quæ ad te referuntur

\*\*\*\*\*

**1** Vide damnosis B. 1. damnosis natis et amatoribus al. ap. Parenm.—**2** Al. fieret nunc.—**4** Pil. sermonèst ; B. 1. solvit sermonem cum omnibus.—**7** Parei 3. sensi ego.—**9** Quom commeatum B. 1. Qu'in commeatum Pil. et Parei 3. jam volui Parei 3.—**10** B. 1. opposita obstacula.—**14** Gestatores al. ap. Parenm.—

## NOTÆ

**1 Damnosis]** ‘Damnosi’ sunt qui voluntariis damnis, seu impensis suas res profundunt.

**2 Dictator fiat Athenis]** Id est, filius mens dux et princeps omnium hominum amore perditorum. Porro ‘dictator’ est Romanus magistratus, non Atheniensis, ut est sæpius dictum, sed spectatores Romani sunt.

**12 Homines qui gestant crimina]** Id est, qui promulgant crimina aliorum. Hi ‘gestores,’ seu ‘gestatores’ appellabantur. Seneca : ‘Pessimum genus hominum videbatur, qui verba gestarent. Sunt quidam qui vitia gestant. Horum sermo multum nocet : nam etiam si statim non officit, semina in animo reliquit.’

Te velle amantem argento circumducere,  
Forsitan ea tibi dicta sunt mendacia.  
Sed si vera ea sunt, ut nunc mos est, maxume,  
Quid mirum fecit? quid novum, adolescens homo  
Si amat, si amicam liberat? Ps. lepidum senem! 20  
Sl. Vetus nolo faciat. CA. at enim nequicquam nevis.  
Vel tune faceres tale in adolescentia?  
Probum patrem esse oportet, qui gnatum suum  
Esse probiorem, quam ipsus fucrit, postulet.  
Nam tu quod damni, et quod fecisti flagitii, 25  
Populo viritim potuit dispertirier.  
Idne tu miraris, si patrissat filius?  
Ps. <sup>3</sup>Ω Zεῦ, quam pauci estis homines commodi!  
Ehem, illuc est patrem esse, ut aequum est, filio!  
Sl. Quis hic loquitur? meus hic est quidem servos Pseudolus. 30  
Hic mihi corrupmit filium, scelerum caput.  
Hic dux, hic ille est paedagogus: hunc ego

*tur: videlicet quod filius amans te optet fraudare pecunia, ea sunt fortasse falsa quæ sunt tibi relata. Sed si ea sunt vera, maxime ut est nunc consuetudo, quid egit quod mirum videatur? Quid inusitatum, si juvenis homo amat, si asserit in libertatem amicam? Ps. Festivum senem! Sl. Nolo agat hanc rem vetustam. CA. Verum incassum repugnas. Tu ipse nonne ageres idem in juventute? Oportet patrem esse bonum, qui relit suum filium esse meliorem quam fuerit ipse. Num flagitia et damna, quæ fecisti, potuissent diridi in cives singulos. Idne tibi novum si filius imitatur patrem? Ps. O Jupiter, quam pauci estis homines non molesti! Eum, hoc est esse patrem nato, ut est par! Sl. Quis verba facit hic? Sane est meus servus Pseudolus. Hic perdit meum filium, dux ad nequitiam: hic est ille*



15 Nam ista B. 1. Nam istæ Pll.—18 B. 1. ea vera. Mox, mos deest in B. 1. C. et C. 2.—19 Pil. novum.—22 Pas. faceres talia.—26 B. 1. dispartirier.—27 Ne id tu al. ap. Pareum.—28 Azer quam B. 1. O Zey Pll. commodiem B. 1.—29 Em Pll. Illum esse patrem esset ut aquus est B. 1.—32 Pll. ille'st; Gul.

## NOTÆ

21 *Vetus nolo faciat*] Id est, nolo filium amare, quod dicis non esse novum.

26 *Populo viritim dispartirier*] Id est, tot damna fecisti, tot pecunias dilapidavisti, ut si populo tribuisses viritim, summ quisque nummum accepisset. Hæc distributio non cadit

in flagitia, sed in damna.

32 *Hic ille est paedagogus*] Olim ‘paedagogi’ distinguebantur a ‘præceptoribus’: illi mores; hi studia curabant. Seneca, ‘Præceptores paedagogique pueris placidis dentur.’

- Cupio excruciarī. CA. Jam istae insipientia est,  
Sic iram in promtu gerere: quanto satius est,  
Adire blandis verbis, atque exquirere,  
Sint illa, necone sint, quae tibi renuntiant? 35  
Bonus animus in mala re dimidium est mali.  
SI. Tibi auscultabo. PS. itur ad te, Pseudole:  
Orationem tibi para advorsum senem.  
Herum saluto primum, ut aequum est: postea 40  
Si quid supersit, vicinos impertio.  
SI. Salve: quid agitur? PS. statur hic ad hunc modum.  
SI. Statum vide hominis, Callipho, quam basilicum!  
CA. Bene confidenterque astitisse intellego.  
PS. Decet innocentem, qui sit atque innoxius, 45  
Servom superbū esse, apud herum potissimum.  
CA. Sunt, quae te volumus percontari, quae quasi  
Per nebulaṁ nosmet scimus atque audivimus.  
SI. Conficiet jam te hic verbis, ut tu censeas  
Non Pseudolum, sed Socratem tecum loqui. 50

*ductor, hic magister: ego opto eum panus dare graeissimas.* CA. *Est hæc jam  
ameutia, sic ferre præ se iracundiam.* Quanto est melius adoriri leni oratione,  
atque expendere, utrum illa, quæ ad te referunt, sint vira necone? Mens constans  
in re adversa reddit malum levius dimidio. SI. *Tibi præbebo aurem.* PS. *Veniant  
ad te, Pseudole: instrue orationem aduersus senem.* In primis salvare jubeo herum,  
ut est par; deinde si restat aliquid saintis distribuo riciinis. SI. *Salvus sis;* quid  
agis? PS. *Ego sto hic, hoc modo.* SI. *Callipho, aspice statum hominis, tanquam regium.* CA. *Video eum stare recte et andacter.* PS. *Oportet seruum innocuum et in-  
noxium esse audacem, presertim apud dominum.* CA. *Sunt quæ volumus o te sci-  
cari, quæ nosmet tenemus, atque accepimus relut per nebulaṁ.* SI. *Hic te interimet  
jam garrulitate: ita ut tu arbitris non Pseudolum, sed Socratem verba facere te-*



et al. illi est.—33 Verbum est deest in B. I.—34 B. I. in promtu gereres.—  
36 C. 2. negre siniqꝫ.—38 C. absultabo; Parei 3. auscultabo ego.—40 C. et  
C. 2. aequom'st.—41 PII. superfít. Al. vicinum hñuc.—43 B. I. q̄ amabas illicum;

## NOTÆ

34 *Iram in promtu gerere]* Ennius: ‘Amicitias atque inimicitias in fronte  
promtas gero.’ Cicero: ‘Hic, quod  
enī ceteris animo sentiebat, id magis  
quam ceteri, et vultu promtum  
habuit et lingua.’ Apuleius: ‘In pri-  
mori fronte animum gestare.’

43 *Statum]* ‘Status’ est stantis

habitūs et facies standi.

47 *Quasi Per nebulaṁ]* Cicero, ‘In  
infirmitate imbecillaque mente, vis  
naturæ per caliginem ceruitur.’ Por-  
ro quæ cernuntur per nebulaṁ, sunt  
quæ cernuntur quidem, sed non satis  
distincte.

Ps. Ita est: jampridem tu me spernis, sentio;  
Parvam esse apud te mihi fidem ipse intellego:  
Cupis me esse nequam, tamen ero frugi bonæ.

S1. Fac sis vacivas, Pseudole, ædis aurium,  
Mea ut migrare dicta possint quo volo. 55

Ps. Age, loquere quid vis, tametsi tibi succenseo.

S1. Mihin' domino servos tu succenses? Ps. jam tibi  
Mirum id videtur? S1. hercle qui, ut tu prædictas,  
Cavendum est mihi abs te irato: atque alio tu modo  
Me verberare, atque ego te soleo, cogitas. 60

Ca. Quid censes? edepol merito esse iratum arbitror,  
Cum apud te parum stet fides. S1. jam sic sino,  
Iratus sit: ego, ne quid noceat, cavero. [roga  
Sed quid ais? quid hoc, quod te rogo? Ps. si quid vis,  
Quod scibo, Delphis tibi responsum dicio. 65

S1. Advorte ergo animum, et fac sis promissi memor.  
Quid ais? ecquam scis filium tibieinam [velit?  
Meum amare? Ps. negare meum est. S1. liberare quam  
Ps. Kāl τοῦτο καὶ τοῦτο nego. S1. ecquas viginti minas

cum. Ps. Etiam. Jamdudum tu me contemnis, animadverto: ipse non ignoror te parum in me confidere: vis me esse improbum, attamen ero probus. S1. Pseudole, fac, si ris, domus auriam racet, ut me averba possint conferri quo cupio. Ps. Age, dic quicquid libuerit, quanquam iratus sum tibi. S1. Mihine iratus es tu, qui es servus, mihi domino? Ps. Existimusne id mirum? S1. Per Herculem mihi metuendum est abs te irato, ut tu dicis: et tu meditaris me cädere alia ratione atque ego consuevi te verberare. Ca. Quid putas? Per ædem Pollucis existimo eum esse iratum merito, quia parum ei confidis. S1. Sit sic iratus; per me licet: ego curabe ne noceat in quopiam. Sed quid dicas? Quid est hoc quod a te peto? Ps. Si vis aliquid, pete id quod sciam; crede tibi responsum ab oraculo Delphico. S1. Adhike igitur animum, et da operam ut recorderis promissorum. Quid dicas? ecquam tibicinum nosti amari a meo filio? Ps. Est meum negare. S1. Quam cupiat manumittere? Ps. Nego et hoc et illud. S1. Quibus viginti minis parus me frau-

\*\*\*\*\*

Pll. qui am basilicum.—46 B. 1. atque hero.—53 Cupissime esse.—54 Fac sis vacua B. 1. Fac si suaciva C.—55 C. dicia possint.—56 Pll. succenseo.—58 B. 1. Bipont. pist. quin ut tu.—59 Cavendum est mihi abs te Pll.—62 Bipont. te stet parum; B. 1. parum est fidei; Lips. parum fiet fides.—65 Si quid scibo B. 1.—66 Avorte Pll. faxis promissis C. et C. 2. et deest in B. 1.—68 Meum amare. P. nāgar mea est C. M. amare negar meu est C. 2. Meum amare? Ps. Nāl val. S1. Liberare, &c. Bipont. qui velit C.—69 Ceu tu au ita negaris B. 1. Cetuton Katto negras equas C. Ceu ton Katto ito negaris Equas C. 2. Kal τοῦτο val val

#### NOTÆ

65 *Delphis tibi responsum dicio]* Ci- Pythii edita tibi puta. Nihil potest cero: ‘Hæc ex oraculo Apollinis esse verius.’

- Per sycophantiam atque per doctos dolos 70  
 Paritas, ut auferas a me? Ps. abs te ego auferam?  
 Si. Ita: quas meo gnato des, qui amicam liberet.  
 Ps. Fateri δεῖ καὶ τοῦτο ναι, καὶ τοῦτο ναι.  
 Ca. Fatetur. Si. dixin', Callipho, dudum tibi?  
 Ca. Memini. Si. cur, hæc ubi tu rescivisti illico, 75  
 Celata me sunt? cur non rescivi? Ps. eloquar.  
 Quia nolebam ex me morem prægigni malum,  
 Herum ut servos suum criminaret apud herum.  
 Si. Juberet hunc præcipitem in pistrinum trahi.  
 Ca. Numquid peccatum est, Simo? Si. immo maxume.  
 Ps. Desiste: recte ego rem meam sapio, Callipho. 81  
 Peccata mea sunt: animum advorte nunc jam,  
 Quapropter te expertem amoris nati habuerim:  
 Pistrinum in mundo scibam, si id faxem, mihi.  
 Si. Non a me scibas pistrinum in mundo tibi, 85  
 Cum ea mussitabas? Ps. scibam. Si. cur non dictum  
 est mihi?  
 Ps. Quia illud malum aderat, istuc aberat longius.

*dare, fallacia, et eruditis technis?* Ps. *Ego te fraudem?* Si. *Etiam, quas tradas meo nato, ut asserat in libertatem amicum.* Ps. *Oportet fateri, et hoc quidem et illud.* Ca. *Fatetur.* Si. *Callipho, tibine dixi jampridem?* Ca. *Recordor.* Si. *Quare haec nou mihi detexisti statim atque accepisti?* *Cur non accepi?* Ps. *Edicun.* *Quia nolebam malum consuetudinem inferri per me in hominum genus, ut servus criminaret suum herum opud herum.* Si. *Mandares hunc obtorto collo rapi in pistrinum.* Ca. *An aliquid est culpe admissum, Simo?* Si. *Immo maxime.* Ps. *Desiste, Callipho: ego tenco apprime meum rem.* Sunt mea peccata. *Jun animadverte, quamobrem passus fuerim esse te ignarum amoris filii: intelligebam me esse damnandum pistrino, si fecisset id.* Si. *Ignorabas tibi esse pistrinum apertum, meo jussu, si non uperiebas id?* Ps. *Non ignorabam.* Si. *Quare non mihi est renuntiatum?* Ps. *Quia haec pœna aderat; illa aberat longius: illa*



Bipont.—71 B. 1. *ut me auferas.*—73 *Fateri dicar [lacuna] torna eurhorionai*  
 B. 1. *Fateri di chartorna chui toy ionai* C. *Fateri di chaytoyna Chaitoyonai fat*  
 C. 2. *Futere.* Ps. πύσατο ἵνα καὶ αὐτὸς βυσαλην̄ al. ap. Pareum; *Fatere.* Ps.  
 δικέρο, ἵνα καὶ αὐτὸς ἐδψεβαι al. ibid.—75 B. 1. *tu ubi res sciristi;* C. *resivisti,*  
 et a m. sec. *resivi.*—77 B. 1. *morem peregrini;* C. *morem que gigni.*—78 Pro-  
 nomen *suum deest in Pl. et B. 1. criminariit C. criminariit apud C. 2.*—79 *Lu-*  
*beret hunc Grnt, pistrinum C.*—81 B. 1. *meam rem.*—81 Pl. *in mundum;* B. 1.  
*ineundum tibi scibum.*—85 B. 1. *pistrinum ineundum tibi.*—86 Pl. *muscitabas.*

## NOTÆ

- 71 *Paritas]* Id est, paras. 84 *In mundo]* Id est, certum et  
 78 *Herum]* Herum filium apud he- præsens.  
 rum patrem. Faxem] Fecisset.

Illud erat præsens, huic erant dieculæ.

**S1.** Quid nunc agetis? nam hinc quidem a me non potest Argentum auferri, qui præsertim senserim. 90

Ne quisquam credat nummum, jam edicam omnibus.

**Ps.** Nunquam edepol quoiquam supplicabo, dum quidem Tu vives: tu mihi hercle argentum dabis:

Abs te equidem sumam. **S1.** tu a me sumes? **Ps.** strenne.

**S1.** Excludito mihi hercle oculum, si dedero. **Ps.** dabis.

Jam dico, ut a me caveas. **Ca.** certe edepol scio, 96

Si abstuleris, mirum et magnum facinus feceris.

**Ps.** Faciam. **S1.** si non abstuleris? **Ps.** virgis cædito;

Sed quid, si abstulero? **S1.** do Jovem testem tibi,

Te ætatem impune habiturum. **Ps.** facito, ut memineris.

**S1.** Egon' ut caveare nequeam, quoi prædictitur? 101

**Ps.** Praedico, ut caveas: dico, inquam, ut caveas: care.

Hem! istis mihi tu hodie manibus argentum dabis.

**Ca.** Edepol mortalem graphicum, si servat fidem!

**Ps.** Servitum tibi me abducito, ni fecero. 105

**S1.** Bene atque amice dicis: nam nunc jam meus es.

**Ps.** Vin' etiam dicam, quod vos magis miremini?

*erat præsens; huic erant aliquot dies interjecti. S1. Quid facietis jam? Nam profecto pecunia nequit subduci a me, præsertim qui detexerim fraudem. Num monebo omnes, ne ullus tibi credat vel nummum. Ps. Per ædem Pollucis a nemine rogabo, dum quidem tu rives: per Herculem tu mihi dabis pecuniam. Profecto ego accipiam a te. S1. Tu accipies a me? Ps. Accipiam! S1. Per Herculem erne mihi oculum, si dedero. Ps. Dabis. Dico jam ut caveas a me. Ca. Per ædem Pollucis ego scio, si acceperis, perpetraveris factum admirabile et magnum. Ps. Accipiam. S1. Si non abstuleris? Ps. Plecte flagris; sed quid si abstulero? S1. Appello Jorem testem, te acturum ritam immunem a pena. Ps. Da operam ut recorderis. S1. Egone ut non possim caveare monitus? Ps. Moneo ut caveas; dico, inquam, ut caveas: care. Hem! tu mihi numerabis hodie pecuniam, in istis manibus. Ca. Per ædem Pollucis venustum hominem, si facit quod pollicetur! Ps. Nisi fecero, abducito me ad tibi serviendum. S1. Loqueris recte atque familiariter; nam nunc pertines ad me. Ps. Visne etiam dicam, quod robis sit magis mirum? Ca. Per Herculem attente*



Mox, C. et C. 2. dictu est.—87 Qui aliud C. Quid aliud C. 2.—88 B. I. C. C. 2. Ven. 1. huic erat.—95 Sexcludito C. Exsculpito Lamb.—97 Si apsitteris C.—101 Pll. cui præditur.—105 Pronomen me deest in B. I.—106 Gronov. Si bene,

#### NOTÆ

88 *Huic erant dieculæ*] Id est, mo- bebat inter crimen et criminis pœ- rula aliqua temporis intercedere de- nam.

**CA.** Studeo hercle audire, nam tēd ausculto libens.

**SI.** Agedum, nam satis libenter te ausculto loqui. 109

**PS.** Priusquam istam pugnam pugnabo, ego etiam prius  
Dabo aliam pugnam claram et commemorabilem.

**SI.** Quā pugnam? **PS.** hem, ab hoc lenone vicino tuo  
Per sycophantiam atque per doctos dolos  
Tibicinam illam, tuus quā gnatus deperit,

Eam circumducam lepide lenonem. **SI.** quid est? 115

**PS.** Effectum hoc hodie reddam utrumque ad vesperum.

**SI.** Siquidem istae opera, ut prædictas, perfeceras,  
Virtute regi Agathocli antecesseris.

Sed si non faxis, numquid causæ est, illico  
Quin te in pistrinum condam? **PS.** non unum quidem 120  
Diem modo, verum hercle in omnis, quantum est: sed si  
effecero,

Dabin' mihi argentum, quod dem lenoni illico  
Tua voluntate? **CA.** jus bonum orat Pseudolus:  
Dabo, inque. **SI.** at enim scin' quid mihi in mentem venit?  
Quid si hice inter se consenserunt, Callipho, 125  
Aut de compacto faciunt consutis dolis,  
Qui me argento circumvortant? **PS.** quis me audacior

audio, nam te audio lubenter. **SI.** Dic igilur! nam te audio loqui satis ultro.  
**PS.** Antequam descendam in hanc pugnam, ego committam antea adhuc aliud cer-  
tanum celebre et memoria dignum. **SI.** Quod certamen? **PS.** Hem, ea ipsa  
tibicina, quam tuus filius perdite amat, fraudabo lepide lenonem tuum vicinum,  
per fallaciam, atque per eruditam fraudem. **SI.** Quid est? **PS.** Perficiam hodie  
hæc duo ad resperam. **SI.** Projecto si perfeceras hæc revera, ut tu dicis, antepo-  
nendus eris virtute regi Agathocli. Sed si non perfeceras, nonne causa erit, qua  
te detrudam statim in pistrinum? **PS.** Detrudes non modo in unum diem, verum  
per Herculem in omnem vitam, quanta quanta erit: sed si perfecero, mihine  
trades ultro pecuniam, quam dem statim lenoni? **CA.** Pseudolus petit id  
quod æquum est: dic, dabo. **SI.** Sed scisne quid mihi venit in animum?  
Quid, Callipho, si hi convenerint inter se, aut agunt de composito, meditata fraude,  
ut me circumveniant pecunia? **PS.** Quis erit confidentior me, si aggrediar illud



**SC.** Pli, nam nunc nam meus 't; Grut, nam nunc haud meus est.—108 Studie Pli,  
nam te B. 1. auscultu Pli.—112 Eme ab hoc C. 2. abe hoc C.—114 C. tus q. na-  
tus.—115 Ea c. lepide lenonen C. Ea c. lepidule nomen C. 2. Ea c. lepide et  
quidem effectum al. ap. Pareum; lepidule mirum qdem est B. 1.—117 B. 1. ista  
hæc opera. C. 2. aut predicus.—118 Pli. rei Agathocli.—119 B. 1. C. C. 2. causa  
est.—120 C. pistrinum. Acidalius delet condam.—121 Pli. quantus est; B. 1.  
quantum potest.—122 Pro illico, al. habent illic.—124 Particula enim deest in  
edd. quibusdam vett.—125 Quid si hisce Pli. conserunt C.—126 C. compecto.

- Sit, si istuc facinus audeam facere? immo sic, Simo,  
 Si sumus compacti, sive consilium unquam inivimus  
 De istac re, aut si de ea re unquam inter nos convenimus:  
 Quasi in libro cum scribuntur calamo literæ,                   131  
 Stylis me totum usque ulmeis conscribito.  
 S1. Indice ludos nunc jam, quando lubet.  
 Ps. Da in hunc diem operam, Callipho, quæso mihi,  
 Ne quo te ad aliud occupes negotium.                           135  
 CA. Quin rus uti irem, jam heri constitueram.  
 Ps. At nunc disturba, quas statuisti, machinas.  
 CA. Nunc non abire certum est istac gratia.  
 Lubido est ludos tuos spectare, Pseudole.  
 Et si hunc videbo non dare argentum tibi,                   140  
 Quod dixit; potius quam id non fiat, ego dabo.  
 S1. Non demutabo. Ps. namque edepol, si non dabis,  
 Clamore magno et multum flagitabere.  
 Agite, amolimini hinc vos intro nunc jam,  
 Ac meis vicissim date locum fallaciis.                       145

*agere? Immo, Simo, si sumus sic consentientes, sive unquam consultavimus de ista re, aut si unquam consensimus inter nos de ea re, exura me totum stylis ulmeis, quasi quando scribuntur literæ calamo in libro. S1. Assigna jam tempus ludorum, quando libebit. Ps. Rogo, Callipho, impende mihi hunc diem, neque te implices atiis rebus. CA. Quin statueram jam heri, ut proficiscerer rus. Ps. Sed nunc everte machinas quas tu instruxisti. CA. Sed statui non ire ea causa. Libet videre ludos tuos, Pseudole. Si vero video hunc non tibi dure pecunium, ut pollicitus est, ego tradam, potius quam id non fiat. S1. Non sententiam mutabo. Ps. Nam per eadem Pollucis, si non dederis, a te petetur multum, et magna vocifera-  
 tione. Agite, jam amolimini vos hinc intro, rieissim facite spatium meis fraudibus.*



Mox consultis deest in B. 1.—127 C. audicior.—128 C. 2. audeam dicere.—  
 129 Si sumus conspectis lucis consilium C. Si sumus conspecti sive C. 2. conspecti . . . u. inimus B. 1.—130 De ista re B. 1. conveniamus PII.—131 B. 1. litteræ calamo.—132 B. 1. usque vel meis.—133 B. 1. ludos jam nunc disturba quas statuisti machinas nunc jam.—134 B. 1. mihi operam, C. quæso.—135 Nequeo te ad a. occupet B. 1. Ne quod edd. quædam vett.—136 B. 1. ut irem.—137 Hic vs. deest in B. 1. Vide supra ad vs. 133.—138 B. 1. certumst.—143 C. flagito habere; C. 2. flagito habere.—144 C. 2. Ven. 1. al. amovemini.—146 Flat C. vos

#### NOTÆ

129 *Si sumus conspecti*] Antique pro *compacti*. linaris: ‘Mundas incunduit, glacies Alpina deletur, et hiulcis arenium rimarum flexibus terra perscribitur.’

132 *Stylis ulmeis*] Virgis.

*Conscribito*] Virgilins, ‘versa pulvis inscribitur hasta.’ Sidonius Apol-

**Si.** Fiat, geratur mos tibi. **Ps.** sed te volo  
Domi usque adesse. **Si.** quin tibi hanc operam dico.  
**Ca.** At ego ad forum ibo: jam hic adero. **Si.** actutum redi.  
**Ps.** Suspicio est mihi nunc vos suspicarier,  
Me idcirco haec tanta facinora promittere, 150  
Qui vos oblectem, hanc Fabulam dum transigam,  
Neque sim facturus, quod facturum dixeram.  
Non demutabo: atque etiam certum, quod sciam;  
Quo sim facturus pacto, nihil etiam scio;  
Nisi quia futurum est: nam qui in scenam provenit 155  
Novo modo, novom aliquid inventum afferre addebet:  
Si id facere nequeat, det locum illi, qui queat.  
Concedere aliquantis per hinc mihi intro libet,  
Dum concenturio in corde sycophantias.  
Tibicen vos interea hic delectaverit. 160

**St.** Fiat; tibi obtemperetur. **Ps.** Sed volo te esse semper domi. **Si.** Quin tibi dedico hanc operam. **Ca.** Sed ego ibo ad forum, adero hic jam. **St.** Redi velociter. **Ps.** Suspicor vos suspicari nunc, me polliceri haec facinora tanta, ad vos oblectandos, dum agam hanc Fabulam, neque me esse facturum quod pollicitus eram me esse facturum. Non mutabo sententiam. Et constat quidem me facturum esse, sed nescio adhuc quomodo sim facturus; nisi quia est futurum: nam decet eum qui venit in scenam nova ratione, afferre aliquid novum inventum; si nequeat id facere, det locum illi qui possit. Mili libet concedere paulisper hinc intro, dum instruo in animo fallacias. Interea hic tibicen vos oblectabit.

tibi set C.—151 Quin vos Pil.—156 Bipont. et al. delent τὸ inventum.—  
157 Pil. nequeat et locum. Bipont. hinc mi intro.—160 C. vos intera.

## NOTE

159 Concenturio] Id est, in album refero, aut instruo in aciem.

## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

## PSEUDOLUS.

**PRO Juppiter,** ut mihi, quicquid ago, lepide omnia prospereque eveniunt!  
Neque quod dubitem, neque quod timeam, meo in pectore conditum est consilium.

**Ps.** Pro Jupiter, ut cuncta, quae facio, mili succedunt feliciter et ex roto! Consilium quod conceptum habeo in mente, est iusmodi, ut de ejus evetu felici, nec

Nam ea stultitia est, facinus magnum timido cordi credere :  
nam omnes [meo

Res perinde sunt, ut agas, ut eas magnifacias : nam ego in  
Pectore prius ita paravi copias duplicis, triplicis dolos, 5  
Perfidias: ut ubicumque cum hostibus congregiar, malorum  
meorum

Fretus virtute dicam, mea industria et malitia, fraudulentia,  
Facile ut vincam, facile ut spoliem meos perduelles meis  
persidiis. [omnium

Nunc inimicum ego hunc communem, meum atque vostrum  
Ballionem, exballistabo lepide : date operam modo : hoc  
ego oppidum 10

Admœnire, ut hoc die capiatur, volo : atque ad hoc meas  
legiones [vibus faciam.

Adducam : si hoc expugno, facilem ego hanc rem meis ci-  
Post ad oppidum hoc vetus continuo tecum exercitum  
protinus obducam : [atque opplebo :

Inde me et simul participes omnes meos præda onerabo,  
Metum et fugam perduellibus meis injiciam, me esse ut  
sciant natum, 15

*dubitem, nec metuam. Certe insanum est committere egregium facinus homini  
timido. Num omnes res tales sunt, quales fuis; magnæ sunt si eas facias magnas.  
Idcirco ego instruxi anteua in mea mente duplices exercitus, fraudes triplicis ge-  
neris, fallacia; ut ubicumque communiam certamen cum hostibus (hoc dicum nixus  
virtute meorum malorum) mea industria et nequilia, fallacia, facile vincam, facile  
spoliem meos hostes meis sycophantiis. Nunc ego explodam festire Ballionem  
illum inimicum communem meum, atque restrum omnium. Audite modo; ego volo  
oppugnare hoc oppidum, ut expugnetur hodie: atque adducam ad hoc meas legiones.  
Si hoc capio, ego reddam hanc reu pronum meis civibus continuo. Postea protinus  
educam meas copias ad hoc retus oppidum: inde me onerabo, atque opplebo præda,  
et simul cunctos meos socios. Injiciam terrorem et fugam meis hostibus, ut intel-*

1 Hæc scena præcedenti annexitur in Pl. et B. 1.—2 B. 1. conditumst.—  
6 Grut. majorum meum.—7 Pl. me industria.—8 C. et C. 2. meorum perduelles.  
—9 Pl. communem.—10 Parei 3. exballistabo. Mox Pl. et Parei 3. volo : ut  
hoc.—12 Al. ap. Pareum facile ego hinc.—15 Voc. injiciam deest in B. 1. C. et

#### NOTÆ

6 *Malorum meorum virtute*] Ridicule dicit, opponitque ‘virtute’  
le et comice dictum. Nam dicere et ‘malorum.’

solebant, ‘Deorum virtute’ se facturos quicquid aggredenterur. Hic non ‘Deorum,’ sed ‘frandum sna-  
rum’ virtute facturum quod suscipit

10 *Ballionem, exballistabo*] Id est, quasi balista perimam. Allusione ad  
nomen lenonis facta, risum captat.

11 *Admœnire*] Obsidere. Per op-

**Quo sum genere gnatus:** magna me facinora decet esficere,  
**Quæ post mihi clara,** et diu clucant: sed hunc quem video,  
 quis hic est,

**Qui oculis meis obviam ignorabilis objicitur?** libet scire  
**Quid hic velit,** cum machæra: et huic, quam rem agat,  
 hinc dabo insidias.

*ligunt me esse genitum eo genere quo sum genitus. Oportet me perpetrare insignia facta, quæ illustria de me prædicentur et sempiterna. Sed quis est hic quem video, qui incurrit in meos oculos, quem non novi? Libet cognoscere quid velit hic cum ense; et huic, quicquid agat hic, deinde struam insidias.*

---

C. 2. ut sionant C.—17 B. 1. clucant.—18 Pli. obicitur.—19 B. 1. et hic, pro et huic; al. ap. Pareum, cum m. et clamyde, quam rem, &c.

## NOTÆ

*pidum* intelligit Simonem, quem vocavit supra ‘vetus seplerum.’

16 *Quo [Ego] sum genere gnatus?* Id est, nobili. Servi enim ferme generis sui seriem ignorabant, utpote propter obscuritatem ab iis neglectam.

18 *Ignorabilis]* Id est, quem ignoro, mihi ignotus. Contra Petronius: ‘Rusticus quidam familiaris oculis meis,’ id est, quem vidisse me sæpius recordor. Idem, ‘Vox pæne auribus meis familiaris ;’ id est, quam audisse me mihi videor.

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

HARPAX, PSEUDOLUS.

HA. Hi loci sunt, atque haec regiones, quæ mihi ab hero sunt demonstratae, [meus miles,

Ut ego oculis orationem capio, quam mihi ita dixit herus Septimas esse aedes a porta, ubi ille habitat leno, cui jussit Symbolum me ferre, et hoc argentum : nimis velim, certum qui

Mihi faciat, Ballio leno ubi hic habitat. Ps. st. tace, tace, 5

HA. Haec sunt loca, et haec plagæ, quæ mihi sunt indicatae ab hero, quemadmodum ego cerno oculis, id quod miles meus herus mihi dixit, nimisrum esse septimam domum a porta, in qua manet ille leno, ad quem præcepit deferre symbolum, et hanc pecuniam. Ultimam esset alius qui mihi indicaret ubi maneret in hac

---

2 Lips. nam mihi ; al. quas mihi.—3 Parei 3. ubi ille habuit.—4 B. 1. certum quidem ; C. certum quid ; C. 2. certum quid id.—5 Me faciat B. 1. en tace, tace

Meus hic est homo, ni omnes Di atque homines deserunt:  
 novo consilio [est:  
 Nunc mihi opus est: nova res subito mihi haec objecta  
 Hoc prævortar principio: illa omnia missa habeo, quæ  
 ante agere occipi. [percutiam.  
 Jam pol ego hunc stratioticum nuntium advenientem probe  
 Ha. Ostium pultabo, atque intus evocabo aliquem fo-  
 ras. 10  
 Ps. Quisquis es, compendium ego te facere pultandi volo;  
 Nam ego precator et patronus foribus processi foras.  
 Ha. Tune es Ballio? Ps. immo vero ego ejus sum Sub-  
 ballio. [curator peni.  
 Ha. Quid istuc verbi est? Ps. condus promus sum, pro-  
 Ha. Quasi te dicas atriensem. Ps. immo atriensi ego  
 impero. 15  
 Ha. Quid tu, servusne, an liber? Ps. nunc quidem etiam  
 servio.  
 Ha. Ita videre, et non videre dignus qui liber sies.  
 Ps. Non soles respicere te, cum dicas injuste alteri?

*urbe Ballio leno.* Ps. St; sile, sile, adest meus homo, nisi cuncti Dii et homines derelinquent. Oportet adhibeam nunc novum consilium: haec nova res mihi fuit oblatia repente. Anteponam hoc novum consilium priori: prætermisi universa illa quæ institueram antea facere. Per aedem Pollucis ego modo excipiam egregie hunc nuntium, qui advenit a milite. Ha. Impellan januam et vocabo aliquem ab adibus. Ps. Quicumque es, ego nolo te amplius pulsare; nam ego prodeo foras, ut defendam januam et deprecer ab ea injuriam. Ha. Tune es Ballio? Ps. Immo vero ego sum tantum Subballio. Ha. Quid est id quod dicis? Ps. Sum promus condus, qui curo ejus penum. Ha. Quasi profitearis te ejus atriensem. Ps. Immo ego impero atriensi. Ha. Quid tu? Esne servus, an liber? Ps. Certe servio adhuc. Ha. Sic videris, et non videris dignus qui fias liber. Ps. Non te

.....

idem codex.—10 Hostium pultabo C.—12 Nam ego peccator C.—13 Tun es o

#### NOTÆ

9 *Stratioticum percutiam*] Harpacem vincere incipiā dolis. ‘Stratioticus’ est a Græco, et significat militarem: *percutiam* autem est metaphora dñcta a certamine, in quo si vincere vis, oportet percutere hostem.

13 *Subballio*] Id est, atriensis Bal-

lionis. Cicero ‘Summarium’ appellat quendam ‘secundum a Mario.’

14 *Procuator peni*] Atriensis.

18 *Non solcs respicere te*] In Truculentō, ‘Qui alterum iuensat probri eum se intueri oportet.’

**HA.** Hunc hominem malum esse oportet. **Ps.** Di me servant atque amant.

Nam hæc mihi incus est: procudam ego hodie hinc multos dolos. 20

**HA.** Quid illic secum solus loquitur? **Ps.** quid ais tu, adolescens? **HA.** quid est?

**Ps.** Esne tu, an non es, ab illo milite Macedonio, Servos ejus, qui hinc a nobis est mercatus mulierem? Qui argenti hero meo lenoni quindecim dederat minas, Quinque debet? **HA.** sum: sed ubi tu me novisti gentium, 25

Aut vidisti, aut collocutus? nam equidem Athenas antid-hac [oculis meis.

Nunquam adveni, neque te vidi ante hunc diem unquam Ps. Quia videre inde esse: nam olim cum abiit, argento hæc dies

Præstituta est, quoad referret nobis; neque dum rettulit. **HA.** Immo adest. **Ps.** tun' attulisti? **HA.** egomet. **Ps.** quid dubitas dare? 30

**HA.** Tibi ego dem? **Ps.** mihi hercle vero, qui res rationes-que heri [dato. Ballionis euro, argentum accepto, expenso, et cui decet

contemplaris quando maledicis immerito alteri? **HA.** Oportet hunc hominem esse nequam. **Ps.** Dii me tuerunt atque diligunt; nam hic est instar incudis; ego fabricabo hodie hac complures fallacias. **HA.** Quid ille fabulatur solus secum? **Ps.** Quid loqueris tu, adolescens? **HA.** Quid est? **Ps.** Esne servus illius militis Macedonici, qui emit a nobis mulierem? qui numeraverat quindecim minas meo hero lenoni, debet quinque? **HA.** Sum. Sed ubinam terrarum tu me cognovisti, aut conspexisti, aut confabulatus es? Nam nunquam veni antea Athenas, neque te unquam conspexi meis oculis ante hunc diem. **Ps.** Quoniam ruderis esse ex ea gente: nam quando hinc prefectus est, hæc dies fuit assignata dando argento, usque eo dum nobis referret: sed nondum retulit. **HA.** Immo adest. **Ps.** Tune attulisti? **HA.** Egomet. **Ps.** Quid cunctaris dare? **HA.** Ego tibi dem? **Ps.** Enimvero mihi, qui curam gero rei rationunque heri Ballionis, accipio pecuniam, expendo et



Ballio idem codex. suballio B. 1.—14 B. 1. suppromus sum.—20 Nam hic meus est B. 1. hic mihi incus al. ap. Pareum.—22 Macclonico C. 2.—24 Voc. minas deest in B. 1.—26 Athenis PII.—29 Præstituta'st PII. quam ad referret al. ap. Pareum.—32 Ballionisq c. a. a. argento e. et cui debet B. 1. argentum deest in

#### NOTÆ

20 *Hæc [hic] mihi incus est]* Harpa- endat Ballioni, hero Simoni, et Poly-cem 'incudem' appellat; in qua dolos machæroplaci, hero Harpacis.

HA. Siquidem hercle etiam supremi promptas thesauros  
Jovis, [nuas,  
Tibi libellam argenti nunquam credam. Ps. dum tu stre-  
Res erit soluta. HA. vinctam potius sic servavero. 35  
Ps. Væ tibi! tu inventus vero, meam qui forcilles fidem!  
Quasi mihi non sexcenta tanta soli soleant credier!  
HA. Potest, ut alii ita arbitrentur, et ego ut ne credam tibi.  
Ps. Quasi tu dicas, me te velle argento circumducere.  
HA. Immo vero quasi tu dicas, quasique ego autem id  
suspicer. 40  
Sed quid est tibi nomen? Ps. servos est huic lenoni  
Syrus, [est nomen mihi.  
Eum esse me dicam. Syrus sum. HA. Syrus? Ps. id  
HA. Verba multa facimus: herus si tuus domi est, quin  
provocas, [tibi.  
Ut id agam, quod missus huc sum? quicquid est nomen  
Ps. Si intus esset, evocarem: verum si dare vis mihi, 45  
Magis erit solutum, quam ipsi dederis. HA. at enim scin'  
quid est?

distribuo cui par est. HA. Per Herculem si promas etiam ærarium supremi Joris,  
nunquam tibi committam libram argenti. Ps. Dum tu strenuum te jactas, res  
erit expensa. HA. Custodiero potius sic constrictam. Ps. Væ tibi! tu es re-  
pertus, qui eleves meam fidem; quasi non soleant mihi soli credi sexcentas tantum!  
HA. Potest fieri ut ceteri existimant tibi tot credenda, ego vero non tibi credum.  
Ps. Quasi tu dicas, me velle te fraudare pecunia. HA. Immo vero quasi tu dicas  
id, ego vero suspicer. Sed quod nomen habes? Ps. Hic leno habet servum Syrum;  
affirmabo eum esse me. Sum Syrus. HA. Syrus? Ps. Hoc nomine vocor. HA.  
Disserimus multis verbis. Si tuus herus est domi, quare non vocas, ut faciam id  
propter quod venio huc? quodcumque nomen habes. Ps. Si esset domi, jubarem  
venire; sed si libet mihi tradere, erit melius traditum, quam si ei tradideris ipsi.

\*\*\*\*\*

Bipont.—33 C. 2. *prompta t. Jori*; al. *promptes t. Jovi*; B. 1. etiam *Jovi*.—  
34 *Sciop. creduam*. Ps. *si tu creduas*; al. ap. *Pareum, Dane tu strenuus Res*  
*erit, &c. al. dum tu sic renuas*.—35 Bipont. *Res erat*. B. 1. *nunc jam potius*;  
*Sciop. vinciam potius: sic, &c. C. vinciam*; C. 2. *vintiam*.—36 Al. ap. *Pareum*  
*floccilles*.—37 PII. *secenna*. *Mox, soli deest in B. 1.*—39 B. 1. *circundere*.—

#### NOTÆ

34 *Dum tu strenuas*] *Dum ungando*  
ita strenuum hominem te prædicas,  
interim quinque minæ solvi poterant.  
'Strenuo' eusum in officina Plautina  
verbum. Alii pro *strenuas*, *ster-  
nuas* scribunt. Id est, sternuntas.

36 *Meam qui forcilles fidem*] 'For-  
cillare,' seu 'furcillare fidem,' est  
infirmam jndicare, et quasi subjecta  
furcilla fulcire. Sed hoc loco eleva-  
re vult Harpax, non fulcire, Pseudo-  
li fidem. Putaverim 'forcillare' seu

Reddere hoc, non perdere, herus me misit: nunc certe  
scio

Hoc, febrim tibi esse, quia non licet hoc injicere ungulas.  
Ego, nisi ipsi Ballioni, nummum credam nemini. 49

Ps. At illie nunc negotiosus est: res agitur apud judicem.  
HA. Di bene vortant: at ego quando eum esse censebo  
domi,

Rediero: tu epistolam hanc a me accipe, atque illi dato.

Nam istic symbolum est inter herum meum et tuum de  
muliere. [sam imaginem

Ps. Scio equidem, ut qui argentum afferret, atque expres-  
Suam huc ad nos, cum eo aiebat velle mitti mulierem. 55

Nam hic quoque exemplum reliquit ejus. HA. omnem  
rem tenes. [illi. Ps. liet.

Ps. Quid ego ni teneam? HA. dato ergo istum symbolum  
Sed quid est tibi nomen? HA. Harpax. Ps. apage te,  
Harpax, haud places.

Huc quidem hercle haud ibis intro, ne quid harpax feceris.

HA. Hostes vivos rapere soleo ex acie: ex hoc nomen  
mihi est. 60

HA. Scias velim, me venisse huc imperio heri ad solrendum hoc, non amittendum.  
Nunc intelligo te astuare, quoniam nequis immittere manus in hanc prædam.  
Equidem tradam nulli ne nummum quidem, nisi Ballioni ipsi. Ps. Sed ille est  
jam plenus negotiorum: illi est controversia coram judge. HA. Dii vertant bene!  
sed revertar cum existimabo cum esse domi. Tu tene hanc epistolam, quam illi  
reddas. Symbolum quod est inter meum herum et tuum de muliere, est in ea.  
Ps. Equidem audici, ut dicebat se velle mitti mulierem cum eo, qui ad nos afferret  
huc pecuniam, et suam imaginem expressam. Itaque reliquit hie ejus exemplum.  
HA. Capis omnem rem. Ps. Quare non ego capiam? HA. Da illi igitur istud  
symbolum. Ps. Dabo. Sed quod nomen habes? HA. Harpax. Ps. Apage a  
me, Harpax! minime places. Per Herculem non ingredieris hue, ne rapias  
aliquid. HA. Consuevi rapere ex acie hostes vivos: inde habeo nomen. Ps. Per

\*\*\*\*\*

43 B. 1. tuus quin.—44 Pll. quo missus huc; B. 1. quo missus hic. Mox, sin  
quicquid est Pll.—47 C. misit exerto scio.—48 C. hoc ini [lacuna] ungulas.—  
51 C. censabo.—52 Pll. epistolam.—54 C. atque e. imaginem.—55 C. cum eo ale-  
bat.—57 Pll. simbolum ergo illi licet.—58 B. 1. Harpax sum. Pll. haut places.—  
59 Hoc quidem C. 2. ne quid harpugaveris Scriv. ibi [lacuna] qui harpax C.—

#### NOTÆ

'furcillare' hoc loco, esse injicere  
quasi furca et jactare, Indibrio ha-  
bere.

44 Quod missus huc sum] Propter  
quod.

48 Hoc, febrim tibi esse] Id est,  
ardere te, seu vehementer desidera-  
re, sicut qui febri tenentur, tenen-  
tur et summo bibendi desiderio.

**Ps.** Pol te multo magis, opinor, vasa aënea ex ædibus.

**HA.** Non ita est: sed scin' quid te orem, Syre? **Ps.** sciam, si dixeris.

**HA.** Ego devortor extra portam huc in tabernam tertiam, Apud anum illam dolarem, cludam, crassam, Chrysidem.

**Ps.** Quid nunc vis? **HA.** inde ut me arcessas, herus tuus ubi venerit. 65

**Ps.** Tuo arbitratu, maxume. **HA.** nam ut lassus veni de via,

Me volo curare. **Ps.** sane sapis, et consilium placet:

Sed vide sis, ne in quæstione sis, quando arcessam, mihi.

**HA.** Quin ubi prandero, dabo operam somno. **Ps.** sane censeo.

**HA.** Nunc quid vis? **Ps.** dormitum ut abeas. **HA.** abeo.

**Ps.** atque audin', Harpage? 70

Jube sis te operiri: beatus eris, si consudaveris.

*Pollucem arbitror te rapere multo melius vasa aënea ex ædibus. HA. Non ita est. At scisne unum quod te oro, Syre? Ps. Sciam si aperueris. HA. Ego eo huc extra portam in tertiam tabernam, apud Chrysidem, illam anum diabolarem, claudam, crassam. Ps. Quid petis jam? HA. Ut me revoces inde, quando tuus herus venerit. Ps. Ut libebit, maxime. HA. Nam quoniam veni fessus de via, opto me recreare. Ps. Profecto sapis, et consilium arridet: sed du operam, si libet, ne quærendum sis quando cris vocandus. HA. Quin quando cibum sumsero, indulgebo somno. Ps. Profecto puto. HA. Quid vis nunc? Ps. Ut somnum pelas. HA. Pergo. Ps. Porro, audi, Harpage: manda te tegi: eris felix, si desudaveris.*

---

60 *Pll. et B. 1. ex acie hoc.—61 Pol ten viros? magis B. 1. Pol te multo magis Pll. Pol tu viros? magis Lips. ex scedibus Pll.—62 Pll. sin quid. C. Scyre.—64 Apud a. i. diabolare C. et C. 2. diabolarem Parei 3. grassam Pll.—65 Quid vis, omisso nunc, al. ap. Pareum.—66 Al. ibid. vel de via.—68 B. 1. accersam te, omisso mihi.—70 Numquid al. ap. Pareum.—71 B. 1. beatus es si. Verba si consudaveris desunt in C.*

#### NOTÆ

63 *In tabernam tertiam]* Id est, popinam, quæ tertia est a porta Bal lionis.

64 *Anum illam dolarem [diobola rem]* Apud quam cœnatur duobus obolis. Alii, dolarem, id est, cuius

doliaris est venter, adeo pinguedine distentus est. Sed perperam, aliqui expungendum esset crassam.

68 *Ne in quæstione sis]* Id est, quærendus sis.

## ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

PSEUDOLUS.

D*omi*n*os* immortales! conservavit me illic homo adventu suo.  
 Suo viatico reduxit me usque ex errore in viam.  
 Nam ipsa mihi Opportunitas non potuit opportunius  
 Advenire, quam haec' allata est mihi opportune epistola:  
 Nam haec allata cornucopia est, ubi inest quicquid volo. 5  
 Hic doli, hic fallaciæ omnes sunt: hic sunt sycophantiæ,  
 Hic argentum, hic amica amanti herili filio.  
 Atque ego nunc me ut gloriosum faciam, ut copi pectore,  
 Quo modo quidque agerem, ut lenoni surriperem mulier-  
 culam!  
 Jam instituta, ornata, cuncta in ordine animo ut volu-  
 eram, 10  
 Certa, deformata habebam: sed profecto hoc sic erit.

*Ps. Dii immortales! ille mihi saluti fuit, suo adventu; me revocavit ex errore usque ad viam suo viatico. Nam Opportunitas ipsa nequit mihi sese offerre commodius, quam haec epistola mihi allata est: haec enim est cornucopia, in qua inest quicquid exopto. Sunt hic fraudes; sunt hic omnes technæ; sunt sycophantiæ. Hic pecunia, hic est amica, quam amat filius heri. Quanta vero memet efferam modo superbia, et quam inflata mente ero, ut hac ratione omnia facerem, ut subducerem mulierem lenoni! Jam omnia crant disposita, ut exoptaveram, instructa, fixa, informata: verum sine dubio id eveniet hoc modo. Sola Dea Fortuna superat*

1 *Dii mortales* C. *advenienti suo* C. 2.—4 B. 1. *haec cavata est*; PII. *haec ca-*  
*tata'st*; al. *haec data est*, vel *captata est*. C. et C. 2. *epistula*.—5 *Parei* 3. *haec*  
*illud cornucopiae'st*; PII. *haec allata cornucopiaest*; B. 1. *haec allata copiast cornu*;  
*Gronov. cornucopia*; al. ap. *Pareum, haec illa est, &c.*.—6 C. *fallacia*.—7 *Hic*  
*argentum'st* *Parei* 3. *amanti amica* B. 1.—8 *Particula ut deest* in B. 1. C. et  
 C. 2.—9 C. C. 2. B. 1. *Ven. 1. quique agerem*. C. *surrupcrem*.—10 B. 1. *in*

## NOTÆ

3 *Opportunitas*] Veteres Opportu-  
 nitatem in Deorum numerum repo-  
 nebant.

5 *Nam haec allata cornucopia est*] *Cornucopia*, uno verbo ex duobus  
 conflato, significat, id unde quicquid  
 volueris depromiseris. Itaque epi-  
 stolam, sibi ab Harpae datam, ‘cor-  
 nucopiam’ aliquando futuram esse  
 dicit, ex qua depromat pecuniam, ad  
 circumveniendum lenonem, et ad e-

*mendam Phœnicium*.

8 *Me gloriosum faciam*] Me effe-  
 ram.

10 *Ut copi pectore*] Tanquam copioso  
 pectore hominem; id est, vento su-  
 perbiæ distentum.

11 *Deformata habebam*] Alios dolos  
 jam paratos et instructos habebam.  
*Deformata*, id est, deliceata. Quando  
 lineæ primæ ducuntur alicujus operis,

Centum doctum hominum consilia sola haec devincit Dea  
Fortuna: atque hoc verum est: proinde ut quisque For-  
tuna utitur,

Ita præcellet, atque exinde sapere eum omnes dicimus.

Bene ubi quod consilium discimus accidisse, hominem ca-  
tum

15

Eum esse declaramus: stultum autem illum, quoī vortit  
male.

[dari]

Stulti haud scimus, frustra ut simus, cum quod cupienter  
Petimus nobis, quasi quid in rem sit possimus noscere.

Certa amittimus, dum incerta petimus: atque hoc evenit  
In labore atque in dolore, ut mors obrepatur interim.

20

Sed jam satis est philosophatum: nimis diu et longum  
loquor.

Di immortales! aurichalco contra non carum fuit  
Meum mendacium, hic modo quod subito commentus fui,

*consilia centum hominum sapientum. Id est verum: ut quiris habet Fortunam pro-  
pitiam, sic eminet, utque exinde prædicamus universi eum esse sapientem. Quando  
andimus aliquod consilium bene successisse, prædicamus eum hominem esse pruden-  
tem; illum vero amentem cui res succidunt male. Nos ignoramus quantum falli-  
mur, quando exoptamus ardenter nobis dari aliquid; quasi possimus intelligere quid  
nobis conveniat: perdimus certa, quando poscimus incerta; et id evenit in labore,  
atque in ægritudine, ita ut interea mors obrepatur. At jam satis philosophatus sum.  
Excurrit oratio longius. Dii immortales! frus quam fui modo architectatus sub-  
ito, fuit magis aestimanda quam aurichalcum, quia dixi me pertinere ad lenonem.*

\*\*\*\*\*

*animo habeo ut.—13 B. 1. perinde ut quisquis; al. ap. Pareum, prout quisque ea  
utitur.—15 B. 1. C. et C. 2. quid discimus consilium. B. 1. cautum.—16 Parei  
3. quoī vertit: Pll. quo vertit.—17 B. 1. autem scimus frustraque scimus, cum  
quid, &c. Pll. frustra ut scimus.—19 Certa mittimus C. et C. 2. hoc venit al.—*

#### NOTÆ

12 *Centum doctum*] Præclara et  
usu quotidiano comprobata senten-  
tia. Plinius: ‘Est omnino iniquum,  
sed usu receptum, quod honesta con-  
silia vel turpia, prout male aut pros-  
pere cedunt, ita vel probantur, vel  
reprehenduntur. Inde plerumque ea-  
dem facta modo diligentia, modo va-  
nitatis, modo furoris noinen accipi-  
unt.’

15 *Bene ubi*] Cicero, ‘Hoc ple-  
rumque facimus, ut eventis consilia

ponderemus; et cui bene quid pro-  
cesserit, multum illum providisse;  
cui secus, nihil sensisse dicamus.’

18 *Quasi quid in rem sit*] Homines  
ignorant quæ sibi vel prosint, vel ob-  
sint.

19 *Certa amittimus*] Seneca, ‘Fluc-  
tuamus, aliudque ex alio comprehen-  
dimus: petita relinquimus: relicta  
petimus. Alternæ inter cupidita-  
tem et pœnitentiam vices sunt.’

Quia lenonis me esse dixi: nunc ego hac epistola  
Tres deludam; herum, et lenonem, et qui hanc mihi dedit  
epistolam. 25

Euge, par pari! aliud autem, quod cupiebam, contigit.

Venit, eccum, Calidorus; duecit nescio quem secum simul.

*Ego ludificabor jam tres hac epistola; herum, lenonem, et illum qui mihi tradidit hanc epistolam. Euge! refertur par pari. Erenit vero aliter atque optabam. Ecce Calidorus accedit; adducit secum nescio quem.*

—24 *Qui a lenone Douz. et al. ap. Parenm. Mox, epistula Pll.* —25 *Pll. epistulam.*  
—26 *Euge pœ porro aliud C. et C. 2.*

## ACTUS SECUNDI SCENA QUARTA.

CALIDORUS, CHARINUS, PSEUDOLUS.

CA. DULCIA atque amara apud te sum elocutus omnia.

Scis amorem, scis laborem, scis egestatem meam.

CH. Commemini omnia: id tu modo, quid me vis facere,  
fac sciam. [symbolo.]

CA. Cum hæc tibi alia sum elocutus, ut seires, si scis de  
CH. Omnia, inquam: tu modo, quid me facere vis, fac ut  
sciam. 5

CA. Pseudolus mihi ita imperavit, ut aliquem hominem  
strenuum, [probe;

Benevolentem adducerem ad se. CH. servas imperium  
Nam et amicum et benevolentem ducis: sed istic Pseu-  
dolus

CA. Aperui tibi unirersa quæ mihi sunt suavia, quæque aerba; nosti amorem;  
nostri laborem; nostri meam inopiam. CH. Sum memor omnium: da operam ut intelli-  
gam quid mihi agendum censeas. CA. Commemoravi cetera, ut videres, utrum scius  
aliquid de symbolo. CH. Teneo universa, inquam: nunc da operam ut intelligam,  
quid mihi agendum incumbat. CA. Pseudolus mihi mandarit, ut ad se adducerem  
quempiam constantem ac benevolum. CH. Exequaris recte mandatum; nam ducis et

1 C. 2. electus omnia.—3 B. 1. dic tu. C. 2. et B. 1. facere faciam.—4 Quom  
haec Pll. Cum hoc B. 1. Schobing. et Ven. 1. elocuturus B. 1. eis seires C. si  
quid de B. 1. sed scis Pll. ut scires de symbolo Bipont.—5 B. 1. quæ tu.—

**Novos mihi est.** CA. nimium est mortalis graphicus :  
heuretes mihi est :

Is mihi hæc esse effecturum dixit, quæ dixi tibi. 10

Ps. Magnifice hominem compellabo. CA. cuja vox sonat?

Ps. io, io, io.

Te, te, te, tyranne, te rogo : qui imperitas Pseudolo,  
Quæro : quo ter, trina, triplicia, tribus modis, tria gaudia,  
Artibus tribus, ter demeritas dem lætitias, de tribus  
Fraude partas ; per malitiam, et per dolum et fallaciam, 15  
In libello hoc obsignato ad te attuli pauxillulo.

CA. Illic homo est. CH. ut paratragœdat carnufex ! CA.  
confer gradum

*amicum et benevolum: verum non novi istum Pseudolum. CA. Est homo nimis perpolitus: est auctor omnium: is mihi dixit se esse acturum hæc, quæ tibi aperi. Ps. Alloquar hominem verbis magnificis. CA. Quæ vox auditur? Ps. Io! io! io! Te, te, te rogo, o rex. Te quæro, o tu, qui dominaris Pseudolo; cui impertiam lætitiam ter, trinam, triplicem, tribus rationibus, tribus artibus, ter comparata dolo gaudia, de tribus: ea ad te attuli in hoc parco libello obsignata per nequitiam, et per fraudem, et per fallaciam. CA. Est ille homo. CH. Quomodo refert octorem*

6 Edd. quædam vett. ita mihi.—9 Novus si mihi est Pl.—10 Parei 3. se effecturum.—11 Edd. quædam vett. cujanum. B. 1. io, io, Teste tyramne : tertium io deest etiam in Pl.—12 Edd. quædam vett. te regi.—13 Quæro quid id est

#### NOTÆ

9 *Novos mihi est*] Charinus dicit, novum sibi esse Pseudolum ; id est, neque ejus nomen audisse, neque ex facie nosse.

*Mortalis graphicus*] Id est, homo quasi pictus. Quod ad mentem refer.

*Heuretes*] Id est, inventor. Græcum merum, εὑρέθη.

11 *Magnifice compellabo*] Id est, verbis reverentia plenis. Qualia esse oportet, non servi cum hero, sed subditi cum rege.

*Io, io, io*] Est gestientis lætitiae affectu expressa vox quam in triumphis adhibere solebant ‘io triumphe !’ Alibi interdum dolori exprimendo servit.

12 *Te, tyranne*] Calidorum alloquiatur. ‘Tyrannus’ autem hoc loco non

est invidiosa vox, sed regem tantum significat, aut eum qui nobis est regis loco.

13 *Ter, trina*] Quæro eni gaudium ter-trinum-triplex. Quasi dicat non trinum, sed ter-trinum. Sed nec ter-trinum modo, sed et unumquoque ter-trinorum gaudiorum est tripes. Quod ait ad cumulum gaudiorum exprimendum.

*Tribus modis*] Deluso Simone, deluso Ballione, deluso milite.

14 *Artibus tribus*] Deluso Harpace, intercepta epistola, summisso Simia loco Harpacis.

*Ter demeritas*] Artibus tribus vide-licet partas.

*De tribus*] Harpace, Ballione, milite.

- Contra pariter. Ps. porrige audaciter ad salutem brachium.  
 Ch. Dic, utrum Spemne an Matrem te salutem, Pseudole?  
 Ps. Immo utrumque. Ch. utrumque, salve: sed quid ac-  
 tum est? Ps. quid times? 20  
 Ca. Attuli hunc. Ps. quid, attulisti? Ca. adduxi, volui  
 dicere. [οἰωνὸν ποιῶ.  
 Ps. Quis istic est? Ca. Charinus. Ps. euge! jam Χαρίνον  
 Ch. Quin tu quicquid opu'st, audacter imperas? Ps. tam  
 gratia est.  
 Bene sit, Charine: nolo tibi molestos esse nos.  
 Ch. Vos molestos mihi? molestum est id quidem. Ps.  
 tum tu igitur mane. 25  
 Ch. Quid istuc est? Ps. epistolam modo hanc intercepi,  
 et symbolum.

*tragieum!* Ca. Occurre ocurrēnti. Ps. Contende strenue brachium ad salu-  
 landū. Ch. Dic mihi, Pseudole, utrum te salutem, aut sicut spem Salutis, an  
 sicut ipsum Salutem? Ps. Immo utrumque. Ch. Salve utrumque; quid est ges-  
 tum? Ps. Quid metuis? Ca. Attuli Charinum. Ps. Quid attulisti? Ca.  
 Volui dicere, adduxi. Ps. Quis est ille? Ca. Charinus. Ps. Euge! Jam facio  
 Charinum omen. Cii. Quare non mandas, citra metum, quicquid est opus? Ps.  
 Tibi habeo gratiam. Charine, sit bene: nolo nos tibi esse graves. Ch. Vos mihi  
 graves? hoc profecto quod dicas est grave. Ps. Itaque tu nunc. Cii. Quid est  
 hoc? Ps. Intercepi modo hanc epistolam et symbolum. Ch. Symbolum? quod

- B. 1. tribus me tria gaudia Pl.—14 B. 1. in fine versus, dem tribus.—17 B. 1.  
 ut par atrago edat; Pl. ut paratragædat; Delph. et Bipont. ut paratragædiat.—  
 18 C. porclaudaciter. Verba, pariter. Ps. porrige audacter, desunt in B. 1. C.  
 2. lacenna reicta. at salutem B. 1. ad salutēbrach C. 2.—19 Pl. spem ne ans  
 matrem.—21 Attuli hinc C. et C. 2. Attuli tibi hunc B. 1.—22 Quid istuc al.  
 ap. Pareum. jam carinum volo B. 1. jam charytoio τριῶ Pl. jam χαλκεύ χαρι-  
 πον τολο al. ap. Pareum; jam χάρη! οἰωνὸν probo al. ibid. Euge! οἰωνὸν Χαρίνον  
 ποιῶ Bipont.—23 Parei 3. B. 1. C. et C. 2. opus est mihi audacter. Mox, tam  
 gratia est desunt in B. 1. C. 2. imperas tam gratiam C. jam gratiam Delph.  
 jam gratia est al. ap. Pareum; bene! sed jumen Gratia est Charine al. ibid.—  
 24 Benes B. 1. Bene sit: χάρις Charine Palm.—25 Vos mihi molestum id al.  
 ap. Pareum. id deest in B. tun igitur idem codex.—26 C. epistula; C. 2.

## NOTÆ

- 17 *Ut paratragædat*] Id est, ut sese salutem] Id est, utrum te debeam  
 effert, ut imitatur tragædiam!  
 Confer gradum Contra] Id est, ve- salutare Spem salutis, an Salutem  
 nienti occurre. ipsam?  
 18 *Porrige ad salutem brachium*] Id est, Charinum esse bonum omen existimo.  
 est, saluta me. Sive, porrige manum Xapīnos videlicet est a χάρις, gratia.  
 et brachium ad eum, qui est salus Quod nomen est omnis boui.  
 tua; id est, ad me.  
 19 *Spemne an Matrem [Salutem] te* 22 *Xapīnos οἰωνὸν ποιῶ*] Id est,  
 ‘Gratias ago’ est

**CH.** Symbolum? quem symbolum? **Ps.** qui a milite al-  
latu'st modo:

Ejus servo, qui hunc ferebat cum quinque argenti minis,  
Tuam qui amicam hinc arcessebat, ei os sublevi modo.

**CA.** Quomodo? Ps. horum causa hæc agitur spectatorum  
Fabula. 30

Hi sejunt, qui hic affuerunt, yobis post narravero.

**C.** Quid nunc agimus? **Ps.** liberam hodie tuam amicam  
amplexabere.

Ca. Egone? Ps. tute. Ca. ego? Ps. ipsus, inquam,  
siquidem hoc vivet caput.

Si modo mihi hominem invenietis propere. Ch. qua facie?

Ps. malum.

Callidum, doctum, qui quando principium prehenderit, 35

Porro sua virtute teneat quid se facere oporteat :

Atque eum, qui non hic usitatus s<sup>e</sup>pe sit. CH. si servos  
est.

Numquid refert? Ps. immo multo mavolo quam liberum.

CH. Posse opinor me dare hominem tibi malum et doctum,

modo

**Qui a patre advenit Carysto: nec dum exiit ex ædibus 40**

**Quoquam, neque Athenas advenit unquam, ante hesternum diem.**

**symbolum?** Ps. **Quod modo est ullatum a milite;** verba dedi ejus servo, qui cerebat  
hoc, cum quinque minis argenti, et accecerbat hinc tuam amicam. CA. **Quomodo?**  
Ps. **Hæc fabula exhibetur horum spectatorum gratia.** Hi qui affuerint hic, no-  
runt; vobis narravero postea. CA. **Quid facinus nunc?** Ps. Amplexuberis hodie  
tuam amicam liberum. CA. **Egone?** Ps. Tu. CA. **Ego?** Ps. **Ipsa, inquam,**  
**si hoc caput viret.** Modo mihi reperiatis celeriter hominem. CH. **Quo vultu?**  
Ps. **Nequam, versipellem, eruditum,** qui quando complexus sit animo rei exordium,  
per se teat quid sibi agendum sit; et cum qui non sit versutus sapientius hic.  
CH. **Numquid refert si est servus?** Ps. **Immo malum esse quam liberum.** CH. **Ar-**  
**bitror me posse tibi suppeditare hominem nequam et versutum,** qui advenit a patre  
Carusto: nondum proditi ex cedibus quoquam, neque unquam tenit Athenus ante

*epistulam.* Pll. *sumbolum*.—27 *Simbolum* Pll. *quia milite aliatust modo est C.* *quia milite alienatust modo est C. 2.*—28 *Ejus servos C.* *Ejus servus C. 2.*—29 *C. arcessabut*; *C. 2. urcessebat*.—30 *C. fabule*; *C. 2. fabulæ*.—31 *B. 1. abfuerunt*.—33 Pll. *vive caput*.—37 *Douz*, et al. ap. Pareum, *hic visitatus*.—40 *C. ex*

## NOTE

- Ps. Bene juvas: sed quinque inventis opus est argenti  
minis [pater.]  
 Mutuis, quas hodie reddam: nam unam hujus mihi debet  
**Ch.** Ego dabo, ne quære aliunde. Ps. o hominem oppor-  
tuuum mihi !  
 Etiam opu'st chlamyde, et machæra, et petaso. Ch. pos-  
sum a me dare. 45  
**Ps.** Di immortales, non Charinus mihi hic quidem est, sed  
Copia !  
 Sed istic servos, ex Carysto huc qui advenit, quid sapit ?  
**Ch.** Hircum ab alis. Ps. manuleatam tunicam habere  
hominem decet. [sumi.]  
 Ecquid habet is homo aceti in pectore ? Ch. atque acidis-  
**Ps.** Quid, si opus sit, ut dulce promat indidem, ecquid ha-  
bet ? Ch. rogas ? 50  
 Murrhinam, passum, defrutum, melinam, mel quojusmodi.  
 Quin in corde instruere quandam cœpit thermopolium.

diem hesternum. Ps. Verum opus est, ut reperiam quinque minas argenti mutuas,  
quas reddam hodie: nunc hujus pater mihi debet unam. Ch. Dabo, ne quære  
aliunde. Ps. O virum mihi commodum! Est etiam opus chlamyde, et machæra,  
et pileo. Ch. Possum suppeditare e meo. Ps. Dii immortales! Hic profecto  
non est Charinus, sed Abundantia. Sed ille servus, qui adrenit huc ex Carysto,  
quid sapit ? Ch. Hircum ab alis. Ps. Oportet hominem habere tunicam  
cum manicis. Estne illi nonnihil aceti in pectore? Ch. Atque acutissimi. Ps.  
Quid si opus est, ut depromat ab eodem uliquid dulcis? habetne nonnihil? Ch.  
Postulas? Cujus modi est myrrhina, passum, defrutum, melina, mel. Quin cœpit

adiebus.—42 Bene lubas B. 1. Bene jubas PII. Mox al. ap. Pareum, viginti mi-  
nas hujus debet pater; Bipont, nam hujus mihi debet pater.—44 C. o hominem.—  
 45 Etiam upste C. a me possum al. ap. Pareum.—47 Sed iste servus excaristo  
hic B. 1. qui huc advenit usque quid sapit al. ap. Pareum; qui sapit C.—48 Hir-  
quum ab aliis C. Hiscum ab aliis C. 2. His cum ab aliis B. 1.—50 Al. ap. Pa-  
reum si o. siet. C. 2. rogans.—51 Parei 3. tum passum. C. defructum. PII.

## NOTÆ

48 *Manuleatam*] Manicatam. Por-  
ro manicas tunicas haebant mul-  
ieres. Quare videtur hic poëta no-  
tare malitiam Pseudoli ex muliebri.

49 *Aceti*] Id est, acuminis et pru-  
dentialia.

51 *Murrhinum*] Neetar. Varro,  
'Antiquæ mulieres majores natu bi-  
bebant loram, aut sapam .aut defru-

tum, aut passum, quam murrhinam  
quidam Plautum appellare putant.'

*Passum*] Vinum ex uvis passis, et  
sole siccatis confectum.

*Defructum*] Vinum mirsto ad dimi-  
dias decoeto factum.

*Melinam*] Potionem a melle.

52 *Thermopolium*] Id est, taber-  
nam, ubi dulces potiones venibant,

- Ps. Eugepæ ! lepide, Charine, me meo ludo lamberas.  
 Sed quid nomen esse dicam ego isti servo ? Ch. Simiæ.
- Ps. Scitne in re advorsa vorsari ? Ch. turbo non æque  
 citus est. 55
- Ps. Ecquid argutus est ? Ch. malorum facinorum sæpis-  
 sume. [tur.]
- Ps. Quid, cum manifesto tenetur ? Ch. anguilla'st, elabi-
- Ps. Ecquid is homo scitus est ? Ch. plebiscitum non est  
 scitius. [scias,]
- Ps. Probus homo est, ut prædicare te audio. Ch. immo si  
 Ubi te aspexerit, narrabit ultiro, quid sese velis. 60
- Sed quid es acturus ? Ps. dicam : ubi hominem exorna-  
 vero,
- Subditicum fieri ego illum militis servom volo :  
 Symbolum hunc ferat lenoni cum quinque argenti minis :  
 Mulierem ab lenone abducat : hem tibi omnem fabulam !  
 Ceterum quo quicque pacto faciat, ipsi dixero. 65
- Ca. Quid nunc igitur stamus ? Ps. hominem cum orna-  
 mentis omnibus

*olim extruere in pectore thermopolium. Ps. Age, Charine, me ludificaris festive  
 meo ludo. Sed quod nomen habet ille servus? Ch. Simiæ. Ps. Scitne versuri  
 in re contraria? Ch. Turbo non est proinde velox. Ps. Estne quodammodo argu-  
 tus? Ch. Sæpe sæpius arguitur propter mala facinora. Ps. Quid quando de-  
 prehenditur manifesto? Ch. Est anguilla, clubitur. Ps. Estne scitus? Ch.  
 Plebiscitum non est magis scitum. Ps. Est homo probus, ut audio te dicere. Ch.  
 Immo, ut ne ignores, quando te cernet, aperiet non monitus, quid velis sibi dicere.  
 Sed quid es futurus? Ps. Eloquar: quando exornavero hominem, ego volo illum  
 fingi subditum militis: deferat ad lenonem hoc signum cum quinque minis ar-  
 genti: abducat mulierem ab lenone. Ecce omnem fabulam. Porro illi aperiam,  
 quo pacto faciat quidvis. Ca. Quare ergo stamus jam? Ps. Adducito ad me*

---

*mel quoris modi.—52 B. 1. C. C. 2. Ven. 1. hermopolium.—53 Euge pellepide B.  
 1. ludo jam beus al. ap. Pareum.—54 Pronomen ego deest in B. 1.—58 Ecquit  
 Pll. plebiscitum non est citus C. et C. 2. est scitus . . . . non æque scitum est B.  
 1.—60 Pll. quid esse velis.—61 Sed quis es C. 2. Sed quid illo es Parei 3.—  
 62 Subditum C. Subdicium C. 2.—65 Ceterum quo quidque al. ap. Pareum.—*

## NOTÆ

quas calidas bibeant.

53 *Me meo ludo lamberas*] Festus,  
 ‘ Lamberare est scindere, laniare, la-  
 cerare.’ Verberari autem et vapu-  
 lare de suo ludo, seu de sua discipli-  
 na servus dicit; eisdem appetitus  
 quibus laccessiverat jocis.

56 *Ecquid argutus est*] Id est, re-  
 prehensus. Ita enim capit Pseudo-  
 lus, sed non ita intelligit Charinus,  
 verum pro acuto et ingenioso.

60 *Narrabit ultiro*] Nondum abs te  
 institutus.

**Exornatum adducite ad me, jam ad trapezitam Æschinum.  
Sed properate. Ch. prius illic erimus, quam tu. Ps. abite  
ergo ocyus.**

**Quicquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit,  
Nunc liquet, nunc defæcatum est : cor mihi nunc pervi-  
um 'st.** 70

**Omnes ordines sub signis ducam, legiones meas,  
Avi sinistra, auspicio liquido, atque ex sententia :  
Confidentia est inimicos meos me posse perdere.  
Nunc ibo ad forum, atque onerabo meis præceptis Simiam,  
Quid agat, ne quid titubet, docte ut hanc ferat fallaciam. 75  
Jam ego hoc ipsum oppidum expugnatum faxo erit leno-  
nium.**

*hominem instructum omnibus ornamentis, apud trapezitam Æschinum. Sed acce-  
lerate. CII. Erimus illic ante, quam tu. Ps. Accelerate igitur. Quicquid mihi  
fuit ancipitis in mente, aut incerti ante, nunc patet : est nunc illustratum : nunc  
cor mihi est apertum. Ducam sub vexillis cunctos ordines, meas copias, avibus  
faustis, auspicio certo, et ex animo : est spes me posse profligare meos hostes.  
Commigrabo jam ad forum, et onerabo Simiam meis institutis, quid faciat, ne racil-  
let, ut prudenter regat hanc fraudem. Ego operam dabo, ut hæc ipsa arx lenonia  
sit jam capta.*

\*\*\*\*\*

67 *B. 1. abducite.*—70 *Pll. nunc perviast ; B. 1. nunc per vias.*—71 *Margo ed.  
Gronov. sub signis ducam legionis meæ.*—74 *Pll. onerabo.*—75 *C. ne quit. Mox,  
al. ap. Pareun, ne hunc serat.*

#### NOTÆ

70 *Liquet] Liquet, defæcatum, per-  
vium, idem est.* certa sunt, quæ liquido aëre capiun-  
tur.

71 *Sub signis ducam] Id est, sub  
vexillis ad oppugnandum Ballionem.* 75 *Ne quid titubet] Ne titubante  
lingua mentiatur, et mendacium a le-  
none deprehendatur. Horatius, 'Va-  
de, vale : cave, ne titubes, manda-  
taque frangas.'*

72 *Avi sinistra] Avis sinistra erat  
auspicii prosperi.*

73 *Auspicio liquido] Id est, fausto.  
Auspicia enim fausta sunt, seu potius*

### ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

#### PUER.

**Cui servitatem Di danunt lenoniam  
Puer, atque eidem si addunt turpitudinem,**

*Pu. Profecto Dii vocaverunt in magnas calamitates molestiasque, sicut experior*

Næ illi, quantum ego nunc corde conspicio meo,  
Malam rem magnam, multasque ærumnas danunt.  
Velut hæc mihi evenit servitus, ubi ego omnibus      5  
Parvis magnisque miseriis præfulcior :  
Neque ego amatorem mihi invenire ullum queo,  
Qui amet me, ut curet tandem nitiduscule.  
Nunc huic lenoni est hodie natalis dies :  
Interminatus est a minimo ad maxumum,      10  
Si quis non hodie munus misisset sibi,  
Eum eras cruciatu maxumo perbitere.  
Nunc nescio hercle rebus quid faciam meis.  
Neque ego illud possum, quod illi, qui possunt, solent.  
Nunc nisi lenoni munus hodie misero,      15  
Cras mihi potandus fructus est fullonius.  
Eheu ! quam illæ rei ego etiam nunc sum parvulus !  
Atque edepol ut nunc male eum metuo miser !  
Si quispiam det, quo manus gravior siet,

*nunc, puerum quem esse voluerunt servum lenonis, maxime si adjunixerunt turpitudinem. Eiusmodi est illu servitus, in quam deveni, in qua ego omni genere miseriuarum parvarum magnarumque obruor. Ego nequeo reperire amatorem, qui me amet aliquanto lautijs. Est nunc hodie dies natalis hujus lenonis. Est comminatus, a minimo ad maximum, eum esse periturum maximis paenis, qui non miserit munus. Nunc quod ad me attinet ignoro quid agam. Evidem nequeo id præstare, quod consuescunt illi qui possunt. Jam nisi misero hodie munus ad lenonem, eras erit perferendus fustis fullonis. Heu ! quam ego sum etiam nunc inpar huic pœnae ! Per aedium Pollucis, quam ego eum nuns pertimesco infelix ! Si aliquis*



1 Cui servientem B. 1. serritutem C.—6 B. 1. Pl. præfulgior ; Acidal. ministeriis præfulcior.—7 B. 1. ullum invenire.—8 Al. ap. Pareum curer.—9 B. 1. hodie est.—10 Interminatus tum in imo ad, &c. B. 1.—12 B. 1. maxumo perdere.—13 C. quia faciam mis ; C. 2. qua faciam meis.—14 Neque pol ego B. 1. quod illi possunt, qui solent Merc.—16 C. potentus. Al. ap. Pareum fluctus est.—17 Heu heu, quam ille herele ego B. 1. Eheu quam ille relego etiam Pl.—19 C. et C. 2. qui manus. ‘Hunc versum una cum duobus seqq. nonnulli editores prorsus omiserunt : quo jure ipsi viderint. Certe extant in Pl. et Samb.’ Pareus. Item in B. 1. et Ven. 1.

## NOTÆ

6 *Miseriis præfulcior*] Alii, ministeriis, pro miseriis. ‘Præfulciri’ autem idem est, ac sustentari : quasi dicat, cuius vita miseriis sustentatur, aut qui vivo in miseriis.

12 *Perbitere*] Id est, perire.

16 *Fructus fullonius*] *Fructus fullonius* hoc loco accipitur, pro baculo fullonio : quemadmodum enim usus est creber baculorum in fullonia, innuit se metuere ne Ballio fuste excipiat.

Quanquam illud aiunt magno gemitu fieri,  
Comprimere dentes videor posse aliquo modo.  
Sed comprimenda est mihi vox atque oratio:  
Herus eccum recipit se domum, et dicit cocom.

*infligat, cui manus sit valentior, quamvis dicunt illud fieri cum ingenti gemitu, mihi videor posse quodammodo comprimere dentes. Sed est coercenda vox et oratio. Ecce herus repetit domum, et adducit coquum.*

---

## ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

BALLIO, COCUS, PUER.

BA. FORUM coquinum qui vocant, stulte vocant,  
Nam non coquinum est, verum furinum est forum:  
Nam si ego juratus pejorem hominem quærerem,  
Cocum non potui, quam hunc, quem duco, ducere,  
Multiloquum, gloriosum, insulsum, inutilem:  
Quin ob eam rem Orcus recipere hunc ad se noluit,  
Ut esset hic, qui mortuis cœnam coquat.  
Nam hic solus illis coquere, quod placeat, potest.  
Co. Si me arbitrabare isto pacto, ut prædicas,  
Cur conducebas? BA. inopia: alius non erat:  
Sed cur sedebas in foro, si eras cocus

BA. Qui nuncupant forum coquorum nuncupant amenter; nam non est forum coquorum, sed furum: nam si, interposito sacramento, ego quærerem hominem, non potui conducere pejorem quam hunc quem dico, verbosum, superbum, fatuum, vanum: quin Orcus noluit hunc admittere apud se, ut esset qui coqueret hic cœnam mortuis. Num hic unus potest illis coquere quod delectet. Co. Si existimabas me esse hujusmodi, ut dicas, quare conducebas? BA. Coactus sum propter inopium coquorum. Non occurrebat alius. Sed quare sedebas in foro, si tu eras solus præ-

1 B. 1. *stulte vocant: stulte vocant.*—5 *Multilo Cum C.*—10 *Qur C.*—11 *C.*

## NOTÆ

6 *Orcus recipere noluit]* Ut coquere  
ret cœnam mortuis. Quod convivi-  
um appellabatur olim ‘silicernum,’  
quia cernere id licet enivis, idque  
silendo, sed contingere nemini. Die-  
tum id in imperitum coquum, quia  
mortui ejus operam nec probare, nec

improbare possunt. Vocabatur et  
‘coquus nondinalis,’ quia in nondinis  
coquunt vulgo inconditos cibos, ut-  
pote pro ima plebe et pauperibus.  
‘Oreum’ hic accipe pro Plutone, non  
pro inferis.

Tu solus præter alios? Co. ego dicam tibi:  
 Hominum avaritia ego sum factus improbior cocus,  
 Non meopte ingenio. BA. qua istuc ratione? Co. eloquar:  
 Quia enim cum extemplo veniunt conductum cocom, 15  
 Nemo illum quærerit, qui optumus, et carissumu'st:  
 Illum conducunt potius, qui vilissumu'st.  
 Hoc ego fui hodie solus obsessor fori.  
 Illi drachmis issent miseri: me nemo potest  
 Minoris quisquam nummo, ut surgam, subigere. 20  
 Non ego item cœnam condio, ut alii coci,  
 Qui mihi condita prata in patinis proferunt,  
 Boves qui convivas faciunt, herbasque oggerunt,  
 Eas herbas herbis aliis porro condunt,  
 Indunt coriandrum, fœniculum, allium, atrum olus: 25  
 Apponunt ruminem, brassicam, betam, blitum,  
 Eo laserpicii libram pondo diluunt:  
 Teritur sinapis scelerata cum illis: qui terunt,  
 Priusquam triverunt, oculi ut exstilient, facilit.

*ter alios peritus? Co. Ego tibi aperiam: ego evasi imperitor coquus avaritia hominum, non meopte nutu. BA. Quare id? Co. Edicam: quia quando reniunt conductum e vestigio coquum, nemo petit illum qui est optimus, et carissimus: conducunt potius illum qui est vilissimus. Idcirco ego solus hodie obsedi forum. Illi imperiti locassent suam operam drachma; nemo nisi nummo dato me potest cogere, ut me loco moveam. Ego non condio cœnam, sicut alii coqui, qui apponunt in patinis prata condita, qui reddunt suos convivas quasi boves, offeruntque herbas: præterea condunt eas herbas aliis herbis; addunt coriandrum, fœniculum, allium, olus atrum: apponunt ruminem, brassicam, betam, blitum, eo ditinunt pondo libram laserpicii: sinapis nequam conteritur cum illis; fucit ut oculi fluant iis qui*

---

*codus.—12 B. 1. post alios; C. 2. præter alius.—13 C. cocus.—15 Pll. exemplo.—16 Ne illum B. 1. C. C. 2. Ven. 1.—17 B. 1. quivilissimus.—19 Illi dragma es- sent B. 1. Illi d. sent C. Illi drachmissant al. ap. Pareum; Illi d. issent ed. Saxonica.—20 Minoris quam nummo B. 1.—23 C. hoggerunt.—25 C. alium. Pll. holus.—27 Eolas arpici B. 1.—28 Pll. et B. 1. sinopis celera.—29 C. et C. 2. triverint; Priscianus vero legit teruerunt. Mox, ut extilient C. ut exilient*

## NOTÆ

- |   |   |
|---|---|
| 19 <i>Drachmis issent</i> ] Id est, Drachmis  | Romano.                                   |
| ivissent conducti. Alii <i>drachmissant</i> , | 25 <i>Atrum olus</i> ] Atriplex, arroche. |
| id est, drachmam non amplius unam             | 26 <i>Ruminem</i> ] Oxalis acetosa, de    |
| a conductoribus suis exigunt. Drach-          | l'oseille.                                |
| ma, tres asses Turonenses cum se-             | 27 <i>Laserpicii</i> ] Herbe qui porte le |
| missee.                                       | benjoin.                                  |
| 20 <i>Nummo</i> ] Id est, nummo aureo         |   |

|   |    |
|---|----|
| Ei homines cœnas sibi coquint: cum condunt,           | 30 |
| Non condimentis condunt, sed strigibus,               |    |
| Vivis convivis intestina quæ exedint.                 |    |
| Hoc hic quidem homines tam brevem vitam colunt,       |    |
| Cum hasce herbas hujusmodi in suum alvom congerunt,   |    |
| Formidolosas dictu, non esu modo :                    | 35 |
| Quas herbas pecudes non edunt, homines edunt.         |    |
| BA. Quid tu? divinis condimentis utere,               |    |
| Qui prorogare vitam possis hominibus,                 |    |
| Qui ea culpes condimenta? Co. audacter dicio:         |    |
| Nam vel ducenos annos poterunt vivere,                | 40 |
| Meas qui esitabunt escas, quas condivero.             |    |
| Nam ego cicilendrum quando in patinas indidi,         |    |
| Aut sopolindrum, aut macidem, aut sancaptidem,        |    |
| Eæ ipsæ sese patinæ fervefaciunt illico.              |    |
| Hæc ad Neptuni pecudes condimenta sunt:               | 45 |
| Terrestres pecudes cicimandro condio,                 |    |
| Aut happalopside, aut cataractria. BA. at te Juppiter |    |
| Dique omnes perdant, cum condimentis tuis,            |    |
| Cumque tuis omnibus mendaciis.                        |    |

terunt priusquam triverunt. Ei homines sibi coquunt cœnam: quando condunt, non addunt condimenta, sed striges quæ urrostant viscera convivarum rivorum. Idcirco homines agunt hic vitam tam brevem, congestis in suum ventrem hisce herbis, formidandis non solum esu, verum etiam auditu. Homines comedunt illas herbas, belluae non comedunt. BA. Quid tu? Adhibes, pnto, condimenta celestia quibus possis producere vitam hominum, ut qui rituperes ea condimenta? Co. Affirma constanter. Qui utentur cibis, quos coxero, poterunt vivere, vel ducentos annos. Nam ubi collocavi in lancibus cicilendrum, aut sopolindrum, aut macidem, aut sancaptidem, eæ ipsæ lances per sese fervent statim. Atque hæc condimenta sunt piscium: condio carnes cicimandro, aut happalopside, aut cataractria. BA. Jupiter et omnes Dii te perdant, cum tuis condimentis, et cum omnibus tuis mendaciis.

\*\*\*\*\*

C. 2.—30 C. cenas libico quint com condunt.—32 B. 1. intestinaque.—31 C. herbu. Mox, Pll. in suum salrum; C. 2. a m. pr. in sinum salrum.—33 Pll. esum modo.—41 C. quis essit habunt; C. 2. quis esit habunt.—42 C. B. 1. in patina scindidi; C. 2. in patinas ciudidi.—43 Aut si poliandrum, aut maccidem aut sane cuptidem B. 1. meacidem Parei 3. maccidem C. macidem C. 2.—45 Hæ ad B.

#### NOTÆ

31 *Strigibus*] Avibus nocturnis.

46 *Cicimandro*] Fictitium nomen a

43 *Macidem*] 'Macis' cortex aromaticus.

coquo artis suæ ostentatore vano.

45 *Neptuni pecudes*] Id est, pisces.

*Happalopside, cataractria, in eadem*

*Delph. et Var. Clas.*

*Plant.*

- Co. Sine sis loqui me. BA. loquere, atque i in malam  
crucem. 50
- Co. Ubi omnes patinæ fervent, omnis aperio,  
Is odos demissis pedibus in cœlum volat:  
Eum in odorem cœnat Juppiter cotidie.
- BA. Odor demissis pedibus? Co. peccavi insciens.
- BA. Quid est? Co. quia enim demissis manibus volui di-  
cere. 55
- BA. Si nusquam is coctum, quidnam cœnat Juppiter?
- Co. It incœnatus cubitum. BA. i in malam crucem.  
Istaccine causa tibi hodie nummum dabo?
- Co. Fateor equeidem, esse me cocom carissimum:  
Verum pro pretio facio, ut opera appareat 60
- Mea, quo conductus veni. BA. ad furandum quidem.
- Co. An invenire postulas quenquam cocum,  
Nisi milvinis aut aquilinis ungulis?
- BA. An tu coquinatum te ire quoquam postulas,  
Quin ibi constrictis ungulis cœnam coquas? 65
- Nunc adeo tu, qui meus es, jam edico tibi,  
Uti nostra properes amoliri omnia:  
Tum ut hujus oculos in oculis habeas tuis:
- Co. Patere me, si placet, verba facere. BA. Dic, atque i in malam crucem. Co. Quando omnes lances æstuant, detego omnes, is odor ascendit in cœlum, pedibus denassis: Jupiter cœnat quotidie de odore. BA. Odor ascendit pedibus demisis? Co. Lapsus sum imprudens. BA. Quid est? Co. Quia volui dicere, manibus demisis. BA. Si nullo in loco coquas, quid comedit Jupiter? Co. It cu-  
bitum impransus. BA. Vade in malam crucem. Accipiesne a me hodie nummum idcirco? Co. Equeidem non diffiteor me esse coquum carissimum: sed do operam ut exhibeam opus pro mercede, qua fui conductus. BA. Ad furandum quidem. Co. Sperasne repire ullum coquum, cui non sint unguis milvini et aquilini? BA. Ar-  
bitrarisne te ire aliquo ad coquendum, ubi non coquas cœnam ungulis exsectis? Nunc adeo tu, qui es meus servus, tibi præcipio jam, ut festines arertere omnia nostra:  
tum ut non dimoveas tuos oculos ab ejus oculis: quocunque hic aspiciut, aspicere eo

\*\*\*\*\*

1.—47 C. aud cactaractria.—49 Parei 3. Delph. et Bipont. tuis istis.—50 Sine  
scis Pll. i deest in C. C. 2. B. 1.—52 Is odos B. 1. Ibi odos al. ap. Pareum.  
dimissis C. 2.—53 Eum odorem Gulielm. Hunc vs. hoc loco delet Bipont. et  
ponit post vs. 55.—55 Quidem Pll. enim deest in Pll. qui am demissis C.—  
56 Si nunquam Parei 3.—57 Id incenatus Pll. i deest in C. 2.—62 An te B.  
1.—64 An te recoquam C. 2.—65 C. quoquas. Hic et seqvens versus desunt  
in C. 2.—66 Pll. qui meus est am edico tibi.—67 Ne nostra B. 1. Ut nostra Pll.

#### NOTÆ

55 Demissis manibus] Demissis manibus currit, qui currit contentissime.

Quoquo hic spectabit, eo tu spectato simul :  
 Si quo hic gradietur, pariter progredimino : 70  
 Manum si protollet, pariter proferto manum :  
 Suum si quid sumet, id tu sinito sumere :  
 Si nostrum sumet, tu teneto altrinsecus.  
 Si iste ibit, ito ; stabit, astato simul.  
 Si conquiniscet istic, ceveto simul. 75  
 Item his discipulis privos custodes dabo.  
 Co. Habe modo bonum animum. Ba. quæso, qui pos-  
 sim, doce,  
 Animum bonum habere, qui te ad me adducam domum ?  
 Co. Quia sorbitione faciam ego te hodie mea,  
 Item ut Medea Peliam concoxit senem : 80  
 Quem medicamento, et suis venenis dicitur  
 Fecisse rursus ex sene adolescentulum :  
 Item ego te faciam. Ba. echo, an tu etiam veneficus ?  
 Co. Immo edepol vero hominum servator magis. [ces ?  
 Ba. Hem mane : quanti istuc unum me coquinare perdo-

*simul : si hic eat aliquo, i cūm eo : si proferat manum, profer manum similiter : si accipiat aliquid quod ad se pertineat, tu patere ut id accipiat : si accipiatur aliquid quod ad nos pertinet, tu retine altera parte : si iste incedet, incede ; si stabit, astra simul. Si iste sese demittat, demitte te una. Addam etiam his tironibus custodes privatos. Co. Esto modo æquo animo. Ba. Dic, amabo, quonodo possum esse æquo animo, qui te deducam domum ? Co. Quia ego te reddam hodie mea sorbitione, sicut Peliam senem, quem Medea concoxit ; et quem dicitur reddidisse ex sene ju- venem, suis medicamentis et venenis. Ego idem præstabō in te. Ba. Echo ! esne tu etiam veneficus ? Co. Immo vero per ædem Pollucis, sum magis servator homi- num. Ba. Hem mane. Quantum dabo ut ne doccas coquere hoc unum ? Co.*  
 -----

*ammoliri C.—69 Pll. spectavit. B. 1. semel.—70 B. 1. Si hie quo. C. et Parei 3. progredimino ; C. 2. et B. 1. progredimini.—74 B. 1. semel.—75 C. Si conquiniscet.—76 Pll. prius e. dabo ; B. 1. prius e. dato.—77 B. 1. animum bonum.—78 Voc. bonum deest in C. C. 2. B. 1. et Ven. 1.—80 B. 1. peleum. Pll. pel- lem me concoxit.—83 Pll. an etiam ; B. 1. an etiam veneficiis.—85 Pass. quanto*

## NOTÆ

75 *Conquiniscet*] ‘Conquiniscere’ est decunbare : a ‘conquinire’ fit ‘conquiniscere.’ Id est, sese inle- tere cernnum, vel inclinare.

80 *Ut Medea Peliam*] De Æsone hoc traditur a poëtis, non de Pelia : hinc enim concoquendo necavit Medea. Hoc loco poëta, suo more, accommo-

dat orationem loquenti. Rudes enim seu historiæ, seu fabulae homines interdum audiunt eruditiores de u- traque loquentes ; et deinde res male mandatas memoria confundunt, tem- pora temporibus, personas personis, facta factis, vulgo permutantes.

Co. Quid? BA. ut te servem, ne quid surripias mihi. 86  
 Co. Si credis, nummo; si non, ne mina quidem.  
 Sed utrum amicis hodie, an inimicis tuis  
 Daturus coenam? BA. pol ego amicis, scilicet.  
 Co. Quin tu illos inimicos potius, quam amicos vocas: 90  
 Nam ego ita convivis coenam conditam dabo  
 Hodie, atque ita suavitate condiam,  
 Ut quisque quicque conditum gustaverit,  
 Ipsos sibi faciam ut digitos praeerodat suos.  
 BA. Quæso hercle priusquam quicquam convivis dabis, 95  
 Gustato tute prius, et discipulis dato,  
 Ut præerodatis vostras furtificas manus.  
 Co. Fortasse haec tu nunc mihi non credas quæ loquor.  
 BA. Molestus ne sis, nimium jam tinnis, non places.  
 Hem! illic ego habito: intro huc abi, et coenam coque 100  
 Propere. Co. quin is accubitum, et convivas cedo.  
 Corrumptitur jam coena. BA. hem! subolem sis vide!  
 Jam hic quoque scelestus est coci sublingio.

*Quid?* BA. *Ut efficiam, ne mihi suffureris aliquid.* Co. *Si mihi confidis, dabis nummum; si non confidis, ne mina quidem.* *Utrum dabis hodie coenam tuis amicis, an inimicis?* BA. *Ego, per Pollucem, amicis.* Co. *Quin tu invitás inimicos potius quam amicos: nam ego apponam hodie convivis coenam ita conditam, atque ita suavem, ut quivis, statim atque gustaverit unumquodque quod fuerit conditum, sibi præerodat suos digitos ipsos.* BA. *Per Herculem, antequam dederis quicquam coenivis, degusta tu prius, et da discipulis, ut præerodatis vestros digitos furaces.* Co. *Forsitan tu non habes fidem meis dictis.* BA. *Ne sis importunus, clamitas jam nimium; non places.* Hem! ego manco illic. *Abi huc intro, et festina coquere coenam.* Co. *Quin propera accumbere mensa, et voca convivias: coena fit deterior jam.* BA. Hem! aspice si placet subolem! *Hic detensor patinarum est*

*istoc nummo me coquinare;* al. ap. Parenm coquitare.—87 Sic reddis Pl. nummos meos ne metuas quidem B. 1. *si nos neminas quidem Pl.*—90 *Quin tu illo Parei 3. et Bipont.*—92 B. 1. *ita suaviter;* Bipont. *ita suavi suavitate.* Pl. condim.—93 Pl. quicque.—94 C. dictos præerodat; C. 2. *digitos prodat.*—95 C. priusquam connivi, omisso quicquam; C. 2. *quicquam convivis dabis.*—96 *Gusta teste Pl.*—97 C. *restra.*—98 Edd. quædam vett. *credis.*—99 C. et Parei 3. *non taces;* C. 2. *non places.*—100 *He illic Parei 3. hue deest in B. 1.*—101 Pl. *quin vis a. et, &c. unde Pareus Quin is tu.*—102 B. 1. *en subolet.*—103 B. 1. *est*

## NOTE

94 *Digitos præerodat]* Adeo delicata erunt edulia.

99 *Tinnis]* Garris. Clara et acuta vox obtundis.

103 *Est coci sublingio]* ‘Sublingio’

nomen factum a sublingendo. Id est, non coquus, sed coqui sublingio, id est, qui patinas lingit, vel detergit lingua.

Profecto, quid nunc primum caveam, nescio,  
 Ita in ædibus sunt fures: prædo in proximo est.      105  
 Jam a me hic vicinus apud forum paulo prius  
 Pater Calidori opere petivit maxumo,  
 Ut mihi caverem a Pseudolo servo suo,  
 Neu fidem ei haberem: nam eum circumire in hunc diem,  
 Ut me, si posset, muliere intervorteret,      110  
 Eum promissoe firmiter dixit sibi,  
 Sese abducturum a me dolis Phœnicium.  
 Nunc ibo intro, atque edicam familiaribus,  
 Profecto ne quis quicquam credat Pseudolo.

*jam nequam. Profecto nescio quid caream primum: sunt fures in ædibus; prædo est in viciniis. Vicinus meus, pater Calidori, me rogarit mox obnoxie in foro, ut mihi caverem a Pseudolo suo servo, et ne ei crederem. Nam mouuit eum circumire in hunc diem, ut me fraudaret muliere, si posset; cundem sibi pollicitum esse firmiter, sese a me abducturum Phœnicium suis fraudibus. Ingrediar nunc atque mandabo familiaribus, ne quis fidem habeat ullatenus servo Pseudolo.*

---

*coquus ut conjicio; Pl. sublincio; al. coquit sub linteo.—101 B. 1. qui nunc.—106 Nam a me hic al. ap. Parenm.—107 B. 1. C. et C. 2. opere fecit maximo.—109 Neu fidem haberem C.—110 Ut a me si posset mulierem B. 1. possit C.—112 B. 1. obducturum.—114 Pseudole C. 2.*

---

### ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

PSEUDOLUS, SIMIA.

Ps. Si unquam quenquam Di immortales voluere esse auxilio adjutum,      [extinctum,  
 Tum me et Calidorum servatum volunt esse, et lenonem  
 Cum te adjutorem genuere mihi, tam doctum hominem atque astutum.

Sed ubi illic est? sumne ego homo insipiens, qui haec mecum egomet loquor solus?

*Ps. Si Dii immortales voluere unquam cuiquam esse præsidio, tum cupiunt me esse incolument atque Calidorum, et lenonem peremptum, quando te edidere ut mihi opitulareris, tu, qui es adeo callidus et astutus. Verum ubi est ille? Sumne ego*

---

1 *Dii mortales* Pl.—2 *Alii delent Tum.* Pl. *scrutum volunt.*—3 *C. et C. 2.*

Dedit verba mihi hercle, ut opinor, malus cum malo stulte  
cavi. 5

Tum pol ego interii, homo si ille abiit: neque hoc opus  
quod volui, ego hodie efficiam.

Sed eccum! video verbeream statuam: ut magnifice infert  
sese! [male, ne abiisses.]

Hem! te hercle ego circumspectabam: nimis metuebam  
Si. Fuit meum officium ut facerem: fateor. Ps. ubi re-  
stiteras? Si. ubi mihi libitum est. 9

Ps. Istuc ego jam satis scio. Si. cur ergo, quod scis, me  
rogas? Ps. at hoc volo monere te. [contemnor.]

Si. Monendus ne me moneat. Ps. nimis tandem ego abs te

Si. Quippe ego te ni contemnam, stratioticus homo qui  
cluear? Ps. jam [me vides?]

Hoc volo, quod occemptum 'st, agi. Si. numquid agere aliud

Ps. Ambula ergo cito. Si. immo otiose volo. Ps. hæc  
ea occasio est, dum ille dormit,

*mens, qui dico hoc ego solus tecum ipse? Per Herculem me fecellit, ut existimo,  
quia improbus non bene cavi ab improbis. Per Pollucem, ego perii, si ille crasit;  
neque exequar hodie id quod mihi proposui. Verum ecce conspicor statuum flagris  
caedendam; quam incedit superbe! Hem! Per Herculem ego circumspiciebam,  
ut te vidarem: terebar magnopere ne evassissem. Si. Meum erat facere; fateor.  
Ps. In quo loco haereras? Si. Ubi mihi libitum. Ps. Ego intelligo jam satis  
illud. Si. Quare ergo a me petis id quod tenes? Ps. Sed cupio te monitum  
hujus rei. Si. Admonendus ne me admoneat. Ps. Denique ego nimium despicior  
a te. Si. Quare non despicerem, utpote qui sine miles? Ps. Cupio fieri id  
quod est inceptum. Si. Animadvertisne me facere aliud? Ps. Vnde igitur pro-  
pere. Si. Immo cupio ire lente. Ps. Adest locus, interea dum ille somno indul-*



*genuerunt.—4 Pll. quid hæc. C. et C. 2. loquar.—5 C. et Parei 3. malus, quom  
malos; C. 2. cum mulo stulte cavi.—6 Pll. voluit.—7 Sed heccum C. uti ut mag-  
nifice Pll.—8 Ehem hercle te ego B. 1. mali ne abiisses al. ap. Pareum.—9 C.  
necum officium. Mox, ut mihi Parei 3.—10 Ipsus ego Pll. Ipsum ego C. a m.  
pr. sat scio al. ap. Pareum. qur ego C. quo scis Pll.—11 B. 1. ne te me. C. aps*

#### NOTÆ

4 *Sed ubi illuc est?*] Id est, Simia servus militis, quem putabat esse in comitatu. Sed respectans animadvertisit non subsequi Simiam.

7 *Verbeream statuam?*] Id est, hominem qui ad verbera indurnit, ut statua. Et qui verbera tam parum cu-

ret et sentiat quam statua.

11 *Monendus ne me moneat?*] Ne sus Minervam; ne magistrum discipulus. Horatius, ‘Disce docendus adhuc quæ censem amiculus.’

14 *Dum ille dormit?*] Harpax.

Volo tu prior ut occupes adire. Si. quid properas? placi-  
de. 15

Ne time: ita ille faxit Juppiter, ut ille palam ibidem assiet,  
Quisquis ille est, qui adest a milite: nunquam edepol erit  
ille potior

Harpax, quam ego: habe animum bonum: pulchre ego  
hanc explicatam tibi rem dabo.

Sic ego illum dolis atque mendaciis in timorem dabo 19  
Militarem advenam, ipse sese ut neget eum esse qui siet,  
Meque ut esse autumet, qui ipsus est. Ps. qui potest?

Si. occidis me, [etiam dolis

Cum istuc rogitas. Ps. o hominem lepidum! te quoque  
Atque etiam mendaciis, Juppiter te mihi servet.

Si. Immo mihi: sed vide, ornatus hic satis me condecet?

Ps. Optume habet. Si. esto. Ps. tantum tibi boni Di  
immortales duint, 25

Quantum tu tibi optes: nam si exoptem, quantum dignus,  
tantum dent, [magis malum,

Minus nihilo est: neque ego hoc homine quenquam vidi  
Et maleficum. Si. tun' id mihi? Ps. taceo: sed ego  
quae tibi dona

*get, ut convenias prior. Si. Quid acceleras? Lente: ne metue. Ille Jupiter  
faciat itu, ut ille adsit in eodem loco coram, quisquis est ille qui venit a milite;  
per aedem Pollucis ille non erit verior Harpax, quam ego. Esto bono animo: ego  
tibi hanc rem enolabo. Sic ego terrobo illum militem adventitium fraudibus et  
technis, ut ipse inficius eat se esse qui est; utque dicat sese esse me, qui est ipse.  
Ps. Quomodo potest fieri? Si. Me interimis, quando rogas illud. Ps. O festi-  
vum virum! Jupiter te conservet mihi technis et fraudibus. Si. Immo mihi. At  
aspice: haec vestis satine mihi convenit? Ps. Bene est. Si. Esto. Ps. Boni  
Dii immortales tibi tribuant tantum, quantum tu tibi exoptes: nam si rogem ut  
tribuant tantum quantum mereris, id est minus nihilo. Neque ego vidi ullum ma-  
gis improbum et nefarium, hoc homine. Si. Mihine dicis tu id? Ps. Sileo. Ve-*

*te. C. 2. contempnos.—12 Quid ni ego te B. 1. stratiocus homo Pl.—14 B. 1.  
dum illa.—15 B. 1. quin properas.—16 Pl. ibidem atiet; B. 1. ibidem ante.—  
19 Si ego Pl.—21 Neque B. 1. quid potest Pl. unde Pareus conj. qui id po-*

#### NOTÆ

15 *Occupes adire*] Ballionem.

esse Harpacem; et credat me esse

17 *Potior Harpax*] Id est, non plus  
Harpax erit Harpax quam ego. Lo-  
quitur Simia sycophanta.

Harpacem. Loquitur Simia syco-  
phanta.

20 *Ipse sese ut neget*] Ita ut ipse  
Harpax, missus a milite, negaverit se

21 *Occidis me*] Id est, molestus es  
mihi.

Dabo et faciam, si hanc rem sobrie accurassis? Si. potin' ut taceas?

Memorem immemorem facit, qui monet quod memor meminit: teneo omnia. 30

In pectore condita sunt, meditati sunt doli docte. Ps. probus hic est

Homo. Si. neque hic est, neque ego. Ps. at vide ne titubes. Si. potin' ut taceas?

Ps. Ita me Di ament. Si. ita non facient, mera jam mendacia fundes. [et magnifico!]

Ps. Ut ego ob tuam, Simia, perfidiam te amo et metuo, Si. Ego istuc aliis dare condidici: mihi obtrudere non potes palpum. 35

Ps. Ut ego te hodie accipiani lepide, ubi effeceris hoc opus! Si. ha ha he! [mentis:

Ps. Lepido victu, vino, unguentis, et inter pocula pulpa- Ibidem una aderit mulier lepida, tibi savia super savia quæ det. [dicas.

Si. Lepide accipis me. Ps. immo si efficis, tum faxo magis

Si. Nisi effecero, cruciabiliter carnus ex me accipito. 40

Sed propera mihi monstrare, ubi ostium lenonis ædium.

*rum quæ munera tibi offeram et faciam, si feceris id sapienter! Si. Silebisne? Qui admonet ejus rei, cuius recordatur is quem admonet, reddit immemorem ex memori. Scio cuncta: clausa sunt in sinu. Fraudes sunt compositæ perite. Ps. Hic est vir frugi. Si. Neque hic est, neque ego. Ps. Sed cave ne hæsites. Si. Silebisne? Ps. Ita Dii me ament. Si. Non ita agent; prones jam pura mendacia. Ps. Quantum te diligo, Simia, et timeo et aestimo ob tuam perfidiam! Si. Ego novi impertiri id aliis. Ne quis me capture adulatio-ne. Ps. Quam ego te habebo hodie laute, quando præstiteris id! Si. Ha ha he! Ps. Suavibus escis, vino, unguentis, et pulpamentis inter scyphos: \* \* \* Si. Me accipis lepide. Ps. Immo si perfecero, ego efficiam ut fatearis tuum magis. Si. Nisi perfecero, excipe me crudeliter sicut carnus ex me. Sed accelera mihi indicare ubi sit*

\*\*\*\*\*

*test.—23 Atque mendaciis B. 1.—24 Pll. me satis.—26 Quantum tibi B. 1. Parei 3.—28 Pll. quam tibi dona dabo et fac; Donz. bona dabo et fac.—29 B. 1. hanc sobrie rem.—34 C. optuam. Mox, C. et magni facio.—38 Ibidem una aperit Pll. savia supervia que det Pll. unde Pareus, savia superba.—39 Gronov. accidis me;*

#### NOTÆ

29 *Sobrie accurassis*] ‘Sobrie’ fieri dicitur quicquid cum cura et diligentiæ exquisita aggredimur. Prudentia comes perpetua sobrietas.

35 *Palpum*] *Obtrudere palpum, est* arte fucquo decipere. Hinc ‘palpari,’ adulari: et ‘palpones’ adulatores. *Palpum* autem proprie est agasonis ferocientem equum demulcentis, ut in eum insilire possit.

Ps. Tertium hoc est. Si. st! tace, ædes hiscunt. Ps. credo animo male 'st

Ædibus. Si. quid jam? Ps. quia edepol ipsum lenonem evomunt. [illuc sis vide:

Si. Illicine est? Ps. illic est. Si. mala merx est. Ps. Non prorsus, verum ex transvorso cedit, quasi cancer solet.

janua teeti lenonii. Ps. Adest tertium. Si. St! site; ædes hiant. Ps. Existimo ædes agrotare. Si. Quare? Ps. Quia per ædem Pollucis evomunt ipsum lenonem. Si. Estne ille? Ps. Est ille. Si. Est mala merx. Ps. Aspice illud si libet: non pergit recta, sed oblique, ut consuevit cancer.

B. 1. acceperis me. C. effici.—41 B. 1. ubi sit hostium; Pll. ubi sit os lenonis.—42 Si. tace B. 1. Si. si tace Pll.—43 Al. quia nam.—44 B. 1. merces est; Pll. merei est.—45 C. ex transverso. Mox, cede quasi B. 1.

#### NOTÆ

44 *Mala merx*] Homo nequam et 45 *Non prorsus*] Non recta.  
versipellis.

### ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

BAL LIO, PSEUDOLUS, SIMIA.

BA. MINUS malum hunc hominem esse opinor, quam esse censem cocom : [tharum.

Nam nihil etiam dum harpagavit, præter cyathum et can-  
Ps. Heus tu! nunc occasio est et tempus. Si. tecum sentio.

Ps. Ingredere in viam dolose : et ego hic in insidiis ero.

Si. Habui numerum sedulo, hoc est sextum a porta proximum 5

Angiportum, in id angiportum me devorti jusscrat ;  
Quotumas ædes dixerit, id ego admodum incerto scio.

BA. Arbitror hunc coquum hominem non esse tam improbum quam putabam : nam nihil aut huc suffuratus est, præter cyathum et cantharum. Ps. Heus tu! adest jam tempus et locus. Si. Sic existimo. Ps. In viam fraudum, et ego ero hic in praesidiis. Si. Recordor numeri apprime, angiportus hic est sextus, proximus a porta. Mandaverat me ire in eum angiportum. Ego teneo valde dubie, quotam

4 C. dolo sego et hic ; C. 2. dolos et ego ctiam ; Gulielm. dolose ; i, ego hic.—  
5 Habui nimirum pseudolo B. 1.—6 Pll. jusseras.—7 Quo tum has adis B. 1.

BA. Quis hic homo chlamydatus est, aut unde est, aut quem quæritat?

Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis.

S1. Sed eccum, qui ex incerto faciet mihi, quod quærer certius. 10

BA. Ad me adit recta: unde ego hominem hunc esse dicam gentium? [rog.]

S1. Heus tu, qui cum hirquina astas barba, responde quod

BA. Eho, an non prius salutas? S1. nulla est mihi salus dataria. [principio probi.]

BA. Nam pol hinc tantundem accipies. Ps. jam inde a

S1. Ecquem in angiporto hoc hominem tu novisti? te rogo. 15

BA. Egomet me. S1. pauci istuc faciunt homines, quod tu prædicas.

Nam in foro vix decimus quisque est, qui ipsus sese noverit. [hic quærer malum,

Ps. Salvos sum! jam philosophatur. S1. hominem ego Legirupam, impium, perjurum, atque improbum. BA. me quæritat:

*domum dixerit esse. BA. Quis est ille chlamyde indutus, aut unde venit, aut quem quærit? Vultus hominis appareat peregrinus et ignotus. S1. Sed adest qui me faciet certiorer eorum, que quærer, ex incerto. BA. Accedit recta ad me. Unde gentium est hic homo! S1. Heus tu, qui astas cum burba hircina, repone quod a te peto. BA. Eho, an non impertis salutem antea? S1. Nullam habeo salutem, quam tibi impertiam. BA. Per Pollucem accipies tantundem a me. Ps. Jam inde ab initio justus uterque. S1. Nonne hominem novisti in hoc angiporto? Te obsecro. BA. Evidem me ipse novi. S1. Pauci homines præstant illud quod tu dicas. Etenim est vix ex decem unus qui noverit seipsum. Ps. Sum salvus! jam argumentatur. S1. Ego quærer hic improbum virum, violutorem*

-----  
*Quotum has C. 2.—8 Pl. clamiatust.—10 C. fuciem mihi; B. I. facit mihi. Parei 3. certus.—12 Pl. hirqui nustas.—14 Al. ap. Pareum probus.—15 B. I. tu non vidisse.—17 Pl. quisquis est.—18 Salvus sum etiam Parei 3.—19 Legeru-*

#### NOTÆ

8 *Chlamydatus*] Chlamys tam militum vestis quam viatorum, utpote brevior pallio et angustior, atque adeo in via et in prælio minus incommoda.

9 *Peregrina facies*] Dissimili facie sunt ferme peregrini, quia sub dissimili cœlo soleque habitantes, alio at-

que alio colore sunt cutis. Præterea et peregrina facies cernitur ex pilo et barba.

12 *Hirquina barba*] Id est, promissa. Julianus Imperator vocatus Capella.

13 *Dataria*] Id est, danda.

17 *Decimus quisque*] Vix unus est

Nam illa sunt cognomenta, nomen si memoret modo. 20  
 Quid est ei homini nomen? Si. Leno Ballio. Ba. scivin'  
 ego?

Ipse ego is sum, adolescens, quem tu quæritas. Si. tune  
 es Ballio? [parietum!]

Ba. Ego enimvero is sum. Si. ut vestitus est perfosso  
 Ba. Credo, in tenebris conspicatus si sis me, abstineas  
 manum.

Si. Herus meus tibi me salutem multam voluit dicere. 25  
 Hanc epistolam accipe a me, hanc me tibi jussit dare.

Ba. Quis is homo 'st qui jussit? Ps. perii, nunc homo in  
 medio luto est,

Nomen nescit: hæret hæc res. Ba. quem hanc misisse  
 ad me autumas?

Si. Nosce imaginem, tute ejus nomen memorato mihi,  
 Ut sciam te Ballionem esse ipsum. Ba. cedo mihi epi-  
 stolam. 30

Si. Accipe: cognosce signum. Ba. oho! Polymachæro-  
 placides,

legum, impium, perjurum, et nefarium. Ba. Me quærit; nam hæc sunt mea  
 cognomina; modo dicat meum nomen. Quod est nomen illius hominis? Si.  
 Ballio leno. Ba. Egone judicavi? Ego sum is ipse, adolescens, quem tu ro-  
 gas. Si. Esne tu Ballio? Ba. Sum ego ipse. Si. Quomodo perfosso parie-  
 tum est induitus! Ba. Puto, si occurro tibi noctu, continuus manum. Si.  
 Meus herus mandavit ut tibi diecrem plurimam salutem. Accipe a me has  
 literas: mihi imperavit ut has ad te deferrem. Ba. Quis est ille, qui tibi im-  
 peravit? Ps. Interii: hono hæsitat nunc in medio luto. Ignorat nomen. Hæ-  
 ret hoc negotium. Ba. Dic; quis eas ad me misit? Si. Agnosce imaginem. Dic  
 mihi ejus nomen, ut intelligam te esse Ballionem ipsum. Ba. Da mihi literas. Si.  
 Accipe: agnosce signum. Ba. Oho! Polymachæroplacides est ipse verus german-

pam, implum C.—20 Nam illa mea Parei 3. Delph. et Bipont.—21 Pl. scibin'  
 ego; C. 2. scibin ego; B. 1. sum ego.—22 Ipse ego sum B. 1. ego deest in edd.  
 quibusdam vett.—23 Pl. perfosso parietum; C. 2. perfosso parietum.—24 Post  
 hunc vs. C. 2. habet vs. 32. Purus putus, &c.—25 C. multa.—26 Hunase epistu-  
 lam C. 2.—27 Pl. perii. Mox, iidem codd. tuto est.—30 C. te esse ipsum.—

#### NOTÆ

ex decem.

23 *Perfossor*] Idem et 'effracto-  
 res,' et 'vecticularii,' id est, gras-  
 satores nocturni.

27 *In medio luto est*] Allegoria a  
 luto, in quod sic interdum defixus est

viator, ut progredi nequeat.

31 *Cognosce signum*] Scripta epi-  
 stola et complicata lino vinciebatur,  
 et obligabatur, et ipsi lino imprime-  
 hatur sigillum ejus qui scriberet epi-  
 stolam.

Purus putus est ipsus: novi: heus! Si. Polymachæro-  
placides

Nomen est: scio jam tibi me recte dedisse epistolam,  
Postquam Polymachæroplacidæ elocutus nomen es.

Ba. Sed quid agit is? Si. quod homo edepol fortis, atque  
bellator probus. 35

Sed propere hanc pellegere quæso epistolam, ita negotium  
est, [emittere.

Atque accipere argentum actutum, mulieremque mihi  
Nam necesse hodie Sicyoni me esse, aut cras mortem  
exequi,

Ita herus meus est imperiosus. Ba. novi; notis prædicas.

Si. Propera pellegere epistolam ergo. Ba. id ago, si ta-  
ceas modo. 40

Miles lenoni Ballioni epistolam

Conscriptam mittit Polymachæroplacides,

Imaginem obsignatam, quæ inter nos duo

Convenit olim. Si. symbolum est in epistola.

Ba. Video, et cognosco signum: sed in epistola 45

Nullam salutem mittere ne scriptam solet?

Si. Ita militaris disciplina est, Ballio:

nusque: novi: heus! Si. Polymachæroplacides est ejus nomen. Intelligo jam  
me tibi dedisse recte epistolam, postquam dixisti nomen Polymachæroplacidæ. Ba.  
Sed quid facit ille? Si. Per ædem Pollucis facit quod decet hominem strenuum,  
atque inclytum bellatorem. Sed pellege velociter hanc epistolam, obsecro: res ita  
se habet; et accipe statim argentum, mihiisque trade mulierem. Nam oportet me  
esse hodie Sicyoni, aut oppetere mortem cras: adeo meus herus est violentus. Ba.  
Novi; dicis id iis qui hominem norunt. Si. Accelerata igitur pellegere literas.  
Ba. Faciam, si modo sileas. Miles Polymachæroplacides mittit lenoni literas con-  
scriptas obsignata imagine, de qua convenimus quondam inter nos duos. Si. Est  
symbolum in literis. Ba. Video et agnosco signum. At soletne mittere nullam  
salutem scriptam in literis? Si. Ballio, mos militum est ejusmodi: mittunt manu



31 Accipe hem Parei 3. echo polimachero B. 1. Polymacheroplegides Salm.—  
32 Purus mutus Pl.—33 C. epistulam; C. 2. ep̄lam.—34 Verbum es deest  
in B. 1.—35 Sed quid agitis Gronov. Sed quid agit is B. 1.—36 Sed propera  
B. 1.—41 Voc. epistolam deest in B. 1. et C. 2.—43 Imagine Gulielm. et

#### NOTÆ

32 Putus] Festus: ‘Putum pro decisum est, remaneant puræ.’  
puro dicebant: unde, putatæ vites, 39 Notis prædicas] Id est, iis qui  
quod cum id, quod impedimento erat, norunt.

Manu salutem mittunt benevolentibus ;  
 Eadem malam rem mittunt malevolentibus.  
 Sed, ut occepisti, perge operam experirier, 50  
 Quid epistola ista narret. BA. ausulta modo.  
 Harpax calator meus est, ad te qui venit.  
 Tune is es Harpax ? SI. ego sum, atque ipse Harpax  
 quidem.  
 BA. Qui epistolam istam fert, ab eo argentum accipi,  
 Et cum eo simitu mulierem mitti volo. 55  
 Salutem scriptam dignum est dignis mittere :  
 Te si arbitrarem dignum, misissem tibi.  
 SI. Quid nunc ? BA. argentum des ; abducas mulierem.  
 SI. Uter remoratur ? BA. quin sequere ergo intro. SI.  
 sequor.

*salutem amicis ; eadem mittunt malam rem inimicis. Sed prosequere ut instituisti ; prosequere videre, quid contineant revera hæ literæ. BA. Audi jam. Harpax, qui venit ad te, est meus calo. Esne tu is Harpax ? SI. Ego sum ; et quidem Harpax ipse. BA. Volo accipi pecuniam ab eo qui fert istas literas, et mulierem mitti cum eo. Est meritum mittere meritis salutem scriptam : ad te misissem si arbitratus fuisset te esse dignum. SI. Quid nunc ? BA. Numera pecuniam ; abducas mulierem. SI. Uter moræ est ? BA. Quin sequeris igitur in ædes ? SI. Sequor.*

Parei 3. nos duos edd. vett.—50 Lips. opera.—53 Tun' es Saphax PII. Tun' es Harpax B. 1. Tun' es is Harpax Parei 3. ego sum ipse B. 1. ipse arpax C.—54 Al. ap. Parenm illam. PII. accipiet ; B. 1. accipies ; al. accipe et.—55 Cum eo simul B. 1. Quom eo similit multerem C.—56 Voc. scriptam deest in B. 1.—59 Uter moratur B. 1. sequere rego intro PII.

## NOTÆ

48 *Manu salutem mittunt*] Uno verbo de duobus facto manusalutem lege : id est, non scripto, sed manu ; non calamo, sed ense.

52 *Calator*] Festus : ‘ Calatores dicebantur ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod est vo-

care : quia semper vocari possent, ob necessitatem servitutis.’ Malim calatorem, seu calonem, dici ἀπὸ τοῦ κάλον, a ligno; minus enim erat calonum quotidianum ligna castris suppeditare.

## ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

## PSEUDOLUS.

PEJOREM ego hominem magisque vorsute malum

Ps. Per ædem Pollucis nunquam ego conspicatus sum ullum hominem nequiorum,

Nunquam edepol quenquam vidi, quam hic est Simia.  
 Nimisque ego illum hominem metuo et formido male,  
 Ne malus item erga me sit, ut erga illum fuit,  
 Ne in re secunda nunc mihi obvortat cornua,  
 Si occasionem capsit, qui siet malus.

Atque edepol equidem nolo: nam illi bene volo.

Nunc in metu sum maxumo, triplici modo.

Primum omnium jam hunc comparem metuo meum,  
 Ne deserat me, atque ad hostis transeat.

Metuo autem, ne herus redeat etiam dum a foro,

Ne capta præda capti prædones fuant.

Cum hæc metuo, metuo ne ille huc Harpax adveniat,  
 Priusquam hinc hic Harpax abierit cum muliere.

Perii hercle! nimium tarde egrediuntur foras.

10

Cor colligatis vasis expectat meum,

Si non educat mulierem secum simul,

Ut exulatum ex pectore ausfugiat meo.

Victor sum: vici cautos custodes meos.

15

*callidiores, et magis improbum, quam est hic Simia. Et ego timeo valde, et vereor maxime, ne ille homo sit improbus erga me, sicut erga illum; ne in re prospera modo convertat in me cornua, si occupet occasionem, utpote improbus. Atque equidem per ædem Pollucis, nolim: nam eum amo. Versor jam in maximo timore, tribus modis. Ac primum quidem timeo jam ne meus socius me destituat, atque demigret ad hostes. Deinde ne herus revertatur interim a foro, et, præda capti, prædones capiantur. Denique ne ille Harpax superveniat huc, antequam hic Harpax excesserit hinc cum muliere. Per Herculem interii! prodeunt foras tardius. Meum cor operitur collectis rasis, ut fugiat in exilium e meo pectore, si Simia non educat secum mulierem. Sum victor: vici meos custodes cautos.*

\*\*\*\*\*

2 C. similia.—4 C. ergas me.—6 Si o. ceperit B. 1. Si o. capsit al. Si o. ceperit capsti Pll. cautio est qui sit malus B. 1.—10 Ne deserat nunc Parei 3.—11 Gnilhelm. etiam domum a foro.—12 B. 1. C. 2. prædones fiant.—13 Quom C. Tum hoc metuo ne ille huc arpax veniat B. 1. adrenat C.—14 C. habierit.—16 Cum colligatis B. 1. expectatam eum Pll. expectabo eum B. 1.—17 B. 1. semel.—18 Ut exolatum C. Ut exsolatum Parei 3. fugiat B. 1.

#### NOTE

5 *Obvortat cornua*] Id est, mihi aduersetur; me oppugnet. Apuleius: ‘Superest ea pars epistolæ, quæ similiter pro me scripta, in memetipsum vertit cornua.’

6 *Capsit*] Id est, ceperit.

16 *Cor colligatis vasis expectat meum*]  
 Sumtum a re militari, ubi vasa colli-

gunt aut adornantes fugam aut castra mutantes. Id dicit Pseudolus, ut exprimat quo sit animo quando expectat exitum Harpago-Simiæ ex ædibus Ballionis. ‘Convasare’ etiam veteres dicebant colligere in fasciculum.

## ACTUS QUARTI SCENA QUARTA.

SIMIA, PSEUDOLUS.

- Si. Ne plora: nescis ut res sit, Phœnicium,  
Verum haud multo post faxo scibis accubans.  
Non ego te ad illum duco dentatum virum  
Macedoniensem, qui te nunc flentem facit.  
Quojam esse te vis maxume, ad eum duco te:  
Calidorum haud multo post faxo amplexabere. 5
- Ps. Quid tu intus quæso desedisti? quamdiu  
Mihi cor retunsum 'st oppugnando pectore!
- Si. Occasionem repperisti, verbero,  
Ubi perconteris me insidiis hostilibus:  
Quin hinc metimur gradibus militariis. 10 [nes.
- Ps. Atque edepol, quanquam nequam homo es, recte mo-  
Ite hac triumphi ad cantharum recta via.

Si. *Ne lacrymare! Phœnicium, ignoras quomodo se res habeat, sed efficiam statim ut scias in cœna. Ego non te duco ad illum hominem dentatum Macedonem, qui in causa est cur plores. Te duco ad eum cuius tu vis esse inprimis: efficiam ut mox amplexeris Calidorum.* Ps. *Quare obsecro tu commoratus es in ædibus? Quam longo tempore meum cor sese obtudit, in impellendo pectore!* Si. *Nactus es locum, mastigia, in quo tuis percontationibus me voces in insidias hostium: quin ingredimur viam passibus militaribus.* Ps. *Per ædem Pollueis, tametsi es improbus vir, admones recte. Ite hic via recta ad cantharum triumphi.*

\*\*\*\*\*

2 Verum haut C.—4 B. 1. qui lenonem flentem,—6 C. amplexavere.—8 B. 1. retusum est.—10 C. percunteris; C. 2. percunteris.—11 Quin hii C. Quin hic C. 2. metamur al. ap. Parenni.—13 Hic versus deest in B. 1. C. 2. extat vero in C. ubi seqq. junguntur prioribus, sine nova scena.

## NOTÆ

3 *Ad dentatum virum*] Id est, Polymachæroplacidem militem. Dentatum vocat, quia eas bestias in primis formidamus quæ dentibus pollut.

10 *Ubi perconteris insidiis hostilibus*] Id est, interea dum versor in periculo, ne incidam in hostium manus, nisi celeriter abiero, tu me perconta-

ris: id est, a me causam moræ repetitis, quam cum tibi reddam, interea hostes ingruent.

11 *Gradibus militariis*] Æstivo su- doque tempore viginti millia pas- suum intra quinque horas fiunt. Gra- dibus militariis, id est, grandibus, quales sunt militum.

## ACTUS QUARTI SCENA QUINTA.

BALLIO.

HA hæ! nunc demum mihi animus in tuto est loco,  
 Postquam iste hinc abiit, atque abduxit mulierem.  
 Mihi libet nunc venire Pseudolum, scelerum caput,  
 Et abducere a me mulierem fallaciis.

Conceptis hercle verbis, satis certo scio,

5

Ego perjurare mavellem me millies,

Quam mihi illum verba per deridiculum dare.

Nunc deridebo hercle hominem, si convenero.

Verum in pistrinum, credo, ut convenit, fore.

Nunc ego Simonem mihi obviam veniat velim,

10

Ut mea lætitia lætus promiscam siet.

BA. *Ha hæ! tandem habeo mentem constitutam in tuto, ex quo projectus est hinc, atque abduxit mulierem. Utinam Pseudolum auctor fraudum jam huc veniret et conaretur abducere a me mulierem fraudibus. Per Herculem, ego mallem me perjurare, conceptis verbis, millies, quam me ab illo falli vel joco. Per Herculem ludificabor modo hominem, si adivero. Sed puto detrudendum esse in pistrinum, ut deliberatum est inter nos. Optarem ut nunc Simo mihi veniret obvium, ut gaudeat mecum meo gaudio.*

\*\*\*\*\*

**I** Habe nunc B. 1. Mox, pronomen *mihi* deest in quibusdam edd. vett. contra codd.—3 *Mihi* deest in B. 1. C. C. 2. Ven. 1.—6 Pll. et C. 2. *pejurare*; Kotter. *perbitare*, i. e. *perire*. Mox, C. et C. 2. *miliens*.—8 C. *si convero*.—10 C. *oviam venitat*; C. 2. *obviam venire*.—11 C. *promiscu*; C. 2. et B. I. *promiscua*.

## NOTÆ

9 *Convenit*] Inter nos, Simonem      11 *Promiscam*] Id est, promiscue. et Ballionem.

## ACTUS QUARTI SCENA SEXTA.

SIMO, BALLIO.

SI. Viso quid rerum meus Ulysses egerit,  
 Jamne habeat signum ex arce Ballonia.

SI. *Videro quid negotii meus Ulysses gesserit, ultrum efferat Palladium ex aди-*

\*\*\*\*\*

1 B. 1. *quid servus meus*; C. 2. *quis erum meum Ulyxes egerit*; C. *qui rerum*

BA. O fortunate, cedo fortunatam manum,  
 Simo! Si. quid est? BA. jam. Si. quid jam? BA. nihil  
 est quod metuas. Si. quid est?  
 Venitne homo ad te? BA. non. Si. quid est igitur boni?  
 BA. Minæ viginti sanæ ac salvæ sunt tibi, 6  
 Hodie quas abs te inde est instipulatus Pseudolus.  
 Si. Velim quidem hercle. BA. roga me viginti minas,  
 Si ille hodie illa sit potitus muliere,  
 Sive eam tuo gnato hodie, ut promisit, dabit: 10  
 Rogato hercle obsecro: gestio promittere.  
 Omnibus modis tibi esse rem ut salvam scias,  
 Atque etiam habeto mulierem dono tibi.  
 Si. Nullum periculum est, quod sciam, stipularier.  
 Ut concepisti verba, Viginti minas 15  
 Dabin'? BA. dabuntur. Si. hoc quidem actum 'st haud  
 male.  
 Sed hominem convenistin'? BA. immo ambos simul.

*bus Ballionis. BA. O felix Simo, præbe manum felicem. Si. Quid est? BA. Modo. Si. Quid modo? BA. Est nihil quod reformides. Si. Quid est? Homo venitne ad te? BA. Non. Si. Quid est ergo boni? BA. Viginti minæ, quas Pseudolo es pollicitus, interposita stipulationis forma, hodie te daturum, sunt integræ et salvæ. Si. Evidem optarim per Herculem. BA. Pete a me viginti minas, si hodie illa mulier venerit in ejus potestatem, et si eam det hodie tuo filio, ut pollicitus est. Postula per Herculem amabo! Opto vehementer spondere. Ut intelligentias tuam rem esse in tuto quavis ratione, et præterea tibi dono mulierem. Si. Est nullum periculum, quod videam, stipulari. Numerabisne viginti minas, ut pollicitus es, conceptis verbis? BA. Numerabuntur. Si. Sane id non est actum tam male. Verum convenistin' hominem? BA. Immo duos uua. Si. Quid dicit?*

meum sulixe se gerit.—2 Pl. balliona.—5 C. at te. Mox, est deest in B. 1.—6 Pl. et Parei 3. et salræ; al. at salræ.—7 Priscian. abs te est instipulatus; Cam. indest stipulatus.—10 C. ut prosit.—15 Ut occepisti al. ap. Pareum, contra codd.—16 C. huu male.—17 Pl. convenistin' hominem; B. 1. Ses couenistin'

## NOTÆ

2 *Signum*] Id est, Phœnicium. Allegoria dueta ab Ulysse, qui noctu irrepisit in arcem Trojanam, et abstulit secum Palladium.

5 *Venitne homo*] Pseudolus.

7 *Quas abs te inde est instipulatus*] Promiserat Simo se viginti minas daturum Pseudolo, si ab lenone mulierem abduceret. 'Stipular' est solenni verborum forma, aut rogare,

aut promittere aliquid: est enim verbum commune, 'stipular,' quod tam in activa, quam passiva significacione ablativo jungitur. Dicimus enim, 'stipular abs te,' pro 'rogo a te,' et 'stipular abs te,' pro 'rogor a te.'

14 *Nullum periculum est*] Qui enim stipulatur se ipse non obligat, nisi accedat restipulatio.

**S1.** Quid ait? quid narrat? quæso, quid dicit tibi?

**BA.** Nugas theatri, verba quæ in comœdiis

Solent lenoni dici, quæ pueri sciunt:

20

Malum, et scelestum, et perjurum aiebat esse me.

**S1.** Pol haud mentitu'st. **BA.** ergo haud iratus fui:

Nam quanti refert te nec recte dicere,

Qui nihil faciat, quique inficias non eat?

**S1.** Quid est quod non metuas ab eo? id audire expeto. 25

**BA.** Quia nunquam ab me abducet mulierem jam, nec potest.

Meministine tibi me dudum dicere,

Eam venisse militi Macedonia?

attulit,

**S1.** Memini. **BA.** hem, illius servos huc ad me argentum Et obsignatum symbolum. **S1.** quid postea? 30

**BA.** Qui inter me atque illum militem convenerat:

Is secum abduxit mulierem haud multo prius.

**S1.** Bonan' fide istuc dicis? **BA.** unde ea sit mihi?

**S1.** Vide modo, ne illuc sit contechnatus quidpiam.

**BA.** Epistola atque imago me certum facit. 35

*Quid fabulatur? obsecro!* *Quid tibi ait?* **BA.** *Nugas theatro dignas.* *Verba quæ solent dici in lenonem in comœdiis, quæ pueri norunt: dicebat me esse malum et nefarium et perjurum.* **S1.** *Per Pollucem non est mentitus.* **BA.** *Neque ego fui iratus.* *Quid enim refert maledicere ei, qui faciat nihil maledicta, et qui fateatur de se quæ dicuntur?* **S1.** *Quid est quod non pertimescas ab eo?* *Expto id audire.* **BA.** *Quia jam non abducet a me mulierem, nec potest.* *Recordarisne me tibi dixisse jam pridem, eam esse venditam militi Macedonia?* **S1.** *Recordor.* **BA.** *Hem ejus serrus ad me attulit huc pecuniam, et symbolum obsignatum.* **S1.** *Quid deinde?* **BA.** *Ille qui convenerat inter illum militem et me: jam jam abduxit secum mulierem non multo antea.* **S1.** *Dicisne illud bona fide?* **BA.** *Unde esset mihi?* **S1.** *Cave jam ne ille sit architectatus aliquid.* **BA.** *Epistola et signum me*

*tin hominem.—21 Malum scelestum al. ap. Pareum.—22 Pol haum Pil. metitust B. 1. ego haud C. 2. B. 1.—25 B. 1. quid non. Pil. et B. 1. expecto.—26 C. C. 2. et B. 1. a me abducet.—27 Meministin B. 1. me deest in Parei 3.—29 B. 1. en, illius.—30 Et ob signatam C.—32 Idem codex, hau multo.—34 B. 1. ut con-*

#### NOTÆ

17 *Hominem convenistin'*] Id est, Pseudolum.

18 *Ambos]* Id est, immo duos in uno, militem per epistolam, et ejus serum Harpacem.

19 *Nugas theatri]* Videlicet in thea-

tro ab histriónibus, et in foro a patrónis convicia jactat. Minimi sunt momenti.

23 *Nec recte]* 'Nec recte dicere' est maledicere.

25 *Ab eo]* Pseudolo.

**Quin jam quidem illam in Sicyonem ex urbe adduxit modo.**

**Si. Bene hercle factum : quid ego cesso Pseudolum**

**Facere, ut det nomen ad molarum coloniam ?**

**Sed quis hic homo est chlamydatedus ? BA. non edepol scio,**

**Nisi ut observemus quo eat, aut quam rem gerat. 40**

*fæciunt certiorem : quin illam quidem abduxit jam ex urbe Sicyonem. Si. Per Herculem pulchre factum. Quid cunctor ego jubere, ut Pseudolus det nomen ad coloniam molarum ? Sed quis est ille homo chlamyde tectus ? BA. Per cædem Pollicis nescio, nisi observemus quo perga, et quid motiatur.*

tegnatus.—36 Qui illum quidem jam B. 1. Qui quidem illum jam Pl. abduxit al. ap. Pareum.—38 C. et C. 2. ad Molas coloniam.

#### NOTÆ

38 *Ad molarum coloniam*] Alludit cendi erant in aliquam coloniam, ad morem Romanorum, quo, qui educi eam nomen dabant.

### ACTUS QUARTI SCENA SEPTIMA.

HARPAX, SIMO, BALLIO.

**HA. MALUS et nequam est homo, qui nihil imperium heri  
Sui servos facit : nihil est autem, suum**

**Qui officium facere immemor est, nisi adeo monitus.**

**Nam qui liberos esse illico se arbitrantur,**

**Ex conspectu heri si sui se abdiderunt, 5**

**Luxuriantur, lustrantur, comedunt quod**

**Habent, ii nomen diu servitatis ferunt :**

**Nec boni ingenii quicquam in his inest, nisi ut im-**

*HA. Servus qui aspernatur mandata sui heri est malus et nequam homo. Qui vero non recordatur obire suum officium, nisi monitus, est nihil faciens. Nam ii qui existinant se esse liberos, statim atque sese subduxerunt conspectui sui heri, luxuriantur, in lustra divertunt, concessantur quicquid habent, retinent diu nomen servi ; neque inest quicquam boni ingenii in illis, nisi ut se tueantur mali artibus.*

1 C. et C. 2. nihil ; et sic vs. seq.—3 C. nisi est admonitus.—6 Luxuriantur Non. comedunt quo B. 1. comedunt quod habent, quod non Habent, &c. Grut.—7 Habent nomen B. 1. Habent ei nomen C. Habent i nomē C. 2.—8 Verba in his

#### NOTÆ

1 *Malus et nequam*] Philosophatur Calo-Harpax, de bono et malo servo. graviter, a popina et somno recens

probis se artibus teneant: cum his mihi nec locus, nec sermo

Convenit, neque his unquam nobilis fui.

10

Ego, ut mihi imperatum est, etsi abest, hic adesse herum

Arbitror: nunc ego illum metuo, cum hic non adest;

Ne, cum assiet, metuam; ei rei operam dabo.

Nam me in taberna usque adhuc sineret Syrus,

Quoi dedi symbolum: mansi, ut jusserat:

15

Leno ubi esset domi, me aiebat arcessere.

Verum ubi is non venit, nec vocat, venio huc ultro,

Ut sciam, quid rei siet; ne illic homo me ludificetur.

Neque quicquam est melius, quam ut hoc pultem, atque aliquem

Evocem huc intus: leno argentum hoc volo a me accipiat,

Atque amittat mulierem mecum simul.

21

BA. Heus tu? Si. quid vis! BA. hic homo meu'st. Si. qui dum? BA. quia

Præda hæc mea est: scortum quærerit, habet argentum.

Jam admordere hunc mihi lubet.

*Nec conrenio, nec sermonem confero cum his, neque unquam fui notus his. Ego ut mihi est demandatum, arbitror herum adesse hic, etsi abest. Ego illum metuo nunc, quando non adest, ne, quando aderit, timeam. Incumbam in eum rem. Nam Syrus, cui dedi symbolum, me relinqueret semper in popina: mansi ut imperaverat: dicebat me a se vocandum, quando leno esset reversus domum. Sed quia is non venit, nec vocat, venio huc ultro, ut accipiam quid negotii sit: ne ille homo mihi illudat. Neque quicquam est satius, quam ut feriam hoc, et evocem quendam huc ab ædibus. Oportet ut leno accipiat a me hanc pecuniam, et dimittat mulierem mecum. BA. Heus tu! Si. Quid vis? BA. Teneo hunc hominem. Si. Quo pacto? BA. Quia hic est meu præda: quærerit meretricem; habet pecunium.*

\*\*\*\*\*

desunt in B. 1.—9 C. in his mihi.—10 Convenit his nunquam B. 1. neque iis unquam C. Convenit is unquam C. 2.—11 Ego ut imperatum est al. ap. Pareum.—14 Nam inter verna B. 1. me deest in Pll.—16 C. me alebat arcessere.—18 Idem codex, quod rei.—20 Pll. hinc intus.—21 Atque emittat al. ap. Pareum. Mox, mulierem nunc Parci 3. Delph. et Bipont.—23 Præda mea est C. 2.—24 Tam

#### NOTÆ

10 *Nobilis fui*] Id est, Neque his unquam notus fui.

22 *Heus tu*] Est oratio impuri lenonis exultantis, quod Harpacem sumat pro peregrino libidinoso a quo

nouihil præda sit accepturus. Sed

tantum sibi damni illatum esse jam jam ab eo accepit, quantum lucri sperabat. Hic suis coloribus depicitam lenonis indolem agnosce.

24 *Admordere*] Est allegoria ducta ab homine quem fames urget.

- S1.** Jamne illum comesurus es? **BA.** dum recens est, 25  
**Dum** datur, dum calet, devorari decet: nam  
**Boni** viri me pauperant, improbi alunt,  
**Augent** rem meam mali; populi strenui  
**Damno** mihi, improbi usui sunt. **S1.** malum!  
**Quod** tibi Dei dabunt, qui sic scelestus. 30
- HA.** Me nunc commoror, cum has fores non ferio,  
**Ut** sciam, sitne Ballio domi. **BA.** Venus mihi hæc  
**Bona** dat, cum hos huc adigit lucrifugas, damni  
**Cupidos**, qui se suamque ætatem bene curant; 34  
**Edunt**, bibunt, scortantur: illi sunt alio ingenio atque tu,  
**Qui** neque tibi bene esse patere, et illis, quibus est, invides.  
**HA.** Heus! ubi estis vos? **BA.** hic quidem ad me recta  
 habet rectam viam.
- HA.** Heus! ubi estis vos? **BA.** heus! adolescens, quid  
 istic debetur tibi?
- Bene ego ab hoc prædatus ibo: novi; bona scæva est mihi.
- HA.** Ecquis hoc aperit? **BA.** heus chlamydate, quid istic  
 debetur tibi? 40

*Gestio jam illi dentem defigere.* **S1.** Jamne illum es voraturus? **BA.** Oportet deglutire, interea dum est recens, dum apponitur, dum ealet: nam boni me reddunt pauperem; mali alunt, mali ditant: boni mihi sunt detrimento, mali usui. **S1.** Malum! Quo te Dii mactabunt, utpote sic nefarium. **HA.** Me retardo nunc, quando non pulsò has fores, ut videam utram Ballio sit domi. **BA.** Venus mihi offert haec bona, quando compellit hue hos inimicos lueri, cupidos detrimenti, qui se curant lepide, et suam vitum. **Edunt**, bibunt, scortantur. Illi sunt alio ingenio atque tu, qui neque sinis tibi esse bene, et invides iis quibus est. **HA.** Heus! ubi estis vos? **BA.** Hic quidem institit recta via ad me. **HA.** Heus! ubi estis vos? **BA.** Heus adolescens! quid tibi debetur hic? Ego bene onerabor præda ab hoc: novi! mihi ostendit bonum omen. **HA.** Ecquis reserat hoc? **BA.** Heus miles!

\*\*\*\*\*

admordere PII. Tamen admordere mihi hunc libet B. 1. mihi jubet C.—25 C. 2. commessurus.—27 PII. acent.—29 Damno deest in B. 1. Damno mihi desunt in PII. improbus visunt C. strenui improbus visi sunt C. 2.—30 Quod tibi Di Parei 3. Quod tibi dat, omisso Dei, C. 2. Quod tibi dabunt ut scelestus B. 1.—33 Bona

#### NOTÆ

25 *Dum recens est*] Sunt enim cibi, qui nisi calidi sumrantur, nocent. Manet in allegoria superius instituta.

39 *Prædatus*] Passive: præda onus-tus.

*Bona scæva*] Dictum supra non semel. Festus: ‘Seævum a Græcis, qui scævum dicunt sinistrum.’ Varro: ‘Ne quid obsit bonæ scævæ causa: inde Scævola appellatus; a sinistra, quod quæ sinistra sunt bona au-

HA. *Aedium dominum lenonem Ballionem quærito.*

BA. *Quisquis es, adolescens, operam fac compendi quæ-*  
rere. [sentem videt.

HA. *Quid jam?* BA. *quia te ipsus coram præsens præ-*

HA. *Tun' is es?* SI. *chlamydate, cave sis tibi a curio in-*  
*fortunio,*

Atque in hunc intende digitum : hic leno est. BA. at hic  
est vir probus. 45

Sed tu, bone vir, flagitare sæpe clamore in foro,

Cum libella nusquam est, nisi quid leno hic subvenit tibi.

HA. *Quin tu mecum fabulare?* BA. *fabulor: quid vis tibi?*

HA. *Argentum accipias.* BA. *jamdudum, si des, porrexi*  
*manum.*

HA. *Accipe:* hic sunt quinque argenti lectæ numeratæ  
minæ. 50

Hoc tibi herus me jussit ferre Polymachæroplacides,

Quod deberet, atque ut mecum mitteres Phœnicium.

BA. *Herus tuus?* HA. ita dico. BA. *miles?* HA. ita lo-  
*quor. BA. Macedonius?*

*quid tibi debetur hic?* HA. *Quæro dominum aedium Ballionem lenonem,* BA.  
*Quisquis es, adolescens, ne ponas operam in querendo longiorem.* HA. *Quid jam?*  
BA. *Quia ipse te videt præsens præsentem coram.* HA. *Esne tu is?* SI. *Miles!*  
*cave tibi, si vis, a curis que te reddant infelicem, atque intende in hunc digitum:*  
*adest leno.* BA. *Hic est vir bonus.* Sed tu, bone vir, flagitaris plerunque cla-  
moribus in foro, quando ne libellam quidem argenti habes, nisi hic leno tibi sup-  
peditet aliquid. HA. *Quis loqueris tu mecum?* BA. *Loquor: quid ris?* HA. *Acci-  
pice pecuniam.* BA. *Jampridem porrigo manum, si des.* HA. *Accipe: sunt hic*  
*quinque minæ argenti lectæ, numeratæ.* *Polymachæroplacides herus mihi man-  
dit, ut ad te deferrim hoc quod tibi debet, et ut mitteres mecum Phœnicium.* BA.  
*Tuus herus?* HA. *Sic dico.* BA. *Miles?* HA. *Sic loquor.* BA. *Macedonius?*

\*\*\*\*\*

*datat Pl. et Parei 3.—39 B. 1. prædatus si bono in bona scena.—43 Parei 3.*  
*Delph. et Bipont. te is ipsus.* Mox, *rides B. 1.—44 Al. ap. Pareum, a diro in-*  
*fortunio; al. ibid, a crasso infortunio; al. a Thuria infortunio; al. a cruci infor-*  
*tunio; al. a Curtio infortunio.—46 Sed tu non es vir B. 1. C. 2.* Sed tu mone-  
vir C. in clamore in foro B. 1.—47 Cum libello B. 1. *nusqua est C. quod leno*  
B. 1. C. et C. 2.—48 Voc. *fabulare deest in C.—49 B. 1. jam si dudum des.—*

#### NOTÆ

spicia esse existimantur, a quo di-  
cuntur comitia, aliquidve, quod sit ave-  
sinistra, seæva.'

44 *A curio infortunio]* Id est, a vita  
curarum plena; cuiusmodi est ama-

torum.

45 *Intende digitum]* Monstramus  
indice; iridemus medio. Inde no-  
men habet impudici et famosi.

HA. Admodum, inquam. BA. te ad me misit Polymachæ-roplacides?

HA. Vera memoras. BA. hoc argentum ut mihi dares?  
HA. si tu quidem es 55

LENO Ballio. BA. atque ut a me mulierem abduceres?  
HA. ita. [mane:

BA. Phœniciumne esse dixit? HA. recte meministi. BA.  
Jam redeo ad te. HA. at maturate propera: nam propero:  
vides [volo.

Jam die multum esse? BA. video: hunc advocare etiam  
Mane modo istic: jam revertar ad te: quid nunc fiet,  
Simo? 60

Quid agimus? manifesto hunc hominem teneo, qui argen-  
tum attulit. [cum ignarissumis.

SI. Quid jam? BA. an nescis, quæ sit haec res? SI. juxta  
BA. Edepol hominem verberonem Pseudolum! ut docte-  
dolum

Commentu'st! tantundem argenti, quantum miles debuit,  
Dedit huic, atque hominem exornavit, mulierem qui arces-  
seret. 65

Pseudolus tuus allegavit hunc, quasi a Macedonio  
Milite esset. SI. habesne argentum ab homine? BA. ro-  
gitas, quod vides? [dare:

SI. Heus, memento ergo dimidium isthinc mihi de præda

HA. Maxime, inquam. BA. Polymachæroplacides te misit ad me? HA. Dicis  
vere. BA. Ut mihi numeres hanc pecuniam? HA. Si tu es Ballio leno. BA.  
Et ut abduceres mulierem a me? HA. Etiam. BA. Dixitne esse Phœnicium?  
HA. Recordaris bene. BA. Mane: revertar modo ad te. HA. Sed acceler  
velociter: nam vides jam esse multam diem. BA. Video: volo advocare quoque  
hunc. Mane jam hic. Revertar ad te statim. Quid fiet jam, Simo? Quid  
facimus? Homo, qui attulit pecuniam, tenetur manifesto. SI. Quare? BA. An  
ignorus quid sit rei? SI. Ignoro perinde atque ignarissimi. BA. Per adem Pal-  
lucis Pseudolum flagraniem! Ut architectus est perite fallaciam! Hic huic  
numeravit tantum pecunia quantum miles debebat, atque eum instruxit, ut abdu-  
ceret mulierem. Taus Pseudolus misit hunc, quasi milite Macedonio. SI. Ha-  
besne pecuniam hominis? BA. Rogas id quod cernis? SI. Heus! recordare igi-

\*\*\*\*\*

50 B. 1. numerataque minæ; C. numerer a te minæ.—56 Pll. adduceres; B. 1.  
tu abduceres.—57 Phœnicium esse B. 1. et C. 2. Phœnicium esse C.—58 C. et  
C. 2. at maturitate propera: nam propero vides jam.—59 Jam du C. 2. Jam diei  
B. 1.—61 Pll. et Pater 3. manifesto.—62 C. quoniam ignarissumis; B. 1. facta  
cum ignarissumis.—63 C. ut docte donum.—64 Commentumst C. quantum mile-

Commune istuc esse oportet. BA. quid, malum? id totum tuum est.

HA. Quam mox mihi operam das? BA. tibi do equidem: quid nunc mihi es auctor, Simo? 70

SI. Exploratorem hunc faciamus ludo suppositicum.

BA. Adeo, donicam ipsus sese ludos fieri senserit: Sequere: quid ais? nempe tu illius servos es? HA. plannissime.

BA. Quanti te emit? HA. suarum in pugna virium victoria. Nam ego eram domi imperator summus in patria mea. 75

BA. An etiam ille unquam expugnavit carcerem, patriam tuam?

HA. Contumeliam si dices, audies. BA. quotomo die Ex Sicyone huc pervenisti? HA. altero ad meridiem.

BA. Strenue me hercle isti: quamvis pernix hic est homo! Ubi suram aspicias, scias posse eum gerere crassas compedes. 80

Quid ais? tune etiam cubitare solitus es in cunis puer?

SI. Scilicet. BA. etiamne facere solitus es? scin' quid loquar? [quod te rogo?

SI. Scilicet solitum esse. HA. sanine estis? BA. quid hoc, Noctu in vigiliam quando ibat miles, tum tu ibas simul?

Conveniebatne in vaginam tuam machæra militis? 85

HA. I in malam crucem. BA. ire licebit tibi tamen hodie tempori.

*tur mihi dare medium partem prædae. Oportet illud esse commune. BA. Quid malum? Totum illud ad te pertinet. HA. Satagisne cito rerum meorum? BA. Satago. Quid vis faciam nunc, Simo? SI. Ludificemus hunc exploratorem suppositum. BA. Usque eo dum ipse animadverterat sese ludificari: sequere. Quid dicis? Nimirum tu es illius servus? HA. Maxime. BA. Quanti te emit? HA. Pretio sui roboris in certamine: nam crux summus dux domi in mea gente. BA. Cepitne etiam unquam carcerem, tuam civitatem? HA. Si dixeris maledictum, vicissim audies. BA. Quoto die advenisti huc ex Sicyone? HA. Secundo ad meridiem. BA. Per Herculem iristi celeriter. Quantum iste homo est relax! Si videoas tibiam, intelligas eum posse ferre graves compedes. \* \* \* HA. I in malam crucem. BA. Tibi licebit ire hodie, satis tempestire. HA. Cur non mittis*

\*\*\*\*\*

Pll.—66 B. 1. *allegavit nunc.*—70 Gronov. dat; C. C. 2. B. 1. Ven. 1. das.—72 C. *senserim.*—75 Num ego C. C. 2. Nam egod Parei 3. dederam domi C. 2.—77 BA. quid tun hodie B. 1. quoteno die al. ap. Parenm.—78 B. 1. alto adhuc meridiem.—79 Strenui C. et C. 2. Strenuo al.—82 Pll. *solitum es.*—83 *Scilicet solitum esse* desunt in B. 1.—85 *Conveniebantne* Pll.—86 *In malam C. 2. tamen*

**HA.** Quin tu mulierem mihi emittis, aut reddis argentum ?  
**BA.** mane.

**HA.** Quid, maneam ? **BA.** chlamydem hanc commemores,  
 quanti conducta 'st ? **HA.** quid est ?

**BA.** Quid meret machæra ? **HA.** helleborum hisce homi-  
 nibus est opus.

**BA.** Echo ! **HA.** mitte. **BA.** quid mercedis petasus hodie  
 domino demeret ? 90

**HA.** Quid, domino ? quid somniatis ? mea quidem hæc ha-  
 beo omnia, [tinet.]

Meo peculio emta. **BA.** nempe quod femina summa sus-

**HA.** Uncti hi sunt senes, fricari sese ex antiquo volunt.

**BA.** Responde obsecro hercle hoc vero serio, quod te rogo :

Quid meres ? Quantillo argento te conduxit Pseudolus ? 95

**HA.** Qui istic Pseudolu'st ? **BA.** præceptor tuus, qui te  
 hanc fallaciam

Docuit, ut fallaciis hinc a me mulierem abduceres.

**HA.** Quem tu Pseudolum, quas tu mihi prædictas fallacias ?

*mecum mulierem, nec restituis pecuniam ? BA. Noli abire. HA. Quidni abeam ? BA. Dic mihi, quanti conducta est hæc chlamys ? HA. Quid est ? BA. Quid mercedis solevisti pro euse ? HA. Est opus helleboro his hominibus. BA. Echo tu ! HA. Dimitte. BA. Quam mercedem hic petasus refert suo domino ? HA. Quid, domino ? quid detiratis ? Hæc omnia mea sunt, mea pecunia comparata. BA. Nimirum peculio quod tua femora sustinent. HA. Hi senes sunt uncti, jampridem volunt fricari. BA. Verum per Herculem obsecro, responde serio id, quod a te peto. Quid mercedis erit tibi ? Quanta pecunia Pseudolus te locavit ? HA. quis est ille Pseudolus ? BA. Tuus præceptor, qui te docuit hanc fraudem, ut abduceres hinc fraudibus mulierem. HA. Quem Pseudolum, quas fraudes mihi narras ? Qui*

---

*en hodie C. temperi Pli.—89 C. etleborum. Mox, opus est C. C. 2. B. 1. Ven. 1.—90 Eo al. ap. Pareum.—91 Quoi domino Parei 3. quid socii ? quid somn. al. mea equidem B. 1.—92 B. 1. nempe quid. Al. ap. Pareum, sustinent.—93 Nunc ubi sunt B. 1.—95 C. 2. quo nullo argento.—96 Qui isti C. Quid istic C. 2. et*

#### NOTÆ

89 *Helleborum*] Insania curandæ peritilem esse dicunt medici omnes.

92 *Femina sustinet*] Quia suo peculio comparata dicit sua ornamenta omnia Harpax, Ballio ‘peculum’ Harpacis interpretatur de tergo, quo, plagiæ saepius in servitute impositis, quicquid haberet, comparaverat.

93 *Fricari volunt*] In balneis olim

ungebantur veteres, deinde fricabantur. Inde jocum captat Harpax calo ; dicitque Simonem et Ballionem esse mox a se fricandos, id est, fuste excipiendo, nisi ridendi et irridendi modum faciant. Fricatio illa siebat strigilibus, de quibus ante.

Quem ego hominem nullius coloris novi. BA. non tu istinc  
abis?

Nihil est hodie hic sycophantis quæstus: proin' tu Pseu-  
dolo

100

Nunties, abduxisse alium prædam, qui occurrit prior  
Harpax. HA. is quidem edepol Harpax ego sum. BA.  
immo edepol esse vis.

[dedi,

Purus putus hic sycophanta est. HA. ego tibi argentum  
Et dudum adveniens extemplo symbolum servo tuo,  
Heri imagine obsignatam epistolam hic ante ostium. 105  
BA. Meo tu epistolam dedisti servo? cui servo? HA. Syro.  
BA. Non confidit: sycophanta hic nequam est: nugis me-  
ditatur male.

Edepol hominem verberonem Pseudolum! ut docte dolum  
Commentu'st! tantundem argenti, quantum miles debuit,  
Dedit huic, atque hominem exornavit, mulierem qui abdu-  
ceret:

110

Nam illam epistolam ipsus verus Harpax huc ad me attulit.  
HA. Harpax ego vocor: ego servos sum Macedonis mi-  
litis:

Ego nec sycophantiose quicquam ago, nec malefice,  
Neque istum Pseudolum mortalis qui sit novi, neque scio.  
SI. Tu, nisi mirum'st, leno, plane perdidisti mulierem. 115

*homo mihi perinde ignotus est ac si nullius coloris. BA. Tu non abis? Nihil est  
luci hodie hic sycophantis. Itaque nuntia Pseudolo alium venisse priorem, qui  
abduxit mulierem, nempe Harpacem. HA. Per ædem Pollucis ego sum ille Har-  
pax. BA. Immo per ædem Pollucis, vis esse. Hic est purus-putus sycophanta.  
HA. Ego tibi jam numerari pecuniam, et modo dedi symbolum tuo serro, atque  
epistolam obsignatam imagine heri, hic, ante limen, statim atque adveni. BA. Tu  
dedisti epistolam mea seruo? Cui seruo? HA. Syro. BA. Hic sycophanta non  
est audax; est imperitus sycophanta. Architectatur male nugas. Per ædem Pol-  
lucis hominem mastigiam Pseudolum! Ut excogitarit perite dolum! dedit huic  
tantum pecuniae quantum debuit miles, et vestem dedit homini, ut abduceret muli-  
erem. Nam ipse verus Harpax ad me attulit huc illam epistolam. HA. Ego ap-  
pellor Harpax: ego sun servus militis Macedonii: ego neque facio quicquam sub-  
dole, nec nequier: neque novi, neque scio quis sit ille Pseudulus. SI. Nimirum,*

\*\*\*\*\*

B. 1. est pseudulus B. 1.—100 Pseudole C. Pseudolole C. 2.—101 Pll. adduxisse.  
Max, illam prædam B. 1.—106 Meo tua epistulum C. et C. 2. dedistis Pll.—  
108 'Hi tres versus frustra videntur inculcari: cum sint supra, 63. 64. 65.  
Leguntur tamen in Pll. eoque furcillare non potui.' Pareus. Leguntur etiam  
in B. 1. et Ven. 1. Desunt in ed. Bipont.—113 C. sycophantiose.—114 Al.

**B.A.** Edepol næ istuc magis magisque metuo, cum verba audio. [frigefacit,

**S1.** Mihi quoque edepol jamdudum ille Syrus cor per Symbolum qui hoc accepit: mira sunt! Pseudolus est: echo

Tu! qua facie fuit, dudum, cui dedisti symbolum?

**H.A.** Rufus quidam, ventriosus, crassis suris, subniger, 120

Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo, admodum

Magnis pedibus. **S1.** perdidisti, postquam dixisti pedes.

Pseudolus fuit ipsus. **B.A.** actum est de me: jam morior, Simo. [redditur,

**H.A.** Hercle hand te sinam emoriri, nisi argentum mihi Viginti minæ. **S1.** atque etiam mihi aliæ viginti minæ. 125

**B.A.** Auferetur id præmium a me, quod promisi per jocum?

**S1.** De improbis viris auferri præmium et prædam decet.

**B.A.** Saltem Pseudolum mihi dedas. **S1.** Pseudolum ego dedam tibi?

Quid deliquit? dixin', ab eo tibi ut caveres, centies?

*leno, tu amisisti prorsus mulierem.* **B.A.** Per ædem Pollucis timeo illud magis magisque, quando audio verba. **S1.** Per ædem Pollucis ille Syrus, qui accepit hoc symbolum, jampridem mihi incutit timorem. Mirum est! Pseudolus est. Echo tu! quo vultu fuit is, cui mox dedisti symbolum? **H.A.** Quidam rufus, ventris distenti, crassis tibis, subniger, grandi capite, oculis acutis, ore rubicundo, pedibus admodum magnis. **S1.** Intelligo jam te perdidisse postquam pedes nostasti. Fuit Pseudolus ipse. **B.A.** Est actum de me: occido jam, Simo. **H.A.** Per Herculem non patiar te emori, nisi mihi restituantur viginti minæ argenti. **S1.** Et mihi quoque viginti aliaæ minæ. **B.A.** Accipietur a me hoc præmium, quod sum pollicitus per jocum? **S1.** Oportet auferri præmium et prædam ab hominibus nequam. **B.A.** Saltem permitte mihi Pseudolum. **S1.** Ego tibi perniciem Pseudolum? Quid peccavit? Monuine centies, ut tibi caveas ab eo? **B.A.** Me perdidit. **S1.** Quam



**ap.** Parenm quis sit, contra codd.—117 C. jandudum. Mox, B. 1. perfrigefecit.—118 mira sunt ni Pseudolus edd. antiq.—119 Tu qua facile C. facie fuit al. propter metum.—123 B. 1. fuit ipsus: actumst. B.A. idem etiam morior; C. actum st dem et jam Simo; C. 2. actum st idem morior Simo.—124 Hercule aut te C. et C. 2. Hercule autem te B. 1. sina moriri C.—129 Quid deliquid Pl. ab eo tibi nil habere sentiens C. ab eo tibi ut habere sentiens C. 2.—

#### NOTÆ

120 *Rufus*] Nescio quia adducti ratione nonnulli existimant, in hac Pseudoli pictura sese adumbrasse Plantum, nisi quod hujus dicuntur

magni pedes; Plautus autem videatur esse a πλατύς, latus, latisque fuisse pedibus; tum Umbri universi, tum Umber in primis Plantus dicatur.

**B.A.** Perdidit me. **S.I.** at me viginti modicis mulctavit minis. 130

**B.A.** Quid nunc faciam? **H.A.** si mihi argentum dederis, te suspendito.

**B.A.** Di te perdant! sequere sis me ergo hac ad forum, ut solvam. **H.A.** sequor. [bus.]

**B.A.** Hodie ego peregrinos absolvam, cras agam cum civi-  
Pseudolus mihi centuriata habuit capitis comitia,  
Qui illum ad me hodie allegavit, mulierem qui abduceret. 135  
Sequere tu: nunc ne expectetis, dum hac domum redeam via.

Ita res gesta est: angiporta hæc certum est consecutarier.

**H.A.** Si graderere tantum, quantum loquere, jam esses ad forum.

**B.A.** Certum 'st mihi emortualem facere ex natali die.

*mihi suffuratus est collide viginti minas. B.A. Quid agam nunc? H.A. Postquam mihi reddideris pecuniam, suspendito te. B.A. Dii te perdant! sequere me igitur, si vis, hac ad forum, ut solcam. H.A. Sequor. B.A. Ego dimittam hodie peregrinos, cras agam cum ciribus. Pseudolus qui ad me misit hodie illum, ut abduceret mulierem, cogit hodie centuriata in meum caput. Sequere tu. Jam ne expectetis dum repetam domum hac via. Res ita se habet: est deliberatum ire per hos angiportus. H.A. Si ambulares tantum quantum loqueris, jam pervenisses ad forum. B.A. Mihi constitutum est facere ex die natali hunc funestum.*

\*\*\*\*\*

130 Parei 3. viginti commodis, contra codd.—133 Quid ego peregrinam B. 1. C. C. 2. Ven. 1. cras agam cum vicibus B. 1.—136 Sequere te nunc expectetis Pll.—137 Ita res est: angiportum hoc B. 1.—138 Voc. tantum deest in B. 1. quantum deest in C. et C. 2. jam esse B. 1.—139 Certum est mihi hunc emortualem die simo B. 1.

#### NOTÆ

134 *Centuriata*] Significat Pseudo- li consilia omnibus artibus fuisse in- ad comitia centuriata, quæ erant om- nimm maxima: curiata enim et tri- structissima et callidissima. Alludit buta erant minora.

---

## ACTUS QUARTI SCENA OCTAVA.

SIMO.

BENE ego illum tetigi, bene autem servos inimicum suum.

**S.I.** Ego illum bene circumveni, sed servus bene ludificatus est suum inimicum.

#### NOTÆ

1 *Illum tetigi*] Id est, Ballionem lenonem.

Nunc mihi certum est, alio pacto Pseudolo insidias dare,  
 Quam in aliis comoediis fit, ubi cum stimulis aut flagris  
 Insidiantur : at ego jam inultus promam viginti minas,  
 Quas promisi, si effecisset : obviam ei ultro deferam. 5  
 Nimis illic mortal is doctus, nimis vorsutus, nimis malus.  
 Superavit Dolum Trojanum atque Ulyssem Pseudolus.  
 Nunc ibo intro, argentum promam : Pseudolo insidias dabo.

*Nunc mihi est decretum insidiari Pseudolo alia ratione, quam fieri solet in aliis fabulis, in quibus struunt insidias armati stimulis aut verberibus : sed ego depromam mox citra ultionem, viginti minas, quas spondidi si præstitusset : ci deferam ultro obriam. Ille homo nimis acutus, nimis callidus est, nimis nequam. Pseudolus vicit Dolonem Trojanum et Ulyssem. Nunc ingrediar ; depromam argentum ; insidiabor Pseudolo.*

---

3 Comædis C.—7 Super dolum Trojanum C. et C. 2. atque uiixem C. atque vixisse C. 2. Pseudolum Pil.

## NOTÆ

7 *Dolum*] Id est, *Dolonem*; quod sic accipiendum est, ut per *Dolonem* Ballio intelligatur, per *Ulyssem* Simo: quemadmodum enim *Dolon* specula-

tor, in castra Græcorum missus, ab Ulysse, qui et ipse speculatum venereat, interfactus est; sic et Ballio a Simone tactus, et fraudatus.

## ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

## PSEUDOLUS.

QUID hoc? siccine hoc sit? pedes, statin' an non?  
 An id voltis, ut me hic jacentem aliquis tollat?  
 Nam hercle si cecidero, vostrum erit flagitium.  
 Pergitin' pergere? ah, saeviendum mihi  
 Hodie est: magnum hoc vitium vino est, 5  
 Pedes captat primum: luctator dolosu'st.

Ps. *Quid est hoc? siccine agendum?* *Sustinetne me mei pedes an non?* *Optatne ut aliquis me erigit hic prostratum?* *Nam si lapsus fuerit, erit vestra culpa.* *Prosequimini ne prosequi viam?* *Ah, est mihi animadvertendum hodie!* *Hæc est magna culpa vini.* *Occupat primum pedes.* *Est luctator fraudulentus.*

---

1 *Quod hoc* C.—2 Pil. *hinc tacitum.*—4 Edd. quædam vett. ah, sedendum;

## NOTÆ

4 *Ah, saeviendum est]* Videlicet in pedes quod suo officio male fungantur.

Profecto edepol ego nunc probe abeo madulsa :  
 Ita victu excurato, ita munditiis digne, ah !  
 Itaque in loco festivo sumus festive accepti.  
 Quid opus, me multas agere ambages ? hoc 10  
 Est homini, quamobrem vitam amet : hic omnes  
 Voluptates ; in hoc omnes venustates sunt :  
 Deis proxumum esse arbitror : nam ubi amans complexu'st  
 Amantem, ubi labra ad labella adjungit,  
 Ubi alter alterum bilingui manifesto 15  
 Inter se prehendunt ; ubi mamma manicula  
 Opprimitur alia ; aut, si lubet, corpora  
 Conduplicant : manu candida cantharum dulciferum  
 Propinare amicissumam amicitiam : neque ibi esse alium  
 alii  
**Odio, ibi nec molestum, nec sermonibus morologis uti:** 20  
**Unguenta, atque odores, lemniscos, corollas dari dapsiles.**  
 Non enim parcipromi victu cetero, ne quis me roget.

Certe ego sum egregie madidus, cibis adeo accuratis, lautitiis adeo exquisitis. Ah ! adeo sumus invitati lepide in loco tepido. Quid est opus uti ambagibus verborum ? Homo habet id quapropter amet vitam. Hic universæ voluptates confluunt hue ; universe venustates resident hic. Rerum hanc vitam esse proximam vitæ Deorum. \* \* \* libant manu sincera poculum dulcissimum amoris conjunctissimi : nec est ibi qui sit odio alteri, nec molestiae, nec qui natum oratione accommodata ad mores severiores : sed dantur unguenta, odores, coronæ, corollæ innumerae. Non enim dantur parca manu, que ad reliquum victimum pertinent ;



al. ap. Parenū, rāh, seruendum.—5 C. hoc vicium.—7 B. 1. probe mulsavi ; Pll. habeo madulsa.—8 B. 1. C. 2. ita magnis mundiciis digni ; C. etiam digni ; Pont. ita mundiciis dignati : Itaque, &c.—13 B. 1. num ubi m. complexus est.—14 C. et C. 2. ad labra labella.—15 Ubi altera alterum C. bilingues al. ap. Parenū.—16 Interprehendunt ubi manu mamilla B. 1.—17 C. allant si lubet ; C. 2. alant si lubet ; B. 1. ac tum si lubet.—18 Pll. canpharum.—19 Pll. micissumam amicitiam ; al. ap. Parenū, suavissima amicitia. Mox C. et C. 2. alium alio.—20 Al. ap. Parenū, molestis sermonibus nec, contra codd.—21 C. 2. lenticos.

## NOTÆ

6 *Pedes capital*] Virgilius de uva : ‘ Tentatura pedes olim, vincturaque linguam.’

7 *Ab eo madulsa*] Festus, ‘ Madulsa, id est, ebrius, a Græco μαδᾶν ductum, vel quia sit madidus vino.’

18 *Manu candida*] Sententia est : Eum Diis esse proximum judico, qui ibi est, ubi cantharus dulcifer candi-

da manu propinat amicissimam salutem.

21 *Lumniscos*] Festus, ‘ Lumnisci sunt fasciolæ purpureæ dependentes ex coronis. Solebant enim veteres coronas fasciis lanceis ex purpura alligatas donare.’

22 *Parcipromi*] Parci in promendo.

Hoc ego modo, atque herus minor hanc diem sumsimus  
prothyme, [fugatis:  
Postquam opus meum, ut volui, omne perpetravi, hostibus  
Illos accubantis, potantis, amantis, cum scortis 25  
Reliqui, et meum scortum ibidem, cordi atque animo suo  
Obsequentes: sed postquam exsurrexi, orant med, uti  
saltem. [ciplina; quippe ego  
Ad hunc me modum intuli, ut illis satisfacerem ex dis-  
Qui probe Ionica perdidici: sed palliolatim amictus  
Sic hac incessi ludibundus: plaudunt partim: clamitant  
me, ut revortar. 30  
Occipi denuo hoc modo volvi: idem amicæ dabam me  
meæ, [ludo.  
Ut me amaret; ubi circumvortor, cado: id fuit nænia  
Itaque dum enitor, pax! jam pæne inquinavi pallium:  
nimiaæ tum [commuto  
Voluptati edepol fui ob casum: datur cantharus; bibi:  
ne quis me interroget. *Meus herus minor et ego duximus hunc diem hoc pacto  
alacriter, postquam obiri omne meum manus ut volui, hostibus profligatis: illos  
reliqui accubantes, potantes, amantes, obtemperantes suæ libidini cum scortis, et  
meum scortum ibidem. Verum postquam experrexi, me rogant, ut saltem. Me  
intuli hoc modo, ut obsequerer eorum mandatis; nam ego optime didici saltationem  
Ionicam. Verum prodii hac tectus pallio saltabundus. Applaudunt illi: me re-  
vocant ut revertar. Saltavi rursus, sed nolui saltare ad hos modos. Idem feci in  
gratiam amicæ, ut me amaret: quando gyro, corruso: hic casus ludum mutarit in  
næniū. Itaque dum enitor, absit dicto incridia! inquinari propemodum pallium.  
Per adem Pollucis fui tunc nimio oblectamento propter lapsum. Datur cantharus;*

---

*Al. corollis.—22 Pll. parecpromi.—23 Idem eodd. pothyme.—27 Opsequentes C.  
orant me id ut Pll. orant me hi ut B. 1.—28 Pll. intulit: B. 1. intuli illis satis  
favece minime ex d. quini ego.—29 Qui probum lenonem capere didici sed palliotat-  
um B. 1. palliotatum C. et C. 2. palliolatus al. ap. Parenin.—30 Si incessi,  
omisso τῷ hac, B. 1. et C. 2. Sic hæc incessi C. Sic huc incessi al. ap. Parenin.  
—31 Pll. nolui: idem; B. 1. nolui: id est.—32 C. et C. 2. tibi circumvortor;  
Goliwm. ubi circumvortor. Mox, B. 1. nempe ludo; Pll. nenia ludo.—33 C. dum  
emitor prox.; C. 2. prax. B. 1. pallium temeto.—34 B. 1. cantharus vini.—*

## NOTÆ

23 *Prothyme*] Προθύμως, benigne, promote, alacriter.

29 *Palliotatum*] Mixtum est genns vestis ‘tunica palliolata,’ quæ et formam et usum præstat et tuniceæ et pallii: nos dicemus, *Un juste-au-corps, casaque.* Casanbonus ‘mantilla cubicularia’ vocat.

32 *Id fuit nænia ludo*] Is casus canthus et carminis vicem tenuit. Nænia est ab antiquo ‘nina,’ quod significat nutricem: et nænia sunt proprie verba illa dimidiata, quibus obblandinur infantilis.

33 *Pax*] Nihil amplius.

**Illico pallium, illud posivi: unde huc exii, crapulam dum  
amoverem.**

35

**Nunc ab ero ad herum meum majorem venio, foedus com-  
memoratum.**

**Aperite, aperite! heus! Simoni me adesse, quis nuntiate.**

*bibi. Statim commuto pallium; hoc circumposui: prodii huc, dum discusserim  
crapulam. Nunc venio ab ero ad meum herum majorem, nuntiatum de pignore.  
Patefacite, patefacite! Heus! quis nuntiabit Simoni, me adesse hic?*

-----

—35 B. 1. *illud posui inde*; C. 2. *posui*; C. *posivi*. Mox, Pll. *exi*, C. et C. 2.  
*grapulam*.—36 *Nunc ab ero* Pll. *Nunc ab eo* C. a m. sec. *Nunc ab hera* al. ap.  
*Pareum.*

#### NOTÆ

36 *Fædus*] Id est, stipulatio. ‘Com- nefacere,’ in memoriam revocare.  
memorare’ valet idem ac ‘commo-

### ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

SIMO, PSEUDOLUS, BALLIO.

**Si.** Vox viri pessimi me exciet foras: sed quid hoc? quo modo? quid tu? video ego?

**Ps.** Cum corona ebrium Pseudolum tuum. **Si.** libere<sup>o</sup> hercle quidem: sed vide statum!

Num mea gratia pertimescit? magis cogito, sœviter blanditerne alloquar.

Sed hoc me vetat vim facere nunc, quod fero, si qua in hoc spes sita'st mihi.

**Si.** Vox scelestissimi hominis me evocat foras. Sed quid est hoc? Quomodo? Quid intueror? **Ps.** Tuum Pseudolum, temulentum cum corona. **Si.** Per Herculem, hoc audacter. Sed aspice stantem hominem! Num reveretur mea causa? Hoc magis mecum deliberandum est, utrum serere an blande alloquar. Sed id me prohibet nunc afferre vim, nempe quod spes, quæ mihi superest, recuperandæ pe-

-----

1 Pll. *pessimi ne exciet*. Al. ap. Pareum, *quid videa*.—3 *Non meam graciam*  
**B. 1.** *pertimescit* C. et C. 2. Mox, iidenti codd. *blanditerne*.—4 *Sed hoc me votat*

#### NOTÆ

1 *Quid tu*] Verba sunt Simonis ex Pseudolus.

improviso Pseudolum ebrium con- 2 *Cum corona*] Non licebat servis  
spicientis. *Video ego?* est oratio im- imponere coronam capiti.  
perfecta, quam perficit ebrius ipse

- Ps.** Vir malus viro optumo obviam it. **S1.** Di te ament,  
Pseudole : phui ! in malam crucem. 5  
**Ps.** Cur ergo me afflitor ? **S1.** quid tu, malum, ergo in os  
mihi ebrius irruetas ?  
**Ps.** Molliter siste nunc me, cave ne cadam : non vides  
me, ut madide madeam ?  
**S1.** Quæ ista hæc audacia est, te sic interdius cum co-  
rolla ebrium incedere ? **Ps.** lubet.  
**S1.** Quid lubet ? pergin' ructare in os mihi ? **Ps.** suavis  
ructus mihi est : sic sine modo.  
**S1.** Credo equidem potesse te, scelus, Massici montis  
uberrimos quattuor 10  
Fructus ehibere in hora una. **Ps.** hyberna, addito. **S1.**  
haud male mones :  
Sed dic tamen, unde onustam celocem agere te prædicem ?  
**Ps.** cum tuo filio  
Perpotavi modo : sed, Simo, ut probe tactus Ballio est !  
quæ tibi dixi, ut [mulier hæc  
Effecta reddidi ! **S1.** derides ? pessumus homo est. **Ps.**  
Feci cum tuo filio libera accubet. **S1.** omnia, ut quicque  
egisti ordine, 15

cunia, est sita in eo. **Ps.** Malus homo occurrit optimo viro. **S1.** Dii te ament,  
Pseudole. Phu ! in malam crucem. **Ps.** Quare corrue ? **S1.** Quare igitur tem-  
tulentus, malum ! mihi irruetas in os ? **Ps.** Leniter : tene me nunc ; vide ne  
corruam. Nonne animadcertis quemadmodum madeam madidus ? **S1.** Quæ teme-  
ritas est hæc, te versari sic interdiu cum corona vinolentum ? **Ps.** Placet. **S1.**  
Quid, placet ? Pergisne mihi ructare in os ? **Ps.** Ructus mihi est jucundus.  
Patere me sic ructare. **S1.** Equidem arbitror, scelesti, te posse ehibere, in una  
hora, quatuor fructus uberrimos montis Massici. **Ps.** Adde, una hora hyberna.  
**S1.** Non mones male : verum dic mihi unde reducis celocem adeo saburratam ?  
**Ps.** Perpotavi modo cum tuo nato. Sed, Simo, ut Ballio est egregie fraudatus !  
Quam feliciter perfeci ea, quæ tibi dixi ! **S1.** Me ludificaris ? Est homo nequis-  
simus. **Ps.** Asseculus sum, ut Phænicium manumissa accubet cum tuo nato.

Pll.—5 *Phui ! in malum* ; B. 1. *sed i in malam*. C. *crecem*.—6 *Cur egome*  
C. 2. *unde Parens, Cur egomet*. B. 1. *afflitor* ; Donz. *me afflictas*.—7 *Molliter*  
*siste ne me care* Pll. *non viden . . . madidus adeam* B. 1.—8 *Quæ istæ audacia*  
*est* B. 1.—9 *Gulielm. et Bipont. sic sine : i modo*.—10 *Pll. potasse*.—11 C. 2.  
*sed dic tamen*. **Ps.** *hau male mones*.—12 C. et C. 2. *unde honestam*.—13 *Simo,*  
*probe al. ap. Pareum*.—14 *Gulielm. pessum is homo it*.—15 *Fecit c. t. libera*

## NOTÆ

5 *Phui*] Est putorem aliquem aver- 12 *Celocem*] Per celocem intelligit  
santis interjectio. ventrem vino ciboque distentum. ‘Ce-

Scio. Ps. quid ergo dubitas dare mihi argentum? Si.  
jus petis, fateor.

Tene. Ps. at negabas daturum esse te mihi, tamen das:  
onera hunc hominem, atque me

Consequere hac. Si. ego istum onerem? Ps. onerabis,  
scio. Si. quid ego huic homini faciam?

Satin' ultro et argentum aufert, et me irridet? Ps. vœ  
victis! vorte ergo humerum.

Hem! Ba. hoc ego nunquam ratus sum fore, me ut tibi  
fierem supplex. 20

Heu heu heu! Ps. desine. Ba. doleo. Ps. ni doleres  
tu, ego dolerem.

Ba. Quid hoc? auferrene, Pseudole, abs tuo hero? Ps.  
lubentissimo corde atque animo.

Ba. Non audes, quæso, aliquam partem mihi gratiam fa-  
cere hinc argenti?

Ps. Novi, me dices avidum esse: nam hinc nunquam eris  
nummo divitior. 24

Si. Teneo ordine sicut perfecisti universa. Ps. Quid igitur cunctaris mihi nume-  
rare argentum? Si. Petis quod æquum est; fateor: accipe. Ps. Sed negabas  
te mihi esse daturum, tamen das. Onera hunc, et consequere hac. Si. Ego one-  
rem istum? Ps. Onerabis, scio. Si. Quid faciam ego huic homini? Et aufert  
laetus argentum, et me ludificatur? Ps. Vœ victis! Verte igitur humerum.  
Hem! Ba. Nunquam ego arbitratus sum me futurum esse tibi supplicem. Heu,  
heu, heu! Ps. Desine. Ba. Doleo. Ps. Nisi tu doleres, ego dolerem. Ba.  
Quid Pseudole? Oportetne te auferre hanc pecuniam a tuo hero? Ps. Mente  
atque alacritate summa. Ba. Obsecro, non vis mihi dare aliquam partem pecuniae?  
Ps. Novi, dices me esse avarum; nam nunquam eris locupletior uno nummo ex

\*\*\*\*\*

accubat Pl. ut quique C. et C. 2.—17 Pronomen me deest in edd. quibusdam  
vett.—18 Consequere. Si. at ego B. 1. honorem C.—19 Statim ultro C. C. 2. B.  
1. Ven. 1. vœ mihi B. 1.—21 Tertium heu deest in B. 1.—22 B. 1. auferre uno;  
Pist. auferrene Pseudole; Pl. auferre non Pseudole aps tuo.—23 C. graciam fa-  
cere hic.—24 Non me dicis avidum esse hominem B. 1. C. 2. Nom me deices avi-

#### NOTÆ

lox' est navigii genus.

19 Vœ victis] Roma a Senonibus  
Gallis capta, aurum ex conventione  
et pacto appendebatur, ut abirent:  
quod ini quis ponderibus exigi a bar-  
baris cum conquereretur Appius Clau-  
dius, Brennus rex Gallorum ad pon-  
dera adjecit gladium, et dixit, vœ

victis. Idem dicit Pseudolus Bal-  
lionis.

Vorte humerum] Verba sunt Pseu-  
doli cum actione conjuncta, qua vi-  
delicet aversantem conspectum Pseu-  
doli victoris victimi Ballionem, ver-  
tere vultum cogit, et voce et manu.

Neque te mei tergi misereret, si hoc non hodie effecissem.

**B.A.** Erit, ubi te ueliscar, si vivo. **Ps.** quid minitare ?  
habeo tergum.

**B.A.** Age sane. **Ps.** igitur redi. **B.A.** quid redeam ? **Ps.**  
redi modo, non eris deceptus.

**B.A.** Redeo. **Ps.** simul mecum potatum. **B.A.** egone eam ?  
**Ps.** fac quod te jubeo.

**Si** is, aut dimidium, aut plus etiam faxo hinc feres. **B.A.**  
eo ; duc me, quo vis. **Ps.** quid nunc ?

Numquid iratus es aut mihi, aut filio, propter has res,  
Simo ? **Si.** nihil profecto. 30

**Ps.** I hac. **B.A.** te sequor : quin vocas spectatores simul ?  
**Ps.** hercle me isti [applaudere]

Haud solent vocare, neque ergo ego istos : verum si voltis

Atque approbare hunc gregem et Fabulam, in crustinum  
vos vocabo.

*hac pecunia. Neque te misereret mei tergi, si non perfecissem hoc hodie. B.A. Erit in quo de te sumam ultionem, si vivo. Ps. Quid minitari? Habeo tergum. B.A. Age sane! Ps. Revertere ergo. B.A. Quid revertar? Ps. Revertere modo, non eris fraudatus. B.A. Revertor. Ps. Potatum una mecum. B.A. Ibone ego? Ps. Fac quod tibi mando. Si is, efficiam, feres hinc, aut dimidium, aut etiam plus. B.A. Duc me quo libuerit. Ps. Quid jam Simo? Numquid es iratus, aut mihi, aut nato propter has res? Si. Nihil profecto. Ps. I hac. B.A. Te sequor. Quin vocas spectatores simul? Ps. Per Hereulem illi haud solent me invitare, neque ego illos: sed si placet plausum dare, atque approbare hunc gregem et Fabulam, eos invitabo in crustinum.*

---

*dum nam hinc C.—25 PII. hodie et fecissem.—26 C. sei vivo.—27 C. 2. igitur reddi, C. et C. 2. quid reddam.—28 Parei 3. i simul, contra codd. te lubeo C.—29 Idem codex, aut prius utiam.*

11. 4

M. ACCII PLAUTI  
PŒNULUS.

---

---

DRAMATIS PERSONÆ.

**AGORASTOCLES**, *Adolescens.*

**MILPHIO**, *Servus.*

**ADELPHASIUM**, } *Meretrices.*  
**ANTERASTILIS**, }  
}

**LYCUS**, *Leno.*

**ANTHEMONIDES**, *Miles.*

**ADVOCATI.**

**COLLYBISCUS**, *Villicus.*

**SYNCERASTUS**, *Servus.*

**HANNO**, *Pœnus.*

**GIDDENEME**, *Nutrix.*

**PUER.**

---

ARGUMENTUM, UT QUIBUSDAM VIDETUR, PRISCIANI.

*Puer septuennis surripitur Carthagine.*

*Osor mulierum adoptat hunc emtum senex,*

*Et facit hæredem: ejus pueri cognatae duæ,*

*Puer annis septem natus furto auferitur Carthagine. Senex qui oderat mulieres, eum emit et adoptat, scribitque hæredem. Hic puer habebat cognatas duas, quæ*

\*\*\*\*\*

2 B. 1. C. C. 2. et Ven. 1. *emptum adoptat hunc.*—3 Voc. pueri deest in B. 1.

NOTÆ

1 *Puer septueunis*] Agorastocles Ia-      2 *Senex*] Anthidamas hospes Han-  
chonus filius et Ampsignæ. Iachon nonis.

frater Hannonis.      3 *Cognatae duæ*] Anterastilis et

*Nutrixque earum raptæ: mercatur Lycus,  
Vexatque amantem: at ille cum anno villicum  
Lenoni obtrndit: ita eum furto alligat.  
Venit Hanno Pœnus, gnatum hunc fratris reperit,  
Suisqne agnoscit, quas perdiderat, filias.*

5

*surripiuntur cum sua nutrice. Eas emit Lycus, et male habet amantem. Sed hic summittit villicum ad lenonem cum auro: sic hunc reum facit furti. Advenit Hanno Pœnus; invenit hunc esse filium fratris, et agnoscit filias quas perdiderat.*

-----

Pll. et Ven. 1.—4 C. et C. 2. *mercatus*.—5 Pll. *villicum*.—7 C. *repperis*.

#### NOTÆ

Adelphasium filiae Hannonis, cognatae Agorastoclis, utpote filii Iachonis.

4 *Nutrixque earum*] Giddeneume, quæ rapta fuerat eum alumnis duabus Anterastili et Adelphasio.

5 *Vexatque amantem*] Lycus leno, qui mercatus est duas virginis, Anterastilem et Adelphasium, cognito Agorastoclis in Adelphasium amore, torquet amantem negata amica, ut

plus accedat ab adolescente quæstus.

*Villicum*] Collybiscum. Nimirum prohibitum erat alienum servum apud se retinere. Collybiscens, missus ab Agorastocle, pergit ad lenonem, non servi, sed liberi veste. Recipitur hospitio ab lenone. Repetit Agorastocles. Negat Lycus esse apud se servum Agorastoclis. Fit reus furti.

#### ALIUD ARGUMENTUM CAMERARII.

A PŒNO Pœnulus est forma diminutionis. *Pœnus* autem φοῖνιξ. In Prologo et ‘Patrūns’ mémoratur: nam Pœnus ille qui introducitur, patrūns est adolescentis, cuius sunt primæ partes in Fabula: res autem exposita, talis est: Quidam adolescens Carthaginiensis furtim surreptus, avehitur Calydonia in Ætoliam, et ibi venditur seni civi: hic adoptavit illum, et moriens reliquit hæredem. Aniabat adolescens puellam popularem et cognatam; patrui enim ea filia erat, quod ipse nesciebat: nam prædones ruri deprehensas duas parvulas filias hujus, una cum nutrice abductas lenoni Calydonio vendiderant in Anactorio, quod nomen loci et oppidi fuit in Acarnania. Cum nihil a qui adolescens a lenone de suis amoribus impetrare posset, usus servi sui consilio, insidias fecit lenoni, ut ille furti manifesti condemnaretur. Interea indicium fit, pnellas esse Carthaginenses ingennas: et pater illarum, qui ubique gentium ipsas quærebat, advenit, et eas agnoscit: et majorem natu nuptum dat fratris filio.

## PROLOGUS.\*

**ACHILLEM** Aristarchi mihi commentari lubet:  
**Inde** mihi principium capiam ex ea Tragoedia.  
**Sileteque et tacete,** atque animum advortite  
**Audire** jubet vos imperator histricus;  
**Bonoque** ut animo sedeant in subselliis, 5  
**Et qui esurientes,** et qui satri venerint.  
**Qui edistis,** multo fecistis sapientius:  
**Qui non edistis,** satri fite fabulis.  
**Nam cui paratum** 'st quod edit, nostra gratia,  
**Nimia est stultitia,** sessum impransum incedere. 10  
**Exsurge præco,** fac populo audientiam.

*Volo imitari Achillem Aristarchi: sumam initium ex ea Tragœdia. Comprimitate linguam; ne loquamini, atque attendite. Dux histrionum mandat vobis, ut aures præbeat; et ut, tam iū qui sunt impransi, quam qui pransi, considerant quieto animo in sedibus: vos qui cibum cepistis, egistis longe prudenter aliius; vos qui non edistis, puscite vos haec fabula. Certe est nimia amentia, eum, qui habet domi quod manducet, accedere hue incœnatum, et sedere nostræ fabulæ causa. Consiste*

\* Quidam hunc Prologum Pseudo-Planti alienus esse existimant: Plautinum tamen. Extat autem in utroque cod. Pl. Pareus. Extat etiam in B. I. et Ven. I.—1 Mur. et Bipont. mihi imitari lubet.—2 Al. ex Tragœdia, versus causa.—5 Pl. sedate in subselliis.—6 Et esurientes, omisso τῷ qui, B. I.

## NOTÆ

1 *Achillem Aristarchi]* Aristarchus poëta tragicus, æqualis Euripidis, tragediam Achillem scripsit annis ferme ante Plautum ducentis quinquaginta. Quam tragœdiam Eunus vertit Latine, teste Festo. Æschylus ejusdem noninis scripsit tragœdiam. Sunt qui putent Achillem Aristarchi dici, non quod scripserit Aristarchus, sed quod scriptam ab alio poëta fabulam emendarit Aristarchus. Sed alius fuit Aristarchus criticus nobilis emendatione operum Homericorum, alius poëta tragicus. Neque alienum a fide fuerit ab Aristacho poëta scriptam fabulam, et ab Aristacho critico fuisse emendatam.

Commentarii] Alii legunt imitari.

2 *Principium capiam]* In quo imitatur Aristarchum in suo Achille ipse hoc versu innuit; nempe in petenda attentione spectatorum. Quousque autem imitetur nemo dixerit, nisi qui Achillem ipsam Aristarchi viderit.

3 *Silete et tacete]* Σιγῆς et σιωπῆς, verba erant faciendæ in fabulis audiendiæ consecrata. Quid vero intersit inter silere et tacere, σιγῆς et σιωπῆς, non video, nisi in elementis.

4 *Jubet]* Hoc verbo uitit et ludit, quia chorago nomen 'imperatoris' tribuit in eodem versu. Porro *jubet* non est semper imperantis, sed interdum et optantis et rogantis. Sic passim invenias servum 'salvere jubentem' dominum suum.

Jamdudum expecto, si tuum officium scias.  
 Exerce vocem, quam per vivis et colis :  
 Nam nisi clamabis, tacitum te obrepet fames.  
 Age nunc reside, duplicem ut mercedem feras. 15  
 Bonum factum 'st ! edicta ut servetis mea.  
 Scortum exoletum ne quis in proscenio  
 Sedeat, neu lictor verbum, aut virgæ muttiant,  
 Neu dissignator præter os obambulet,

*præco, impera populo, ut attente andiat. Jam pridem opperior, ut videam utrum teneas tuas partes. Exerce vocem, qua victimum et vestitum quæris : nam nisi rocerferis, fames te occupabit silentem. Age nunc sede, ut accipias geminam mercedem. Est aequaliter ut pareatis meis decretis. Ne quod scortum turpe sedem occupet in proscenio, neve lictor, aut virgæ audiuntur, neve aliquis assignator locorum ob-*

*Et qui esuplentes Pll.—7 Qui edisti C.—10 C. 2. stultia.—13 Pll. pervivisque et colis.—14 Num C. statim te B. 1.—16 B. 1. C. et C. 2. factum esse.—18 Pll. nive lictor. Mox, edd. quædam vett. muttiant.—19 C. 2. designator. Mox, al. ap.*

## NOTÆ

13 *Quam per vivis et colis]* Id est, per quam victimum et vestitum, culsumque corporis paras.

15 *Duplicem mercedem]* Hic movet risum spectatoribus histrio qui proloquitur ; quia præconum genus sic venalem habet linguam et vocem, ut nec gratis clamet, nec sine mercede taceat.

16 *Bonum factum]* Formula solennis, edictis publicis præfigi solita, boni omnis causa. Quasi dicas, 'quod felix fanustumque sit.' Neque id sine joco usurpat, transfertque a foro, in quo gravia omnia, ad scenam comitam, in qua gravitati locus nullus, nisi ut et ipsa risum moveat.

Edicta ut servetis mea] Quæ deinceps sequuntur edictorum formam quandam per jocum præferunt : idcirco usus est his verbis, *bonum factum*.

17 *Ne quis]* Primum est edictorum scenicorum, ' Ne quod scortum exoletum sedeat spectator.' *Exoletum scortum* est scortum vetus, et ætate confectum, atque adeo, quod amari

desiit. *Exoletum* autem est ab 'oleo,' quod est proprie odorem mittere. *Exoletum* igitur est, quasi quod odo rem vetustate amisit, qualis est passus flos. *Scortum* autem *exoletum* est id in quo flos ætatis et juventutis non est amplius ; immo in quo est teter odor, qui hoc genus comitari solet. *Scorta* exoleta erant, et ludibrio et odio et contemtui.

In proscenio] 'Proscenium' est pars illa theatri, in qua sedent omnis generis spectatores.

18 *Lictor]* Est secundum edictum scenicum ne lictores, qui ferme sibi omnia licere putant, propter anctoritatem eorum quos antecedunt, audiunt in proscenio, et turbas faciant.

*Virgæ]* Id est, fasces lictorum, magistratibus præferri soliti.

19 *Dissignator]* *Dissignator* idem est qui Martiali 'locarius.' Sunt tamen qui 'dissignatorem' hoc differre a 'locario' putent; quod illius fuerit loca assignare honoratioribus, hujus, minus honoratis.

|  |    |
|--|----|
| Neu sessum ducat, dum histrio in scena siet.     | 20 |
| Diu qui domi otiosi dormierunt, decet            |    |
| Animo æquo nunc stent; vel dormire temperent.    |    |
| Servi ne obsideant, liberis ut sit locus,        |    |
| Vel æs pro capite dent: si id facere non queunt, |    |
| Domum abeant, vitent ancipiti infortunio:        | 25 |
| Ne et hic varientur virgis, et loris domi,       |    |
| Si minus curassint, cum veniant heri domum.      |    |
| Nutrices, pueros infantes minutulos              |    |
| Domi ut procurent, neu quæ spectatum afferant,   |    |
| Ne et ipsæ sitiant, et pueri pereant fame:       | 30 |
| Neve esurientes hic quasi hædi obvagiant.        |    |
| Matronæ tacitæ spectent, tacitæ rideant,         |    |
| Canora hic voce sua tinnire temperent.           |    |
| Domum sermones fabulandi conferant,              |    |
| Ne et hic viris sint et domi molestiæ.           | 35 |
| Quodque ad ludorum curatores attinet,            |    |
| Ne palma detur quoiquam artifici injuria,        |    |
| Neve ambitionis causa extrudant foras,           |    |

*versetur oculis, neve ducat advenientes in suas sedes, interea dum actor erit in scena. Oportet eos qui dormierunt diu domi otiosi, stent nunc æquo animo, rel ut ahstineant somno. Ne serri occupent subsellia, ut sit sedes liberis, rel numerent pecuniam pro loco. Si nequeunt agere id, abeant domum, fugiant infortunium quod utrimque innuinet; ne proscindantur et hic flagris, et domi loris, si spreverint nostrum edictum, quando in aedes heri venerint. Ut nutrices eurent domi pueros infantes, nec eos apportent ad spectandum, ne et ipsæ sitiant, et pueri intercant fame; et ne esurientes occlament hic, velut hædi. Matronæ cernant, sunnisse rideant, careant ne succlament sua voce acuta. Referant domum gariendi libidinem, ne sint importunæ viris et hic et domi. Et quod spectat ad eos qui curant fabulas, ne defecratur palma ulli artifici injuste, neve exturbentur foras propter ambitionem, qua pe-*

Parenm, præteriens obambulet.—20 *Ne sessum* al. ap. Parenm; *Ne lessum* al. ibid.—22 Edd. quædam vett. et dormire.—27 Pll. curasint. B. 1. tum reveniant domum; Pll. eri reniant domum.—28 Edd. quædam vett. anniculos.—29 Ald. neve spectatum; Pll. neque spectatum.—30 C. et p. pertant; al. et p. periteut.—31 B. 1. hic quasi edi; Pll. hic quasi aedi; Gronov. hic quasi hodie.—32 C. rediant; C. 2. redeant.—33 Panora B. 1. Onara C. Lanora C. 2. voce scaturire

## NOTÆ

21 *Æs pro capite*] Quod pro loco pendebatur appellabatur a Græcis ‘opterium,’ id est, pretium pro spectaculo pendi solitum. A Latinis ‘locarium,’ id est, pretium loci, quem occupabant in proscenio.

26 *Varientur*] Id est, lacerentur. Variantur autem virgis, quorum est cutis aut vibicibus livida, aut sanguine rubra.

38 *Ambitionis causa*] Ad derivandum præmium iu histriones minnus

Quo deteriores anteponantur bonis.  
 Et hoc quoque etiam, quod pæne oblitus fui, 40  
 Dum ludi fiunt, in popinam, pedisequi,  
 Irruptionem facite; nunc dum occasio est,  
 Nunc dum scribilitæ aestuant, occurrite.  
 Hæc imperata quæ sunt pro imperio histrico,  
 Bonum hercle factum, pro se quisque ut meminerit. 45  
 Ad argumentum nunc vicissatim volo  
 Remigrare, æque ut mecum sitis ignarures.  
 Ejus nunc regiones, limites, confinia  
 Determinabo: ei rei ego sum factus finitor.  
 Sed nisi molestum est, nomen dare vobis volo 50  
 Comœdia; sin odio est, dicam tamen:  
 Siquidem licebit per illos, quibus est in manu.  
 Carchedonius vocatur hæc Comœdia,  
 Latine Plautus Patruus Pultiphagonides

*jores anteferuntur melioribus. Id etiam edico ut, quod ferme fui oblitus, irrumpatis in cauponam, servi a pedibus: nunc interea dum occasio sese offert, dum placentæ calent, impetum facile. Bonum factum ut quisque recordetur ea quæ sunt denunciata pro auctoritate histriónica. Jam revertor ad argumentum fabulæ, ut sitis perinde ignari, atque ego. Definiā jam ejus plagas, terminos, confinia: ego constitutus sum iam mensor ejus rei. Nisi est gravis vobis, notabo nomen fabulæ; sin est invisum, tamen præferam: nimurum, illi, in quorum potestate hoc situm est, concedent. Hæc Fabula appellatur Carchedonius; Latine dicitur a Plauto Patruus*

B. 1.—36 *Quodque ludorum* C.—38 B. 1. *extrudatur*.—39 B. 1. *apponant*.—41 B. 1. *in popina*.—43 C. 2. *scriptitæ*; al. ap. *Pareum*, *stribilitæ*; al. ap. *Gronov.* *scribilitæ*; al. *stribilitæ*. Mox, *accurrите* edd. quædam vett.—44 *Hæc quæ imperata* Pll. et B. 1.—45 B. 1. *quisque meminerit*.—47 *Remigare eque ut* C. *ut eque* B. 1. *gnarures* al. ap. *Pareum*; *gnari rei* al. ibid.—49 *Verbum sum deest* in C. *ei rei finitor factus sum* ego Bipont. *finitor ego factus sum* al. ap. *Pareum*.—50 B. 1. *molestumst commendare*.—51 *Comœdiū tu odio est* B. 1. *Comœdias* al. ap. *Pareum*. *odio sit* al. ibid.—54 *Latine Platus* Pll. *Plauti Pa-*

## NOTÆ

bonos. De hac ambitione alibi.

43 *Scribilitæ aestuant*] ‘Scribilita’ et ‘scribilita’ genus placenta. Aliis ‘stribilitam’ et ‘stribilitam’ appellant: ‘scriblita’ autem dueta videtur a ‘scribo;’ forsitan, quia qui coquunt, quasi scribunt dum igui imponunt ferro subjecto, aut quia non nihil in ferro, in quo coquebatur, inscriptum erat, et scriblitæ imprimebatur.

47 *Ignarures*] Id est, ignari. Hoc autem dicit ad captandum risum. Neque enim dicebat id ut spectatores essent ‘ignari,’ sed ut essent ‘gnari.’

49 *Finitor*] Nonius, ‘Finitores olim erant qui nunc agri meusores et agri metatores.’ Quos nunc appellanmus arpenteurs.

|  |    |
|--|----|
| Nomen jam habetis; nunc rationes ceteras         | 55 |
| Accipite: nam argumentum hoc hic censebitur.     |    |
| Locus argumento 'st suum sibi proscenium.        |    |
| Vos juratores estis: quæso, operam date.         |    |
| Carthaginenses fratres patruelles duo            |    |
| Fuere, summo genere et summis divitiis:          | 60 |
| Eorum alter vivit, alter est emortuus.           |    |
| Propterea apud vos dico confidentius,            |    |
| Quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat. |    |
| Sed illi seni, qui mortuus est, filius,          |    |
| Unicus qui fuerat, abditivus a patre,            | 65 |
| Puer septuennis surripitur Carthagine,           |    |
| Sexennio prius quidem, quam moritur pater.       |    |
| Quoniam periisse sibi videt gnatum unicum,       |    |
| Conjicitur ipse in morbum ex ægritudine.         |    |
| Facit illum hæredem fratrem patruelem suum.      | 70 |
| Ipse abiit ad Acheruntem sine viatico.           |    |

*Pultiphagonides. Tenetis jam nomen. Audite modo reliqua: nam hoc argumentum hic explicabitur. Locus argumenti est hoc proscenium ipsum. Vos estis jurati arbitri: rogo, audite. Fuerunt duo fratres patruelles Carthaginenses, illustri prosapia, et amplissimis opibus. Alter eorum vivit, alter est fato functus. Affirmo id certius, coram vobis, quia unguicularius, qui eum unxit mortuum, mihi affirmavit: filius unicus illius senis, qui est mortuus, surripitur patri Carthagine, et absconditur cum esset puer septennis, sex annis antequam pater diem suum obiret. Pater, quia videt suum unicum filium deperditum esse, decidit in morbum propter ægritudinem. Scribit hæredem suum fratrem patruelem. Ipse commigravit ad inferos sine*

-----

*nulus al. Plauti Patruus pultifagonidæ al. Plautus parris pultiphagonides al.—55 C. 2. nunc orationes.—57 C. suum sibis; C. 2. suum scibis.—61 C. alter emortuus, omisso τῷ est.—63 Pll. polllector.—64 Parei 3. ei filius.—65 C. fuerit. Mox, abductus a patre B. 1. ab divitiis a patre Pll.—67 Sex annos al.—68 B. 1.*

#### NOTÆ

56 *Censebitur]* Id est, judicium referre de argumen-to.

58 *Juratores estis]* Id est, testes. Sic dicti, quia ab iis non accipitur testimonium, nisi juratis.

63 *Pollinctor]* Servius, ‘Pollin-tores sunt dicti, quod mortuis os pol-line obliniant, ne livor appareat extincti.’ Fulgentius, ‘Pollinctor, quasi pollinctorum, id est, cadavernu unctor.’ Turnebus, ‘Pollinctor,

quasi pellis unctor.’ Pollinctores enim ungebant mortuos ad arcendum odorem tetrum qui erumpere solet e cadavere.

71 *Sine viatico]* ‘Viaticum’ est id quod viatores secum portant, aut ad victus parandos, aut ad arcenda viæ incommoda quævis. Veteres autem solebant sepulcris mortuorum imponere anum et edulia, rati hæc esse animabus ad meliores

Ille qui surripuit puerum, Calydonem avehit ;  
 Vendit eum domino hic diviti cuidam seni,  
 Cupienti liberorum, osori mulierum.

Emit hospitalem is filium imprudens senex 75

Puerum illum, cumque adoptat sibi pro filio :  
 Eumque hæredem fecit, cum ipse obiit diem.  
 Is illic adolescens habitat in illisce ædibus.

Revortor rursus denuo Carthaginem :

Si quid mandare voltis aut curarier, 80

Argentum nisi qui dederit, nugas egerit :  
 Verum qui dederit, magis majores egerit.

Sed illi patruo hujus, qui vivit senex,  
 Carthaginensi duæ fuere filiæ :

Altera quinquennis, altera quadrimula. 85

Cum nutrice una perierte : a Megaribus  
 Eas qui surripuit, in Anactorium devehit,  
 Venditque has omnes, et nutricem, et virgines,  
 Præsenti argento, homini, si leno est homo,  
 Quantum hominum terra sustinet, sacerrumo. 90

*viatico. Ille qui suffratus est puerum, asportat Calydonem ; eum vendit cuidam domino opulento, qui optabat liberos, et oderat mulieres. Ille senex imprudens emit illum puerum, filium hospitis, et eum sibi adoptat pro suo filio, eumque scribit hæredem, quando ipse mortuus est. Ille adolescens manet in illo tecto. Repeto jam iterum Carthaginem : si vultis mandare aliquid, aut fieri, feceritis stulte, nisi numeraveritis pecuniam ; sed qui numeraverit stultius fecerit. Verum ille senex Carthaginensis qui superstes est, patruus hujus juveni, habuit duas filias, alteram quinque, alteram quatuor annorum. Fucre perditæ simul cum nutrice, in Megaribus. Qui eas suffratus est, transtulit ad Anactorium, et has vendit omnes, et nutricem et virgines, numerata pecunia, homini sclestissimo omnium quos terra*

Qui periisse s. videns ; C. 2. perisse.—69 C. ipse improbum.—74 Pli. mulierem.—  
 80 Si quit Pli. amandare C. et C. 2.—82 B. 1. C. et C. 2. majores nugas egerit.  
 —85 Parei 3. altera autem, contra codd.—88 C. as omnis.—89 Præsens argen-

#### NOTÆ

sedes demigrantibus in viaticum, sine quo ægre in orcum reciperentur. Quin et inserebant in os mortui duos obolos, et postea tres ad præmium Charontis inferorum portitoris, quod et πορφυρὸν Græce, et naulum Latine dicebatur.

86 Megaribus] Megara fuit urbis

Carthaginensis regio, in qua deambulabant Adelphasium et Anterasilis, Pœni filiæ duæ, quando raptæ sunt.

90 Sacerrumo] Id est, in primis execrabilis. Videlicet ‘sacer’ est verbum a sacris sumptum et numini devotis rebus, quæ destrui solebant

- Vosmet nunc facite conjecturam ceterum,  
Quid id sit hominis, cui Lyco nomen siet.  
Is ex Anactorio, ubi prius habitaverat,  
Huc commigravit in Calydonem haud diu,  
Sui quæsti causa : is in illis habitat ædibus. 95  
Earum hic adolescens alteram efflictim perit  
Suam sibi cognatam imprudens, neque scit quæ ea  
Sit; neque eam unquam tetigit: ita eum leno macerat.  
Neque quicquam cum ea fecit etiamnum stupri,  
Neque duxit unquam; neque ille voluit mittere. 100  
Quia amare cernit, tangere hominem volt bolo.  
Illam minorem in concubinatum sibi  
Volt emere miles quidam, qui illam deperit.  
Sed pater illarum Poenus, postquam eas perdidit,  
Marique terraque usquequaque quæritat. 105

*fert, si tamen leno est homo. Ceterum facite jam vos ipsi conjecturam, qualis sit ille homo, qui Lycus vocetur. Ille commigravit hoc ex Anactorio, ubi manerat prius, in Calydonem non ita pridem, sui commercii causa. Idem manet in illis tectis. Est hic juvenis qui perdite amat alteram earum, suam cognatam, ignarus eam esse suam consanguineam, neque novit que ea sit; neque eam unquam attigit: adeo leno eum discruciat. Neque commisit quicquam impudice etiamnum cum ea, neque duxit unquam, neque ille voluit dimittere. Quoniam videt amari Adelphasium, vult circumvenire Agorastoclem aliquia pecunia. Quidam miles vult mercari minorem, quam perdite amat, in concubinam. Sed Paenus illarum pater, ex quo eas amisit, querit semper terra et mari. Statim atque infert pedem in quandam*

\*\*\*\*\*

*to Pll. homini lico est B. 1.—90 B. 1. sacerrimus.—91 Al. ceterum, pro ceterorum.—94 Huc in Calydonem commigravit al. ap. Pareum; Calydone Pll. in calidone haud nisi B. 1.—95 Quæsti causa B. 1. Quæsti gratia al. ap. Pareum.—97 C. neque sit que aesis; C. 2. neque quæ sit, neque eam unquam; τὸ εα deest in B. 1.—99 C. etiamnum.—101 Qui amore B. 1. rotibolo Pll. vult leno B. 1.—103 Pll. peperit.—104 C. illi [lacuna] impænus pes quam m. perdidit; et sic C. 2. sed sine lacuna.—105 Murite usque Pll. B. 1. terraque in nullo legitur*

#### NOTÆ

quamprimum: sic rei et scelerosi, quasi victimæ a legibus quieti publicæ consecratæ, sunt obruendi.

92 *Lycos*] ‘Lycos,’ a Græco, lumen significat, bestiam in primis crudelēm, fraudulentamque. Hic poëta rationem nominis lenoni a se impositi reddit.

101 *Tungere volt bolo*] ‘Bolus’ est a Græco, significatque ‘jactum.’

‘Jactus’ autem dicitur de re quavis, quæ jacitur. Sic dicitur de jactu talorum, de jactu retis in piscatoria, jactu hamī esca implicati ad captandos pisces. Sed ‘bolus’ non dieciatur de jactu, nisi in his rebus quæ sic jacintur, ut deinceps revocari possint, idque cum fructu, iisque ad quos sit delusis. Hic leno adolescenti amore perditō ostendit puel-

Ubi quamque in urbem est ingressus, illico  
 Omnes meretrices, ubi quisque habitant, invenit:  
 Dat aurum, dicit noctem: rogitat postibi,  
 Unde sit, quojatis, captane an surrepta sit,  
 Quo genere gnata, qui parentes fuerint.      110  
 Ita docte atque astu filias querit suas.  
 Et is omnis linguas scit: sed dissimulat sciens  
 Se scire. Pœnus plane est, quid verbis opu'st?  
 Is heri huc in portum navi venit vespere.  
 Pater harunc idem huic patruus adolescentulo est.      115  
 Jamne hoc tenetis? si tenetis, ducite.  
 Cave dirumpatis: quæso, sinite transigi.  
 Ehem! pæne oblitus sum reliquom dicere.  
 Ille qui adoptavit hunc pro filio sibi,  
 Is illi Pœno hujusce patri hospes fuit.      120  
 Is hodie huc veniet, reperietque hic filias,  
 Et hunc sui fratri filium, ut quidem didici ego.

*urbem, illico adit emnes meretrices, ubicumque manent. Dat pecuniam, dicit noctem; postea petit, unde sit, cujas sit, an sit capta an surrepta, quo loco nata, qui fuerunt parentes. Sic investigat supienter et astute filias suas. Idem tenet omnes linguas; sed ultro fingit se ignorare. Est omnino Pœnus: quid ptura? Ille hesterna die, ad vesperam, huc in portum navigavit. Idem est pater harum virginum, et patruus hujus juvenis. Tenetisne jam id? Si tenetis, ducite. Videte ne dirumpatis: obsecro, sinite peragi. Ehem! Ferme sum oblitus referre reliquam rei historiam. Ille qui sibi adoptavit hunc pro filio, fuit hospes Panii, qui fuit hujus pater: ille veniet huc hodie, reperietque hic suas filias, et hunc filium sui fratribus,*

cod.—106 *Uti edd. quædam vett.*—108 *Dat aurum Pll. post ubi B. 1.*—109 *B. 1. quo latu sit. Pll. quotatis. C. et C. 2. captaneant s. sit.*—110 *Parei 3. furerint.*—115 *Pater harum B. 1.*—118 *Hem B. 1.*—120 *Pœno olim Parei 3. hujus patruo B. 1. et Bipont.*—122 *Hunc et sex vss. seqq. quidam ita ordinan-*

## NOTÆ

lam, ut ejus cupiditate, quasi inescatns, spoliatur. Tangere est circumvenire.

113 *Pœnus plane est]* Pœni ut plurimum callidi erant. Cicero, ‘Nos nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos superavimus.’ Habebantur iidem mendaces: idem, ‘Pœni frandenti et mendaces.’ Perfidii. Livius, ‘Perfidia plusquam

Punica.’ Hic vero perstringitur Pœnorum gens, quia flagrante etiam, num bello Punico secundo scribebat hanc fabulam Plautus, et exhibebat.

116 *Ducite]* Est aliquid tenere, et ita trahere, ut minime rompatur. Ductum a puerili ludo, in quo spartern funem in diversa trahunt. Ludit autem in verbo *tenetis*, quod hoc loco significat ‘scitis,’ et eo abutitur, quasi significet, ‘manu tenetis.’

Ego ibo, ornabor : vos aequo animo noscite.

Hic qui hodie veniet, reperiet suas filias,

Et hunc sui fratri filium : dehinc ceterum

125

Valete, adeste : ibo ; alius nunc fieri volo.

Quod restat, restant alii, qui faciant palam.

Valete, atque adjuvate, ut vos servet Salus.

*sicut ego accepi. Ego pergam, sumam vestem comicam. Vos agnoscite aequo animo. Hic qui veniet hodie, inveniet suas filias, et hunc filium sui fratri. Dehinc ceterum valete, adeste. Pergam : volo evadere nunc alius. Alii restant, qui putesciant id quod superest. Valete, atque opitulamini, ut Salus vos servet.*

dum judicarunt, 122. 124. 125. 127. 123. 126. 128.—123 *Ego ibi* Pl. *vos aequos uninos* C. 2.—127 *Parei* 3. *ali qui*; *τὸν qui deest in B. 1.*

#### NOTÆ

123 *Ornabor*] Recipit se histrio, 128 *Valete*] Non est vox dimitten-  
qui proloquitur a scena, in postse- tis spectatores, sed eis fausta com-  
minum, ut vestes scenicas assumat. precantis.

---

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

### AGORASTOCLES, MILPHIO.

AG. SÆPE ego res multas tibi mandavi, Milphio,  
Dubias, egenas, inopiosas consilii,  
Quas tu sapienter, docte, et cordate, et cate  
Mihi reddidisti opiparas opera tua.

AG. *Milphio, ego te jussi plerunque obire negotia complura implicata, difficilia, et in quibus opus esset industria, quæ facta sunt tua ope, ingenio, industria, con-*

#### NOTÆ

2 *Dubias*] Id est, dubii eventus.

*Egenas*] Id est, in quibus obeundis  
indiges aliena ope, et cares.

*Inopiosas*] Id est, in quibus obeun-  
dis inops es consilii; forsitan ‘ege-  
nas consilii’ intelligendum est, ut  
‘inopiosas,’ seu ‘inopes consilii,’  
quasi dicas ‘egenas inopesque con-  
silii.’ Neque enim obstet, quod pa-  
rum ab invicem distent duæ illæ vo-  
ces. Hoc in hoc auctore licentia  
comica plerunque fit, ut voces mul-

tae conferantur in unum locum pro  
una.

3 *Sapienter, docte, et cordate, et cate*]  
Voces sunt, quæ, si ratio habeatur  
ejus de quo dicuntur, id est, servi-  
nequam, idem ferme significant.

4 *Opiparas*] Videtur alludere ad  
‘opem,’ quam sibi tulit Milphio, et  
idecirco conjugere cum *opera tua*.  
Quasi dicat sibi opem parasse. Ut  
opponat *opiparas* res egenis, inopi-  
bus.

Quibus pro benefactis fateor deberi tibi  
Et libertatem et multas grates gratias.  
**M<sub>1</sub>.** Scitum 'st, per tempus si obviam it, verbum vetus:  
Nam tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet,  
Gerræ germanæ, atque edepol lirœ lirœ.  
Nunc mihi blandidicus es, heri in tergo meo      10  
Tris facile corios contrivisti bubulos.  
**A<sub>2</sub>.** At amans per amorem si quid feci, Milphio,  
Ignoscere id te mihi æquom est. **M<sub>1</sub>.** haud vidi magis.  
Et nunc ego amore pereo: sine te verberem,  
Item ut tu mihi fecisti, ob nullam noxiam:      15  
Post id locorum tu mihi amanti ignoscito.

*stantia, et prudentia, felicia. Pro quibus meritis confiteor me tibi debere et libertatem, et magnas gratiarum actiones. Mi. Si antiquum adagium afferatur tempestive est festivum: nam per aedem Pollucis habeo tuas assentationes pro meritis nugis, quod aiunt, merisque deliramentis. Nunc me compellitas blande: hesterna die communisti facile tres pelles bubulas in meo tergo. Ag. Sed, Milphio, si egi quidpiam amoris impatientia, est par te mihi id condonare. Mi. Nihil est aquis. Ego jam intereo amore. Patere ut te verberibus excipiam, sicut tu me exceperis ob nullam culpam: postea tu mihi condone amanti. Ag. Patior si tibi libet, aut plu-*

1 Voc. *res* deest in C.—4 C. 2. *oppiparas*; al. *certae opiparæ*.—7 B. 1. *scio* hoc *jam est verbum retus*; Pl. *obviam si*.—8 C. 2. *blanditæ*.—9 Particula atque deest in B. 1. C. et C. 2. *hæde col lustralire* Pl.—12 Adamans B. 1. C. et C. 2.

## NOTE

*6 Grates gratias]* Promiscue utitur Plautus nroque hoc vocabulo. Quare quo consilio ponat utrumque, non est facile judicare. Sunt, qui, pro *gratias*, ponunt *gratas*. Forsitan ex nroque conflandum est unum, quasi sit a ‘*grates-gratiæ*, *grates-gratia-rum*.’

**7** *Per tempus si obriam it*] Id est, si tempestive usurpetur. Hoc loco notat servus sibi esse promissam a domino libertatem, jam a longo tempore; itaque vocat id *verbum vetus*, id est, promissum vetus. Et quia trito ferebatur adagio *verbum vetus* esse scitum, si tempestive usurpetur, servus innuit domino, non tempestive usurpari *verbum vetus*, id est, *vetus libertatis promissum*, tum cum opera indiget.

9 *Gerræ*] *Gerræ* sunt crates vimineæ pellucidæ. Translatum ad significandam orationem futilem, in qua nihil sit admodum solidi. *Gerræ germinæ* dicuntur, verae *gerræ*.

**9** *Liræ liræ*] A Græco λῆποι λῆποι,  
quod idem est ac *nugæ neniaque*:  
nonnulli putant a *liræ* esse 'delira-  
re,' in quo 'de' anget. Quare an-  
tem *liræ* repetatur, difficile est di-  
cere, nisi ad animi affectum signifi-  
candum, quo fit etiam, ut sit ellipsis  
verbii.

13 *Haud vidi magis*] Vox est Mil-  
phonis elevantis excusationem heri.  
Quasi dicat, *haud vidi magis æquam*.  
*Quia dixit hersus, ignoscere id te mihi*  
*æquum est*, respondet per ironiam,  
*haud vidi magis*: *cela est fort raison-*  
*nable*.

Ag. Si tibi lubido est aut voluptati, sino.

Suspende, vinci, verbera, auctor sum, sino.

Mt. Si auctoritatem postea defugeris,

Ubi dissolutus tu sies, ego pendeam.

20

Ag. Egone istuc ausim facere præsertim tibi ?

Quin si feriri video te, extemplo dolet. [mavelim.

Mt. Mihi quidem hercle. Ag. immo mihi. Mt. istuc  
Sed quid nunc tibi vis ? Ag. cur ego apud te mentiar ?

Amo immodeste. Mt. meæ istuc scapulæ sentiunt. 25

Ag. At ego hanc vicinam dico Adelphasium meam,

Lenonis hujus meretricem majusculam.

Mt. Jampridem equidem istuc ex te audivi. Ag. differor  
Cupidine ejus : sed lenone istoc Lyco

Illi domino, non lutum 'st lutulentius.

30

Mt. Vin' tu illi nequam dare nunc ? Ag. cupio. Mt. en !  
me dato.

*cet, suspende, constringe, cardo loris; suadeo, feram.* Mt. Si postea negaveris me  
fecisse tua jussu, ego pendebo, quando eris solutus. Ag. Egone audi cum id com-  
mittere præsertim in te ? Quin si conspicio te plecti, statim redundat in me dolor.  
Mt. Non in te profecto, sed in me. Ag. Immo in me. Mt. Uellem ita esset.  
Sed quid ris dieere nunc ? Ag. Non est quod dissimulem tecum. Amo perditæ.  
Mt. Mei humeri sentiunt istud. Ag. Sed ego dico hanc vicinam meam Adelpha-  
sium adultiorem meretricem, quæ pertinet ad hunc lenonem. Mt. Profecto ego  
jamdudum accepi istud ex te. Ag. Discretior ejus cupiditate ; sed cænum non  
est magis cænum isto lenone Lyco ejus domino. Mt. Visne tu illi infligere ma-  
lum ? Ag. Volo. Mt. Ecce ! dato me illi. Ag. Apage furcifer. Mt. Dic

-----

—13 Pll. aut vidi. Verba haud vidi desunt in B. I.—17 B. I. aut voluptas.—  
18 C. berbera.—19 Pll. postera.—23 Alterum mihi deest in B. I.—26 Ad ego  
C.—27 C. meretricem. C. et B. I. masculam.—29 Cupiditate rius B. I.—30 B.

#### NOTÆ

22 *Extemplo dolet*] Id dieit Agorastocles Milphioni, ut ostendat domini in servum amorem. Respondet servus non 'tibi dolet,' sed 'mihi dolet.' Agorastocles inveniat idem, 'immo, Milphio, non tibi dolet, sed mihi.' Respondet Milphio *illuc mavelim*, id est, mallem tibi dolere quam mihi.

27 *Lenonis hujus meretricem*] Id est, meretrix quæ pertinet ad lenonem. Meretrix autem dicitur Adelphasium, non quod non esset virgo;

sed quod hoc nomine, seu potius hoc convicio notarentur, qui ad ejusmodi homines pertinerent, seu apud eos commorarentur.

31 *Medato*] Rogaret Milphio, 'visne dare nequam lenoni?' Reponit se eupere admodum Agorastocles. Subjicit Milphio, 'me dato, quia videlicet sum nequam.' Volebat autem dari nequam lenoni Agorastocles, id est, incommodum, non nequam hominem : inde captat risum Milphio.

AG. Abi dierectus. MI. dic mihi vero serio :  
Vin' dare malum illi ? AG. cupio. MI. hem ! eundem  
me dato.

Utrumque faxo habebit, et nequam et malum.

AG. Jocare. MI. vin' tu illam hodie sine damno et dis-  
pendio 35

Tuo tuam libertam facere ? AG. cupio, Milphio.

MI. Ego faciam ut facias: sunt tibi intus aurei

Trecenti nummi Philippi. AG. sexcenti quoque.

MI. Satis sunt trecenti. AG. quid facturus? MI. tace.

Totum lenonem tibi cum tota familia 40

Dabo hodie dono. AG. quid facturus? MI. jam scies.

Tuus Collybiscus nunc in urbe 'st villicus,

Eum hic non novit leno: satin' intellegis?

AG. Intellego hercle: sed quo evadas, nescio.

MI. Non scis? AG. non hercle. MI. at ego jam faxo  
scies. 45

Ei dabitus aurum, ut ad lenonem deferat:

Dicatque se peregrinum esse ex alio oppido;

Se amare velle, atque obsequi animo suo;

Locum sibi velle liberum præberier,

Ubi nequam faciat clam, ne quis sit arbiter. 50

*michi vero serio: visne illi impingere malum? AG. Opto. MI. Hem! dato me eundem ei. Efficiam ut habeat utrumque, et nequam et malum. AG. Jocaris. MI. Visne tu illam efficere hodie tuam libertam, citra tuum sumptum et detrimen-tuum? AG. Volo, Milphio. MI. Dabo operum ut id assequaris. Habes apud te trecentos nummos aureos Philippeos. AG. Immo sexcentos. MI. Trecenti suffi-ciunt. AG. Quid ages? MI. Tace. Tibi tradam hodie lenonem totum, cum uni-versu familia. AG. Quid ages? MI. Intelliges modo. Tuus villicus Collybiscus est nunc in urbe; hic leno non cum novit. Audisne recte? AG. Per Herculem audio: sed ignoro quo id evadat. MI. Nescis? AG. Nescio per Herculem. MI. Sed ego dabo operum ut intelligas. Ei danda est pecunia, ut deferatur ad lenonom: dicatque sese venisse ex alia urbe, se velle amare et obsequi'sue voluptati; velle sibi dari locum liberum, in quo agat, quod volet clam, ne sit ullus testis. Leno cupidus*

\*\*\*\*\*

1. *lutum est*.—31 *Pll. en mendato*; *Perei 3. hem me dato*.—33 *C. e eundem*.—34 *B. I. a m. pr. habebis*.—35 *Locare Pll. sine dampno tuo Parei 3*.—38 *Phi-lippii Gronov. Philippi edd. vett. sexcenti C. et C. 2*.—39 *Delph. et Bipont. quid iis facturus*.—42 *Collubiscus . . . villicus Pll.*—46 *Et dabitus C. et C. 2*.

#### NOTÆ

41 *Quid facturus*] Suspicio est, du- ignorantia, seu incuria librarii, et  
as voces qui id in unam coaluisse possum quid.

**Leno ad se accipiet auri cupidus illico :**  
**Celabit hominem et aurum. AG. consilium placet.**

**Ml. Rogato, servos veneritne ad eum tuus.**

**Ille me censembit queri : continuo tibi**  
**Negabit : quid tu dubitas, quin extempulo** 55  
**Dupli tibi auri et hominis fur leno siet ?**  
**Neque id unde efficiat, habet : ubi in jus venerit,**  
**Addicet prætor familiam totam tibi :**  
**Ita decipiems fovea lenonem Lycum.**

**AG. Placet consilium. Ml. immo etiam, ubi expolivero,**  
**Magis hoc tum demum dices : nunc etiam rude 'st.** 61

**AG. Ego in ædem Veneris eo, nisi quid vis, Milphio.**

**Aphrodisia hodie sunt. Ml. scio hoc. AG. oculos volo**  
**Meos delectare munditiis meretriciis.**

**Ml. Hoc primum agamus, quod consilium cepimus.** 65

**Abeamus intro, ut Collybiscum villicum**

**Hanc perdoceamus ut ferat fallaciam.**

*pecunia accipiet illico hominem ad se : cum celabit et pecuniam. AG. Consilium est lepidum. Ml. Pete ab eo, utrum tuus servus venerit ad cum ; ille arbitrabitur me peti a te ; dicet exemplo, me non venisse. Quid tu dubitas, quin statim leno dannetur furti duplicitis, auri videlicet, et hominis ? Neque habet unde sese expedit. Ubi venerit in jus, prætor addicet tibi totam familiam. Ita impellemus Lycum lenonem in foream. AG. Recte consulis. Ml. Immo etiam, quando magis accurvarero, tum potiori jure dices ; hoc est etiamnum impolitum. AG. Vado ad templum Veneris, nisi vis aliquid, Milphio. Sunt hodie Aphrodisia. Ml. Hoc teneo. AG. Volo oblectare meos oculos cultu meretricum. Ml. Operam demus antea huic consilio, quod instituimus. Abeamus intro, ut instituamus Collybiscum*

-----  
*ut a lenone C.—48 Amare velle se edd. vett.—55 C. 2. exemplo.—56 Dupli tibi aurum B. 1. Dupli ubi auri C. 2. Dupli tibi auri C. et hominem B. 1.—62 Pll. nisi quit vis.—63 Pronomen hoc deest in Pll.—67 Gulielm. ut serat*

#### NOTÆ

50 *Ne quis sit arbiter]* Nimurum libido secessum querit et latebras. Quo apparet impressam esse divinitus communis naturæ legem, quæ ne ethnica quidem ignorantia oblitterari potuit.

57 *Neque id unde efficiat, habet]* Servi corruptor alieni aut receptator, si negaret repetenti domino, duplo mulctabatur, tanquam plagiarius. Deinde et si quis deprehensus fuisset habere domi alienum servum, sive

ille negaret, sive non negaret, edicto prætoris etiam duplo mulctabatur. Hinc tota pendet fraus Milphionis, et hanc Lyco fodit foveam.

59 *Decipiems forca]* Alludit ad Lyci nomen, quod, ut supradictum est, lupum significat. Quia lupi ferme capiuntur in foveis, quæ ipsis fodinuntur.

60 *Ubi expolivero]* Id est, fraudem alia atque alia ratione expoliā, et indeclinabiliorē Lyco reddam.

Ag. Quanquam Cupido in corde vorsatur, tamen  
Tibi auscultabo. Ml. faciam, ut facto gaudeas.  
Inest amoris macula huic homini in pectore, 70  
Sine damno magno quæ elui neutiquam potest.  
Itaque hic scelestus est homo leno Lycus,  
Quoi jam infortunii intenta ballista est probe,  
Quam ego haud multo post mittam e ballistario.  
Sed Adelphasium eccam exit, atque Anterastilis! 75  
Hæc est prior, quæ meum herum dementem facit.  
Sed evocabo: heus! i foras, Agorastocles,  
Si vis videre ludos jucundissimos. [tuos  
Ag. Quid istuc tumulti 'st, Milphio? Ml. hem! amores  
Si vis spectare. Ag. o multa tibi Di dent bona! 80  
Cum mihi hoc obtulisti, tam lepidum spectaculum.

*villicum ad instruendum hunc dolorum. AG. Tumetsi animus teneatur cupiditate, tamen tibi morem geram. Ml. Dabo operam, ut hæc fallacia voluptatem afferat. Ille habet labem amoris in pectore inustam, quæ nullo modo potest abstergi sine magno detimento. Itaque Lycus leno scelestus est, in quem telum letale est jam intentum, quod vibrabo modo in eum e ballistario. Sed ecce Adelphasium exit, et Anterastilis. Est illa prior, quæ reddit meum herum insanum. Sed evocabo. Heus! Veni foras, Agorastocles, si vis videre suavissimos ludos. AG. quis est ille tumultus, Milphio? Ml. Hem! Si libet cernere tuos amores. AG. Dii tibi impertiant multa bona, quando mihi ostendisti hoc spectaculum tam festivum.*

*fallaciā.—71 B. I. quæ elevi.—73 B. I. C. 2. Parei 3. balistast; C. ball stast.  
—74 C. 2. et Parei 3. ballistario.—75 C. ecam exit; al. ap. Pareum, exit eccam.  
—76 Hæc prior est edd. quædam vett.—77 Sed evocabo exi foras B. I.—81 Cum  
hoc mihi B. I.*

## NOTÆ

74 *E ballistario]* ‘Balista’ tormen-  
tum erat bellicum, et interdum tragū-  
lam, vel sagittam, significabat. ‘Ba-  
listarium’ autem erat locus unde

balistæ mittebantur.

76 *Hæc est prior]* Id est, Adelpha-  
sium.

## ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

ADELPHASIUM, ANTERASTILIS, MILPHIO,  
AGORASTOCLES, ANCILLA.

AD. NEGOTII sibi qui volet vim parare,

AD. Qui sibi proposuerit sibi quarere multa negotia, querat has duas res, na-

Navem et mulierem, hæc duo comparato.

Nam nullæ magis res duæ plus negotii

Habent, forte si occuperis exornare.

Neque unquam satis hæc duæ res ornantur,

5

Neque eis ulla ornandi satis satietas est.

Atque hæc ut loquor, nunc modo docta dico :

Nam nos usque ab aurora ad hoc quod diei est,

Ex industria ambæ nunquam concessavimus

Lavari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari,

10

Poliri, expoliri, pingi, fingi : et una

Binæ singulis quæ datæ nobis ancillæ,

Eæ nos lavando, eluendo, operam dederunt :

Aggerundaque aqua sunt viri du o defessi.

Apagesis, negotii quantum in muliere una est !

15

Sed vero duæ, sat scio, maxumo uni

Populo, cui lubet, plus satis dare potis sunt.

*em et mulierem. Nam non sunt duæ res in quibus sit plus negotiorum, si aggre-diariis eas alornare. Nam nunquam satis adornantur, nunquam illis sufficit ulla copia ornamentorum. Atque id quando dico, nunc dico experta mox : nam a prima luce, ad hanc horam, nos ambe data opera nullum tempus intermisimus in la-vando, aut fricando, aut tergendo, aut ornando, poliendo, expoliendo, pingendo, fingendo : et simul duæ ancillæ, que sunt datæ utrique nostrum, incubuerunt nobis lavandis, eluendis : et duo viri sunt defatigati in comportanda aqua. Apage ! Quot sunt molestiae in una muliere ! Sed duæ, sine dubio, possunt exhibere plus*

\*\*\*\*\*

1 *Negarium sibi qui vult comparare B. 1.—4 Habent, eas Parei 3.—6 C. ordi-nandi. Pro satietas, C. 2. habet faciet.—7 Acidal. nunc domi docta dico ; al. ap. Parenū, uti loquor, enim domi docta dico.—8 Al. ap. Parenū, ab usque Aurora. Pll. quod dici 'st ; al. quod est dic.—9. 10 B. 1. Postquam aurora illuxit nun-quam concessavimus Ex industria ambe lavari, &c. et sic Pll. nisi quod habent concessamus. C. aut aufricari.—13 Eu nos C. et C. 2.—14 Aggerunda que aqua Pll. Adgerundamque aquam B. 1. Ven. 1.—16 Si vero B. 1.—17 Parei 3. po-*

#### NOTÆ

7 *Nunc modo docta dico]* Id est, ex-perientia domestica docta et pro-pria.

11 *Pingi, fingi]* Metaphora a pic-tura et statuaria, aut singulari.

14 *Aggerunda aqua]* Festus : ‘A-quarioli dicebantur mulierum impudi-earum sordidi assecke : iis enim tan-quam amorum internuciis solebant uti mulieres.’ Juvenalis : ‘Veniet conductus aquarius.’ ‘Aquarioli’

dicti πορνοδιάκονοι. Aquaculat, id est, lenocinatur. Dicebantur et aquar-iū ‘bacariones’ a ‘bacarione,’ va-sis genere longiore manubrio, quo utebantur ad jactandam in lavantes aquam. Est pelvis noster, a pellu-endo. Alii trullam appellant.

17 *Potis sunt]* Alii potes sunt, id est, sunt potes. ‘Sum potis,’ ‘es potis,’ ‘sit potis,’ et ‘potissit,’ uno ex duobus facto. Unde ‘possum,’

Quæ noctes diesque omni in ætate semper  
Ornatur, lavantur, tergentur, poliuntur.  
Postremo, modus muliebris nullus est, 20  
Neque unquam lavando et fricando scimus  
Facere \* nam quæ lavata est, nisi  
Perculta est, meo quidem animo, quasi illauta est.  
AN. Miror equidem, soror, te istæc sic fabulari,  
Quæ tam callida et docta sis et faceta. 25  
Nam cum sedulo munditer nos habemus,  
Vix ægreque amatorculos invenimus.  
AD. Ita est: verum hoc unum tamen cogitato:  
Modus omnibus in rebus, soror, optimum est habitu.  
Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex  
se. 30  
AN. Soror, cogita, amabo, item nos perhiberi,  
Quasi salsa muriatica esse autumantur  
Sine omni lepore, et sine suavitate:

*æquo negotii uni maximo populo cuivis. Nimirum in omni vita noctu diuque ornantur semper, lavantur, tergentur, poliuntur. Denique mulier nullum modum sibi præscribit, neque unquam facimus modum lavandi et fricandi. Nam ea quæ est lauta, nisi sit exculta, meo quidem judicio, est quasi illauta. AN. Miror equidem, soror, hæc a te dici, utpote quæ es adeo cauta et erudita et festiva. Nam quando nos exornavimus diligenter, vix ac ne vix quidem reperimus amatores. AD. Ita est. Verum tamen cogita hoc unum; esse optimum tenere modum in omnibus rebus. Omnia nimia facessunt ex sese nimium negotii hominibus. AN. Memento, quæso, soror, nos aestimuri etiam sicut pisces muria conditos, sine*

\*\*\*\*\*

tissunt; al. ap. Pareum, etium potessunt.—18 B. 1. in omni ætate.—21 C. scimus facerem niam; C. 2. scimus facere [lacuna] Nam qua; al. ap. Pareum sinus saturæ.—22 Facere eum: nam Bipont. qua clarata est Pll.—23 C. quasi iulusta est; C. 2. quasi iusta est; B. 1. quasi musta est.—24 C. 2. te istæc fabulari.—29 C. 2. omnibus modis; τὸ in deest etiam in B. 1. et C. habitus edd. quædam

#### NOTÆ

quasi ‘pos sum;’ ut etiamnum dici-mus, ‘impos,’ ‘compos.’

21 *Scimus Facere*] Id est, modum.

23 *Illauta*] Aliis *illuta*: unde ‘odor illutibilis.’ Apuleius, ‘illutibarbus,’ id est, illanta et sordida barba.

27 *Amatorculos*] Id est, non admo-dum fructuosos.

32 *Muriatica*] ‘Muria’ piscium salsorum, et condimentis incoctorum

liquor. ‘Muria’ est præsertim thyn-norum: ‘garum’ muria est ex scom-bris profluens. ‘Muria’ panperum erat; ‘garum’ divitum. ‘Muria’ etiam significat aquam salsam in qua quidvis immergitur, ut contra putredinem conservetur, qualis est cencumis, portulaca, saxifragus, et alia quæ servantur incorrupta.

Nisi multa aqua usque et diu macerantur,  
 Olent, salsa sunt, tangere ut non velis : item nos sumus 35  
**Ejus seminis :** mulieres sunt insulsæ  
 Admodum atque invenustæ, sine munditia et sumtu.  
**Ml.** Coqua est hæc quidem, Agorastocles, ut ego opinor :  
 Scit, muriatica ut maceret. **Ag.** quid molestus?  
**Ad.** Soror, parce, amabo : sat est istuc alios dicere no-  
 bis, 40  
**Ne nosmet nostra etiam vitia loquamur.**  
**An.** Quiesco. **Ad.** ergo amo te : sed hoc nunc responde  
 mihi.  
**Sunt hic omnia quæ ad Deum pacem oportet adesse ?**  
**An.** Omnia accuravi. **Ag.** diem pulchrum et celebrem et  
 venustatis plenum !  
**Dignum Veneri, pol, cui sunt Aphrodisia hodie !** 45  
**Ml.** Eequid gratiæ, cum huc foras te evocavi ? jam non  
 Me decet cado donari vini veteris ? dic dari.

*ullo gustu, et sine suavitate: nisi mersi fuerint larga aqua diu et semper, grave olent, sunt salsa, ita ut eos nolis contingere: nos sumus hujus generis. Mulieres sunt valde stolidæ, atque inelegantes, sine exquisito cultu et sumtu. Ml. Hæc quidem est coqua, Agorastocles, ut ego existimo: norit quomodo mergantur pisces muria. Ag. Quare molestus es ? Ad. Soror, ignosce, quæso; sufficit alios nobis id exprobrire, ne per vulgum etiam nosmet nostra probra. An. Nihil addam. An. Hoc magis te diligo. At jam id mihi aperi. Suntne hic universa quæ esse decet ad Deos placandas ? An. Comparavi universa. Ag. O festivum diem et solemnum, et plenum amaritatis ! Dignum Venere, per Pollucem, cujus celebrantur hodie Aphrodisia ! Ml. Quas gratias mihi rependas, quia huc te vocari ? Noue oportet me donari cado vini*

vett.—32 *Quamvis C. et C. 2. mariatica C.*—34 *Al. ap. Pareum, aqua et diu, omissio τῷ οὐδε.*—36 *Ejuscemodi mulieres B. 1. et Ven. 1.*—37 *C. adque invenustæ ; C. 2. atque invenustate.*—39 *B. 1. ut macerentur ; al. ut maecent ; al. opinor. Ag. quid id ? scit, &c.*—40 *Soror p. a malo Pil.*—41 *C. in nostra etiam ritia loqui ; C. 2. in nostram etiam ritia loquamur.*—42 *Quiesco ergo. Ad. amo te Gulielm.*—46 *B. 1. et Parci 3. jam nunc ; C. et C. 2. jam numne.*—47 *B. 1.*

## NOTÆ

36 *Ejus seminis*] Id est, ejusmodi, pro iuani jurejurando. ‘Aphrodisia opera,’ pro lascivis et amatoriis.

37 *Invenustæ*] Invenustus pro eo qui parum in amore felix est sumitur.

45 *Aphrodisia*] A nomine Graeco, ἀφρός, spuma. *Aphrodisia*, festum Veneris. ‘Aphrodisium jusjurandum,’

pro iuani jurejurando. ‘Aphrodisia opera,’ pro lascivis et amatoriis.

47 *Cado vini*] Moris erat apud antiquos, ut vinum læta mutuantibus propinarent. Itaque Milphio cadum vini petit ab Agorastocle, quia eum evocavit, ut videret amicam.

Nihil respondes? lingua huic excidit, ut ego opinor: quid  
hic, malum,

Astans obstipuisti? Ag. sine amem: ne obturba, ac tace.

Mi. Taceo. Ag. si tacuisses, jam istuc Taceo non natum  
foret. 50

An. Eamus, mea soror. Ad. Eho! amabo, quid illo nunc  
properas? An. rogas? [pol: mane.

Quia herus nos apud ædem Veneris mantat. Ad. maneat  
Turba est nunc apud aram: an te ibi vis inter istas vorsa-  
rier

Prosedas, pistorum amicas, reliquias alicarias,

Miseras, schoeno delibutas, servolicolas sordidas? 55

Quæ tibi olant stabulum, statumque, sellam et sessibulum  
merum:

veteris? Dic mihi tradi. Nihil reponis? Vox huic præclusa est, sicut ego  
arbitror. Quare, malum, attonitus hic haesisti? Ag. Patere me amori operam  
dare. Ne mihi obstrepas, ac sile. Mi. Sileo. Ag. Si non locutus essem, illud  
Sileo non jam natum esset. An. Pergamus, mea soror. Ad. Eho! quæso, quid  
acceleras nunc illæ? An. Postulas? Quia herus nos expectat apud fanum Vc-  
neris. Ad. Maneat, per Pollucem: sta; est jam turba ad aram. Libetne conspici  
illæ inter ista prostibula, amicas pistorum, reliquias pistrinorum, infelices, infectas  
luto, sordidas amicas mancipiorum? Quæ oleant stabulum et stationem, sellam et

---

donari cado. Mox, dic dare, i. e. daturum, al. ap. Pareum.—48 Voc. lingua  
deest in B. 1. C. et Ven. 1. uncua huic excidit C. 2. hunc excidit B. 1. Mox,  
quid: malum C. et Parei 3.—49 Adstans obticuisti B. 1. Astans obstiuiti Pl.  
ne me obturba Parei 3. opturbæ C. ac late idem codex; ætate C. 2.—50 C. si  
tacuisses.—51 Edd. quædam vett. soror mea. Mox, B. 1. quid illic nunc.—  
52 C. 2. mandat. B. 1. mane at pol.—53 C. apud aram. C. et C. 2. ante ibi  
vis; Douz. an ibi vis.—54 Inter facias pistorum amicas relinq. sallicarias Miseras  
cano delibutas, &c. B. 1. reliqui sallicarias C. 2. scheno delibutas C. 2. cœno

#### NOTÆ

49 *Astans obstiuiti*] Alii *obticuisti*, quasi dicat, obstupuisti, et præ stu-  
pore tacuisti.

54 *Prosedas*] A ‘prosedendo’ in meritoriis, vel fornicibus. Isidorus: ‘Prostibula meretrices dienuntur quod  
ante stabulum stant, quæstus diurni  
atque nocturni gratia.’ Horatius:  
‘Nullam nisi olenti in foroice stan-  
tem.’ Tertullianus: ‘Lupanar est  
consistorium libidinum publicarum.’  
Erant et sellariæ meretrices, quæ se-  
dentes expectabant amatores. Erant

etiam quæ vocabantur ‘alicariæ.’  
Festus: ‘Alicariæ meretrices appelle-  
abantur in Campania, solitæ ante  
pistrina aliciariorum versari quæstus  
gratia.’ Idem: ‘Alica dicitur pis-  
trinum, quod alit corpus.’

55 *Scheno delibutas, servolicolas*] Antiqui dicebant ‘schœnum,’ pro  
‘cœnum;’ ‘scœlum,’ pro ‘cœlum;’  
‘scœna,’ pro ‘cœna.’ ‘Obscœnus,’  
quasi ‘cœnu’ inquinatus. Servilic-  
olæ autem dicuntur, quæ sese ipsis  
servis dabant.

Quas adeo haud quisquam unquam liber tetigit, neque duxit domum :

Servolorum sordidulorum scorta diabolaria.

M<sub>1</sub>. In malam crucem ! tun' audes etiam servos spernere ? Propodium ! quasi bella sit, quasi campse reges ducti-tent. 60

En monstrum mulieris ! tantilla tanta verba funditat :

Quojuſ ego nebulæ cyatho septem noctes non emam.

AG. Di immortales omnipotentes, quid est apud vos pul-chrius ? [ego siem,

Quid habetis, qui mage immortales vos credam esse, quam Qui haec tanta oculis bona concipio ? nam Venus non est

Venus. 65

Hanc equidem Venerem venerabor, me ut amet posthac propitia.

Milphio, heus ! Milphio, ubi es ? M<sub>1</sub>. assum apud te ec-cum ! AG. ego elixus sis volo.

*lupanar rerum : ad quas nullus unquam liber accessit, neque duxit domum : meretrixes diabolares mancipiorum sordidorum.* M<sub>1</sub>. In malam crucem ! Tu audes etiam contempnere seruos ? Propodium, quasi sit formosa, quasi reges eam depe-reant : monstrum mulieris ! que cum tam parra sit, jactat tam magnifica verba : cuius ego non emam septem noctes, vel cyatho nebulæ. AG. Dii immortales omni-potentes, quid est formosius apud vos ? Quid est vobis, quo putem vos esse magis immortales, quam ego sim, qui haurio oculis tanta bona ? Num Venus non est Venus. Venerabor equidem hanc Venerem, ut deinceps me amet propitia. Mil-phio, heus ! Milphio, ubi es ? M<sub>1</sub>. Assum apud te, ecce. AG. Ego volo sis elixus.

delibatas Parei 3.—56 Qua tibi oleant B. 1. et sellam et Parei 3.—57 C. hau quisquam.—58 C. C. 2. B. 1. Ven. duobolaria.—59 Lin malam C. 2.—60 C. 2. Propodium. PII. eamipsi ; B. 1. eam ipsi. Mox, ductilenter C. discutient B. 1. —61 Et monstrum C. 2. En deest in C. tantula edd. vett.—62 Quojuſ ego vel Parei 3. et Biponti. nebula C. pronebulæ B. 1. cratho C. ciatho C. 2. Cu-jus ego obulo aerato septem al. ap. Parenim.—63 Dii mortales C.—61 Edd. quæ-dam vett. mage qui.—66 PII. ut ame tat poshæ ; B. 1. hæc post hac ; C. 2. ut amet at poshac propitia.—67 PII. essum apud te. Mox, edd. quædam vett.

#### NOTE

58 *Scorta diabolaria*] Quæ sese pro dnobus obolis prostituebant.

62 *Quojuſ ego nebulæ cyatho*] 'Ne-bulam' pro re levi, et nullius mo-menti, ponebant. Unde et 'nebulo-nes.' Persius, 'Grande loenturi ne-bulas Helicone legunto ;' id est, nu-

gas et insania figmenta, qualium est fœcundum poëtarum cerebrum.

67 *Ego elixus sis rolo*] Ludit in voce 'assum,' jamjam dicta a Milphione, quæ mox verbum est, et significat 'adsum,' mox nomen, et significat 'assam rem.'

M<sub>1</sub>. Enimvero, here, facis delicias. AG. de te quidem  
hæc didici omnia. [illic quidem est.

M<sub>1</sub>. Etiamne ut ames eam, quam nunquam tetigeris? nihil  
AG. Deos quoque edepol et amo et metuo, quibus ego ta-  
men abstineo manus. 70

AN. Heu! ecastor, cum ornatum aspicio nostrum amba-  
rum, pœnitet

Exornatae ut simus. AD. immo vero sane coimmode:

Nam pro herili et nostro quæstu satis bene ornatæ sumus:  
Non enim potest quæstus consistere, si eum sumtus supe-  
rat, soror.

Eo illud satiu'st satis, quod satis est, habitus plus quam  
sat est. 75

AG. Ita me Di ament, ut illa me amet malim, quam Di,  
Milphio: [test.

Nam illa mulier lapidem silicem subigere, ut se amet, po-

M<sub>1</sub>. Pol id quidem haud mentire: nam tu es lapide silice  
stultior, caput.

Qui hanc ames. AG. at vide sis, cum illa nunquam limavi

M<sub>1</sub>. Profecto, here, jocaris. AG. Profecto id me docnisti. M<sub>1</sub>. Didicistine  
etiam ut hanc depereas, quam nunquam tetigeris? Profecto nihil est id. AG.  
Per ædem Pollucis, et diligo et timeo etiam Deos, quos tamen non attingo. AN.  
Heu! per ædem Castoris, quando aspicio nostrum cultum, pudet quod sumus sic  
exculta. AD. Immo vero profecto bene: nam sumus satis eleganter culta pro  
lucre heri et nostro: nam lucrum non potest sibi constare, soror, si sumtus id  
vincit. Illud satis, quod est satis, est satius, quando habetur, quam quod est plus  
quam satis. AG. Per Deos juro, me malle ab illa amari, quam a Diis, Milphio:  
nam illa mulier potest cogere rupem ad sui amorem. M<sub>1</sub>. Per Pollucem, non  
falleris: nam tu es hebetior saxo, qui hanc depereas. AG. Sed ride, si vis, nun-

elixum volo; B. I. AG. at ego te elixus sis.—68 Enim, here B. I. Enim, ere C. 2.  
didici quidem est C. decem voc. omissis.—69 B. I. nihil hic quidem est.—  
71 Eu ecastor C. et C. 2.—72 Al. ut sumus.—73 Pll. pro erilicet; hæc herili et  
desunt in B. I. exornatae sumus Parei 3.—74 Pll. non sistere.—75 Eo illut C.  
saucius si satis B. I. habitu Parei 3. habitu, quam plus quam sat est Douz. ha-  
bitu, quam quod plus sat est Bipont.—76 Di amet C.—78 Pol it C. et C. 2.—

#### NOTÆ

- 68 *Facis delicias*] Id est, jocaris. ex te didici.  
Verniliter subjicit responsionem A- 79 *Limari caput*] ‘Limare’ seu  
gorastocles, et id a Milphione didi- ‘collimare’ caput, est conjungere,  
cissee profitetur. Quasi dicat non est conterere.  
heri serviles adhibere jocos; sed id

M<sub>1</sub>. Curram igitur aliquo ad piscinam, aut lacum, limum petam. 80

A<sub>G</sub>. Quid eo opus sit? M<sub>1</sub>. ego dicam: ut illi et tibi limem caput.

A<sub>G</sub>. I in malam rem! M<sub>1</sub>. ibi sum equidem. A<sub>G</sub>. pergis? M<sub>1</sub>. taceo. A<sub>G</sub>. at perpetuo volo.

M<sub>1</sub>. Enimvero, here, meo me laccessis ludo, et delicias facis.

A<sub>N</sub>. Satis nunc lepide ornatam credo, soror, te tibi vide-rier:

Sed ubi exempla conferentur meretricum aliarum, ibi tibi 85  
Erit cordolum, si quam ornatam melius forte conspexeris.

A<sub>D</sub>. Invidia in me nunquam innata est, neque malitia, mea soror:

Bono ingenio me esse ornatam, quam auro multo mavolo.  
Aurum in fortuna invenitur, natura ingenium bonum.

Bonam ego quam beatam me esse nimio dici mavolo. 90

Meretricem pudorem gerere magis decet, quam purpuram:  
Magisque meretricem pudorem, quam aurum gerere conde-cet.

Pulchrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt.

quam limari caput cum illa. M<sub>1</sub>. Pergam igitur aliquo, ad piscinam, aut lacum, quæsitum limum. A<sub>G</sub>. Quare? M<sub>1</sub>. Ego aperiam; ut eo limem caput et tuum, et illius. A<sub>G</sub>. I in malam crucem! M<sub>1</sub>. Equidem sum illic jam. A<sub>G</sub>. Adhuc loqueris? M<sub>1</sub>. Sileo. A<sub>G</sub>. Sed mando semper taceas. M<sub>1</sub>. Nimirum, here, me provocas meo ludo, et jocaris. A<sub>N</sub>. Arbitror, soror, te existimare te satis scite esse cultam: sed quando comparabuntur tecum aliæ mulieres, tunc dolebis, si forsitan videris aliquam concinnius excutiam. A<sub>D</sub>. Invidiam nunquam animo concepi, neque nequitiam, mea soror; malui me ornari bona indeole, quam auro. Re-peritur aurum in fortuna secunda, indeole in natura: ego malo haberi bona, quam fortunata. Præstat mulierem præferre verecundiam, quam purpuram: præstat mulierem fulgere pudore, quam auro. Mores obsœni inquinant magis quam lutum

79 Pll. cum illac. C. 2. lamavi.—80 C. aud ad lacum; Parei 3. aut ad lacum.—

81 Quid ego opus sit B. 1. limen caput C. et C. 2. tibi et illi liment caput al. ap. Pareum.—82 Al. ap. Parenm inibi sum. Pll. perdis pro pergis.—83 Enimvero ære Pll.—85 C. et C. 2. conferuntur meretricum.—86 Erit cor dolium Pll. ad-spexeris C. et C. 2.—87 B. 1. neque me malicia mala soror.—88 B. 1. que

#### NOTÆ

81 Ut illi limem caput] Id est, limo, leas perpetuo, quod est hominis mor-tui: nunc Milphio reponit domino, sumto jocandi argumento a 'limando,' quasi sit a 'laccesis me ludo meo,' id est, verni-liter cum verna jocaris.

82 At perpetuo volo] Id est, ut si-

90 Quam beatam] Beatos olim vo-

Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant.

AG. Echo tu! vin' tu facinus facere lepidum et festivom?  
MI. volo. 95

AG. Potesne mihi auscultare? MI. possum. AG. abi-  
domum, ac suspende te.

MI. Quamobrem? AG. quia jam nunquam audibis verba  
tot tam suavia. [te.]

Quid tibi opu'st vixisse? ausculta mihi modo, ac suspende

MI. Siquidem tu es mecum futurus pro uva passa pensilis.

AG. At ego amo hanc. MI. at ego esse et bibere. AD.  
echo tu, quid ais? AN. quid rogas? 100

AD. Viden' tu, pleni oculi sordium qui erant, jam splen-  
dent mihi?

AN. Immo etiam in medio oculo paulum sordet. AD.  
cedo sis dexteram. [teras?]

AG. Ut tu quidem hujus oculos illotis manibus tractes ac

AN. Nimia nos socordia hodie tenuit. AD. qua de re, ob-  
secro?

AN. Quia jam non dudum ante lucem ad ædem Veneris  
venimus, 105

Primæ ut inferremus ignem in aram. AD. ah! non facto'st  
opus:

elegantem cultum. Mores sciti emendant facile factis inscitum cultum. AG.  
Heus tu! Visne tu exhibere aliquid scitum et elegans? MI. Volo. AG. Potesne  
mihi præbere aurem? MI. Possum. AG. Proficiscere domum, ac te suspende.  
MI. Quare? AG. Quia nunquam andies deinceps tot dicta tam jucunda. Quid  
opus est tibi vita? Præbe mihi aurem modo, ac te suspende. MI. Ibo si tu pen-  
debis mecum, sicut uva passa. AG. Sed ego hanc amo. MI. At ego amo edere  
et bibere. AD. Heus tu! quid ais? AN. Quid petis? AD. Aspice; oculi qui  
mox sordebant, jam splendent? AN. Immo est adhuc parum sordis in medio oculo.  
AD. Da, si placet, manum. AG. Ut tu attrectes ac uteras hujus oculos manibus  
sordidis? AN. Nimis pigræ fuimus hodie. AD. Quare, amabo? AN. Quia non  
venimus multo antequam illucesceret ad fanum Veneris, ut accenderemus primæ  
ignem ad aram. AD. Ah! non est opus facere: quæ habent vultum nocte obre-

auro.—90 C. nimio deci.—92 Magis quidem meretricem B. 1.—95 Echo vin-  
tu B. 1.—97 C. et C. 2. qui jam; al. quia nunquam audebis.—99 Voc. pas-  
sa deest in B. 1. C. 2. pensibus C.—101 Viden an pleni oculi sorde qui B.  
1. sorderunt qui C. et C. 2.—102 Parei 3. parum sordis; B. 1. paulum sor-  
dis est.—103 Pil. inlutis; B. 1. in lutis m. t. ac teras.—106 Prima cum ut

#### NOTÆ

cabant, qui abundarent opibus. ut passæ fiant, et usui sint in reli-

99 Pro uva passa] Alludit ad uvas quum annum. Inde 'passi' senes  
quæ suspenduntur vertente autumno, dicuntur 'sicci' et 'exsangues.'

Quæ habent nocturna ora, noctu sacrificatum ire occupant:

Priusquam Venus expergiscatur, prius deproperant sedulo  
Sacrificare: nam vigilante Venere si veniant eæ,  
Ita sunt turpes, credo ecastor Venerem ipsam e fano fugent.

110  
Ag. Milphio. Mi. edepol Milphionem miserum! quid nunc  
vis tibi? [terculos,

Ag. Obsecro hercle, ut mulsa loquitur! Mi. nihil nisi la-  
Sesamum, papaveremque, triticum, et frictas nuces.

Ag. Ecquid amare videor? Mi. damnum, quod Mercurius  
minime amat.

Ag. Namque edepol lucrum amare nullum amatorem ad-  
debet.

115  
An. Eamus, mea germana. Ad. age sis, ut lubet: se-  
quere hac. An. sequor.

Ag. Eunt hæ: quid si adeamus? Mi. adeas. Ag. pri-  
mum prima salva sis:

*lendum, accelerant ire ad sacrificandum noctu: festinant diligenter sacrificare, antequam Venus excitetur a somno. Num si eæ accedunt Venere excitata, sunt adeo deformes, ut puto, ecastor, erumpere cogant e templo ipsam Venerem. AG. Milphio. Mi. Per adem Pollucis Milphionem inflictem! Quid tibi vis? AG. Quæso, per Herculem, ut loquitur lepida puella! Mi. Nihil loquitur, nisi laterculos pistorios, sesamum, triticum, papaver, et nuces frictas. AG. Quid arbitraris me anure? Mi. Detrimentum, quod Mercurius non amat. AG. Per adem Pol- lucis, nullum oportet amatorem anare quantum. AN. Eamus, mea soror. AD. Age, si vis, ut placet. Sequere hac. AN. Sequor. AG. Hæ pergunt. Quid si ad eas accedamus? Mi. Accede. AG. Primum, salte prima; et tu altera,*

\*\*\*\*\*

C. C. 2. et Parci 3. inferremus signem Pll. Ad. non factost opus B. 1.—107 Pll. occupans.—108 Priusq. expergiscatur Venus deproperant B. 1. expe-  
riscatur C.—109 B. 1. si v. hæ; Pll. si v. ææ.—110 B. 1. e fano fugere.—  
112 Opsecro h. ut nulsa C.—113 Sesamum C. et C. 2. papaverem C. nuces in  
eodem codice.—115 B. 1. addocet.—117 Ritters. quid si adeamus ad eas? pri-

#### NOTÆ

107 *Nocturna ora*] ‘Nocturna ora,’ et  
‘nocturni oculi,’ sunt deformes, no-  
tuque non interdiu ostendendi, qui-  
que mali sint ominis, ut noctuæ.

112 *Laterculos*] ‘Laterculus’ ge-  
nus pistorii operis, a figura lateris sic  
dictus.

113 *Sesamum*] Est et aliud placen-

tæ dulciariae genus e sesamo et mel-  
le. Sesamum inter frumenta nume-  
ratur a Plinio.

*Frictus*] Tostas.

114 *Damnum, quod Mercurius*] Si  
quidem Mercurius non damni, sed  
lueri Deus.

Et secunda tu secundo salve in pretio: tertia  
Salve extra pretium. ANC. tum pol ego et oleum et ope-  
ram perdidi.

AG. Quo te agis? AD. egone? in ædem Veneris. AG.  
quid eo? AD. ut Venerem propitiem. 120

AG. Echo, an irata est? propitia hercle est: vel ego pro illa  
spondeo. [tam sæviter!

AD. Quid tu agis? quid mihi molestus, obsecro? AG. ah!

AD. Mitte, amabo. AG. quid festinas? turba nunc illi  
est. AD. scio.

Sunt illi aliæ, quas spectare ego, et me spectari volo.

AG. Qui lubet spectare turpes, pulchram spectandam dare?

AD. Quia apud ædem Veneris hodie est mercatus mere-  
tricius. 126

Eo convenient mercatores: ibi ego me ostendi volo.

AG. Invendibili merce oportet ultro emtorem adducere;  
Proba merx facile emtorem reperit, tametsi in abstruso  
sita est.

Quid ais tu? quando illi apud me mecum caput et corpus  
copulas? 130

AD. Quo die Orcus ab Acheronte mortuos amiserit.

*salva sis secundo gradu: salve tertia sine gradu.* ANC. Per Pollucem ego perdidi  
oleum et operam. AG. Quo pergis? AD. Egone? In fanum Veneris. AG.  
Cur illo? AD. Ut placem Venerem. AG. Echo! Estne irata? Per Herculem  
faret: vel ego vadem me præsto pro illa. AD. Quid moliris tu? Quare me mo-  
lestia afficis? AG. Ah! tam crudeliter! AD. Sine, quæso. AG. Quare ac-  
celeras? Est nunc illie turba. AD. Non ignoro: sunt aliae illie, quas libet cer-  
nere, et a quibus me cerni cupio. AG. Quomodo libet contemplari deformes,  
et exhibere formosam deformibus conspicendam? AD. Quia hodie est mercatus  
puellarum apud delubrum Veneris. Mercatores eo sese conserunt: libet  
me ibi exhiberi. AG. Oportet adducere ultro emtorem, quando merx difficile  
vendi potest. Bona merx invenit facile emtorem, quamvis posita sit in occulto.  
Quid facis tu? Quando conjungeris mecum in meis ædibus? AD. Eo die quo

-----

num, &c.—118 C. C. 2. B. 1. Ven. 1. et Parei 3. tu in secundo.—120 Voc.  
ædem deest in edd. quibnsdam vett. quid eo tu Parei 3.—121 Eon irata est B.  
1. Echo' iratus est C. 2.—122 Quid tu ais C. C. 2. B. 1.—123 B. 1. quid festina.  
—124 Sunt illi aliae B. 1.—125 Quid lubet al. ap. Pareum.—128 Invendibile  
meis C.—129 Proba mers Pli.—131 C. Orchus ab Acharunte; C. 2. ab Aharonte.

#### NOTÆ

118 *Tertia*] Pedissequa est extra quæ secunda, nullomodo est venusta-  
pretium; id est, cum Adelphasio, te comparanda.

quæ prima salutatur, et Anterastili, 119 *Oleum et operam*] Quia pedisse-

- AG.** Sunt mihi intus nescio quot nummi aurei lymphatici.  
**AD.** Deferto ad me, faxo actutum constiterit lymphaticum.  
**M1.** Bellula hercle! **AG.** i dierecte in maxumam malam crucem.  
**M1.** Quam magis aspecto, tam magis est nimbata, et nugae meræ. 135  
**AD.** Segrega sermonem: tædet. **AG.** age, sustolle hoc amiculum. [tocles.]  
**AD.** Pura sum: comperce, amabo, me attractare, Agorastocles.  
**AG.** Quid agam nunc? **M1.** si sapias, curam hanc facere compendi potes.  
**AG.** Quid ego nunc te curem? quid agis, Milphio? **M1.** ecce odium meum.

*Pluto dimittet mortuos ab inferis. AG. Habeo domi aliquot nummos lymphaticos. AD. Affer mihi; dabo operam, ut statim vagari desinant lymphatici. M1. Lepida per Herculem! AG. I furcifer in maximam malam crucem. M1. Quo plus contempnor, hoc fucatior est, et magis nuga puræ. AD. Ne mihi loquaris! tædet me tui sermonis. AG. Age, remore hunc amictum. AD. Sun pura: noli, quæso, me contingere procacius, Agorastocles. AG. Quid faciam nunc? M1. Si sapias, potes minus habere solitudinis. AG. Quare sollicitus es de meis rebus? Quid facis, Milphio? M1. Adest homo mihi inquis.*

---

Mox, PH. amiseris.—132 C. et C. 2. nescio quod.—134 Parei 3. hercle est. C. i directe immixtum.—135 C. nimbata.—136 C. tædet; C. 2. tædet. B. 1. hunc amiculum.—138 PH. potest.—139 Quid ego nunc te curem namque istec magis

## NOTÆ

qua dederat operam, ut non minus venusta videretur quam heræ duæ.

132 *Nuumi lymphatici*] Id est, qui se in crumena continere non possunt, hominis præsentim prodigi. Porro 'lymphare', idem est ac obfuscinare, et utrumque ἐνθουσιάζειν, id est, *furore corripi*: 'obfuscinare' enim dicebant eos qui in lucis lubenter versarentur, in quibus Deorum præsentia agitari potabantur. Unde et 'lymphati' dicebantur νυμφόληπτοι quasi ii quibus nymphæ conspectae essent.

133 *Constiterit lymphaticum*] Quasi dicat Adelphasium: 'Da mihi nummos lymphaticos; eos reducam ad meliorem mentem. Faciam ut consistant in mea crumena.'

135 *Est nimbata*] 'Nimbus' erat fascia frontalis. Nam frons parva inter formæ decora reputabatur. Idecirco ut minores frontes apparerent, utebantur puellæ fasciola quadam prætenni, qua præcingebant frontem. Unde Arnobius: 'Imminuerent frontes nimbis.'

137 *Pura sum*] Moris erat, ut qui sese ad sacra accingerent, magnopere eaverent ne quid committerent quo Diis esse possent ingrati. Sie arcet a se Agorastoclem, ne continget, et hoc contactu fiat imparata rebus sacris Adelphasium. Idecirco et antequam irent ad templum, lavare se solebant.

139 *Quid curem*] Inusitate dictum pro 'quid curas?' Quasi sit: Quare

Quid me vis? Ag. cur mihi hæc irata est? Ml. cur hæc  
irata est tibi?

140

Cur ego id curem? namque istæc magis tua est curatio.

Ag. Jam hercle tu peristi, nisi illam mihi tam tranquillam  
facis,

Quam mare est olim, cum ibi alcedo pullos educit suos.

Ml. Quid faciam? Ag. exora, blandire, expalpa. Ml.  
faciam sedulo.

Sed vide sis, ne tu oratorem hunc pugnis pectas postea.

Ag. Non faciam. Ad. nos eamus nunc: etiam morare?  
male facis.

146

Bene promittis multa: ex multis omnia incassum cadunt.

Liberare juravisti me haud semel, sed centies.

Dum te expecto, neque usquam aliam mihi paravi copiam,  
Neque istuc usquam apparet: ita nunc servio nihilo minus.

I, soror: abscede tu a me. Ag. perii, cho! quid agis,  
Milphio?

151

Ml. Mea voluptas! meæ deliciæ! mea vita! mea amœ-  
nitas!

*Quid me vis? Ag. Quare illa mihi est infensa? Ml. Quare hæc est infensa tibi? Quid curo? Est magis tuum curare id. Ag. Per Herculem tu perditus es, nisi mihi reddis illam tam placatam, quam mare est, quando alcedo educit ibi suos pullos. Ml. Quid agam? Ag. Compreccare, adulare, denulce. Ml. Agam sedulo; sed cave, si placet, ne tu hunc oratorem cedas postea pugnis. Ag. Non agam. Ad. Eamus nunc nos. Adhuc retardas? Male agis. Polliceris bene multa: omnia recidunt in nihilum. Juravisti non semel, sed centies, me a te manumittendam. Interea dum opperior, mihi non quesivi aliunde aliud auxilium: neque quod pollicitus es præstas: itaque nihilominus serva sum. Eamus, o soror. Absiste tu a me. Ag. Interii, cho! Quid facis, Milphio? Ml. Mea voluptas! meæ de-*

-----

*mea' st curatio. Nam hercle, &c. C. 2. quid agam B. I. quid ais mi Milphio al. Milphio ecce odium meum desunt in C. 2.—140 Qur me C.—141 Qur ego idem cod. me'a st curatio C.—143 C. C. 2. B. I. olim est. B. I. alcione; C. alcyo. Pl. seducit suos.—144 C. xora.—146 Pronomiu nos deest in B. I. non a cuius in me esset morare et malefacis Pl.—148 Nam liberare Parei 3. Liberare jura vis*

#### NOTÆ

curas me? Sumis de me curam? Ti-  
bi curam procream de me?

143 *Alcedo*] Varro, ‘Hæc avis  
Græce dicitur ἀλκυὼν, a nostris al-  
cedo.’ Plinius, ‘Ante brumam septem  
diebus, totidemque postea, sternitor  
mare halcyonum futuræ,’ unde no-

men hi dies traxere: reliquum tem-  
pus hyemat.’

147 *Ex multis omnia incassum ca-  
dunt*] Quasi dicat: multa promittis,  
et illa multa, quæ promittis, minime  
imples, sed omnia incassum ruunt.

Meus ocellus! meum labellum! mea salus! meum savium!  
Meum mel! meum cor! mea colostra! meus molliculus  
caseus!

AG. Mene ego illæc patiar præsente dici? diserucior mi-  
ser,

155

Nisi ego illum jubeo quadrigis cursim ad carnuficem rapi.

M1. Noli, amabo, succensere hero meo causa mea.

Si non ego falso: irata es; nimium pro te dabit:

Atque te faciet, ut sis civis Attica atque libera.

AD. Quin abire sinis? quid vis tibi? Qui bene volunt,  
bene vis item.

160

M1. Si ante quidem mentitus est, nunc jam dehinc erit ve-  
rax tibi. [quomodo?

AD. Abscede hinc sis, sycophanta. M1. pareo: at scin'  
Sine te exorem, sine te prendam auriculis, sine dem savium.  
Jam hercule ego faciam plorantem illum, nisi te facio pro-  
pitiam.

licie! mea vita! mea amœnitas! meus oculus! meum labellum! mea salus! meum  
savium! meum mel! meum cor! mea colostra! meus molliculus caseus! AG.  
Egō ferām proferri illa me spectante? Differor infelix, nisi ego impero illum  
trahi quadrigis citissime ad tortorem. M1. Ne irascuris, queso, meo hero prop-  
ter me. AD. Si non ego falso: irata es; numerabit pro te pecuniam luben-  
tissime; et dabit operam ut tu sis civis Attica et libera. AD. Quin sinis  
abire? Quid tibi vis? Es benevolus erga benevolos. M1. Profecto si te fefellerit  
antea, deinceps non te decipiet. AD. Abi hinc, sycophanta. M1. Aboe: ut scisne  
qua conditione? Sine ut te obtester; sine te tencam auriculis; sine ut tibi imper-  
tiā osculum. Per Herculem ego illum reddam lacrymantem, nisi te reddo placata-

-----

C. et C. 2. sed entleus C. sed deciens Parei 3.—154 Meum mei C. mea collus-  
tra B. 1. C. 2. mea colustra C. Mox, dulciculus caseus C. 2.—155 Mene ego  
præsente patiar illec dici B. 1.—157 Pll. suscensere. C. 2. ere meo.—158 Ego  
falso sine B. 1. falso si non irata es nimium pro te C. falso si non irata es pro te  
C. 2. argentum pro te Parei 3. AD. Ego falso: sine. M1. irata es nimium:  
argentum pro, &c. Bipont. AD. Ego falso: sine! M1. irata es: nim. &c. Delph.  
—160 Quin audire Pll. simus, pro sinis, C. 2. qui tu tibi C. qui [lacuna] tibi  
[lacuna] qui bne C. 2. bene visitent B. 1. et Bipont. bene fici sent Lips. bne  
usui sent al. ap. Pareum.—161 B. 1. et Pll. mentitus sit; C. quidem entitus sit.  
—162 Abice te de hinc B. 1. parco C. parero B. 1. at sin C. et C. 2.—163 B.  
1. et Pll. te prehendam. B. 1. suavum.—164 Jam ego hercule edd. quædam vett.

#### NOTÆ

154 *Colostra*] *Colostra*, sive *Colos-* lunt.  
*trum*, lac novum in mammis.

160 *Bene vis item*] Id est, omnes rum quos osculabantur, auriculas am-  
solent bene velle iis qui bene vo- bas apprehendebant.

*Delph. et Var. Clas.*

*Plaut.*

4 M

Atque hic me ne verberet (illud faciet, nisi te propitio) 165  
Male formido: novi ego hujus mores morosi malos.

Quamobrem, amabo, mea voluptas, sine te exorari.

AG. Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigiae  
Exturbo oculos atque dentes: hem voluptatem tibi!

Hem mel! hem cor! hem labellum! hem salutem! hem  
savium! 170

M<sub>I</sub>. Impias, here, te: oratorem verberas. AG. jam istoc  
magis.

Et jam ocellum addam, et labellum, et linguam. M<sub>I</sub>. ec-  
quid facies modi? [AG. rogas?

AG. Siccine ego te orare jussi? M<sub>I</sub>. quomodo ergo orem?

Sic enim dices, sceleste: Hujus voluptas, te obsecro:

Hujus mel, hujus cor, hujus labellum, hujus lingua, hujus  
savium, 175

Hujus colostra, hujus salus amoena, hujus festivitas,

Hujus colostra, hujus dulciculus caseus, mastigia,

Hujus cor, hujus studium, hujus savium, mastigia;

Omnia illa, quae dicebas tua esse, ea memorares mea.

M<sub>I</sub>. Obsecro hercle te, voluptas hujus, atque odium meum!

*tam; et valde pertimesco, ne hic me verberet, facietque id nisi te placo. Ego novi  
malos mores hujus morosi hominis. Quapropter, quæso, mea voluptas, patere te  
exorari. AG. Ego dispereum, nisi ego excussero oculos atque dentes illi furcifero.  
Hem tibi voluptatem! hem mel! hem cor! hem labellum! hem salutem! hem  
savium! M<sub>I</sub>. Te incestas, here! pulsas legatum. AG. Addam et hoc. Et ocel-  
lum, et labellum, et linguam. M<sub>I</sub>. Finenue facies? AG. Siccine ego te mandari  
orare? M<sub>I</sub>. Quomodo igitur orem? AG. Petis? Sic loquaris, improbe: hujus  
voluptas, te rogo: hujus mel, hujus cor, hujus labellum, hujus lingua, hujus savium,  
hujus salus amoena, hujus festivitas, hujus colostra, hujus dulciculus caseus, mas-  
tigia, hujus cor, hujus studium, hujus savium, mastigia. Omnia illa quæ dicebas  
esse tua, dices ea esse mea. M<sub>I</sub>. Rogo te, per Herculem, hujus voluptas, atque*

-----

—165 C. et C. 2. illum faciat.—166 C. *mores moros i malos*; C. 2. *mores mores  
malos*.—169 C. *me' voluptatem*.—170 C. *hem sualum*.—171 *Impie sic oratorem*  
B. 1. *Impia secrete C. 2. Impie, siccine orat. verberas al. ap. Pareum*.—172 B.  
1. *addas . . . echo quid facias*.—173 Pll. *orares*.—175 C. *hujus salum*.—176 *Hujus  
colostra, hujus salus, amoena hujus festivitas C.* Hic versus deest in B. 1. et C.

#### NOTÆ

171 *Impias te]* Id est, scelere te  
contaminas, qui oratorem, id est, le-  
gatum, contra jus gentium verberas.  
‘*Impiare se*,’ est peccare contra reli-  
gionem numinis, et indignum se red-

dere aditn templorum, nisi expiati-  
one præmissa. Porro legati, qui et  
oratores, semper habiti sunt inviola-  
biles.

Hujus amica mammeata, mea inimica et malevola!      181  
*Oculus hujus, lippitudo mea!* mel hujus, fel meum!

*Ut tu huic irata ne sis: aut si id fieri non potest—*

**Ad.** Capias restim, ac te suspendas cum hero et vostra familia.

**Ml.** Nam mihi jam video propter te vicitandum sorbilo,  
*Itaque jam quasi ostreatum tergum ulceribus gestito,*      186

*Propter amorem vostrum.* **Ad.** amabo, men' prohibere postulas,

*Ne te verberet, magis quam ne mendax me advorsum siet?*

**An.** Aliquid huic responde, amabo, commode; ne incommodus

*Nobis sit: nam detinet nos de nostro negotio.*      190

**Ad.** Verum etiam tibi hanc amittam noxiā unam, Agorastocles.

*Non sum irata. Ag. non es?* **Ad.** non sum. *Ag.* da ergo, ut credam, savium.      [nue.]

**Ad.** Mox dabo, cum ab re divina rediero. *Ag.* i ergo stre-

**Ad.** Sequere me, soror. *Ag.* atque audin' etiam? Veneri dicio      194

*neum odium! amica hujus mammecata, mea inimica et malevola! hujus oculus, mea lippitudo! hujus mel, meum fel! ut tu ne succensus huic: aut si id non potest fieri—Ad. Capias laqueum, ac te suspendas, cum hero et restrā familia. Ml. Nam animadverto jam mihi ritum trahendam in suspīriis, tñi causa; itaque jam fero scapulas, quasi ostracitus vibicibus, vestri amoris gratia. Ad. Rogasne, ut prohibeam, ne te pulset, potius quam ne sit infidlus erga me? An. Repone huic nonnihil, queso, amice, ne nobis sit molestus; nam nos impedit, ne obcanus nostra negotia. Ad. Verum tibi condonabo hanc culpam unam adhuc, Agorastocles. Non succenso. Ag. Non succenses? Ad. Non succesco. Ag. Da ergo osculum ut credam. Ad. Dabo modo, quando revertar a sacrificio. Ag. I ergo celeriter. Ad. Sequere me, soror. Ag. Audi adhuc hoc verbum. Dic Veneri*



2.—180 *C. adque odiuin.*—181 *Voc. mammeata* deest in B. I. *maminiata* legitur in C. et C. 2.—182 *Ocule ejus* B. I. *Oculos h. lippitudo* Pll.—183 *Ut huic al. ap. Parenim.*—184 *B. I. suspende;* C. *suspensus.*—185 *Hem mihi* B. I. *Num mihi* Pll. *propter tete Parei 3. sorbitio* al. ap. Pareum.—186 *B. I. ostrea tu.*—187 *C. brohibere.*—189 *B. I. incommodis.*—191 *Verum est* B. I. *admittam noxiā hanc idem codex.*—192 *C. suavium.*—194 *Seque me idem codex.* Mox, adque

#### NOTÆ

181 *Mammeata*] Id est, mammosa. dari solitus. Vel hoc loco intelligitur *Nonius.* gemitus, quia qui gemunt, animam

185 *Victitandum sorbilo*] ‘Sorbilus’ cerebro resorbent. est mollior cibus pueris, ægrotisque      186 *Ostreatum tergum ulceribus*]

Multam meis verbis salutem. **AD.** dicam. **AG.** atque  
hoc audi. **AD.** quid est? [spice.  
**AG.** Paucis verbis rem divinam facito: atque audin' re-  
Respexit: idem pol Venerem credo facturam tibi.

*multum salutem, meis verbis. AD. Dicam. AG. Audi et hoc. AD. Quid est? AG. Perfice rem divinam paucis verbis: audi adhuc: respice. Respexit. Per Pol- lucem credo Venerem tibi idem esse facturan.*

*audin Pll.—195 Multa C. et C. 2. etiam audi Parei 3.—197 Lips. respice. AD. Respexi. AG. idem pol, &c.*

## NOTÆ

Sumta ab ostreis metaphora. Quia ostrei asperitatem coloremq[ue] re-  
vulnus incrustatum qnodam modo præsentat.

## ACTUS PRIMI SCENA TERTIA.

AGORASTOCLES, MILPHIO.

**AG.** QUID nunc mihi es auctor, Milphio? **Ml.** ut me ver-  
beres,

Atque auctionem facias: nam impunissume  
Tibi quidem hercle vendere hasce ædis licet.

**AG.** Quid jam? **Ml.** majorem partem in ore habitas meo.

**AG.** Supersede istis verbis. **Ml.** quid nunc vis tibi? 5

**AG.** Trecentos Philippo Collybisco villico

**AG.** Quod consilium mihi das nunc, Milphio? **Ml.** Ut me excipias flagris, at-

que auctionem indices. Nam proculdubio tibi licet rendere hanc domum impune.

**AG.** Quare? **Ml.** Quia versaris, maxima parte temporis, in meo ore. **AG.** Præ-

termitte istam orationem. **Ml.** Quid tibi vis nunc? **AG.** Numeravi jampridem

4 Pll. majorem parte minore habitas mea; et sic B. 1. nisi quod habet meā.—

## NOTÆ

2 *Auctionem facias*] Captat jocum ex voce ‘auctor,’ qua rogavit Agorastocles ‘quid auctor esset,’ respondet, auctionem faciat.

4 *Majorem partem in ore habitas meo*] Id est, semper te in ore habeo, adeo assidue coactus sum hactenus frequenter usurpare nomen tuum, aut

ad deprecanda verbera, aut ad te admonendum officii, aut ad te defendendum adversus tuos adversarios, aut ad te collaudandum. Cicero, ‘Qui familiaritatis licentia suorum improbissimorum sermonum domiciliū in auribus ejus impulsu vestro collocaverunt.’

Dedi dudum, priusquam me evocasti foras.  
 Nunc obsecro te, Milphio, hanc per dexteram,  
 Perque hanc sororem lævam, perque oculos tuos,  
 Perque meos amores, perque Adelphasium meam, 10  
 Perque tuam libertatem. Ml. hem! nunc nihil obsecras.  
 Ag. Mi Milphidisce, mea commoditas, mea salus,  
 Fac, quod facturum te esse promisisti mihi,  
 Ut ego hunc lenonem perdam. Ml. perfacile id quidem est.  
 I, adduce testes tecum : ego intus interim 15  
 Jam et ornamenti meis et sycophantiis  
 Tuum exornabo villicum : propera atque abi.  
 Ag. Fugio. Ml. meum est istuc magis officium, quam tuum.  
 Ag. Egone? egone? si istuc lepide effexis! Ml. i modo.  
 Ag. Ut non ego te hodie! Ml. abi modo. Ag. emittam  
 manu! [modo.  
 Ml. I modo. Ag. non hercle merecam: ah! Ml. vah! abi

trecentos Philippos Collybiseo villico, antequam me vocares foras. Nunc te queso, Milphio, per hanc dextram, per hanc ejus sororei manum sinistram, per tuos oculos, per meos amores, per meum Adelphasium, et per tuam libertatem. Ml. Hem! per nihil rogas nunc. Ag. Mi Milphidice, homo commodissime, homo salutaris, age quod mili pollicitus es te esse acturum, ut ego perdam hunc lenonem. Ml. Profecto id est pronum. I, adduc tecum testes; interea instruam jam domi tuum villicum meis ornamenti et sycophantiis: acceler, atque proficisci. Ag. Fugia. Ml. Id mili magis incumbit hodie, quam tibi. Ag. Egone? egone? si perfecceris probe id! Ml. Proficisci. Ag. Ut ego te non hodie! Ml. Proficisci. Ag. Emittam manu. Ml. Proficisci! Ag. Per Herculem non merecam. Ah!

11 Pronomen *michi* deest in B. 1.—15 *Abduce et testes* B. 1. *Adduce testes* C. 2.—16 C. *miis et sicophantiis*.—17 C. *adque abi*.—19 C. et C. 2. *lepide faxis*.—

## NOTÆ

9 *Sororem læram*] Veteres omnia paria, et præsertim bina 'fratres' et 'sorores' appellare solebant. Solinus, 'Exsurgit montibus septem, qui a similitudine fratres appellati.' Tertullianus, 'Corpus et anima sorores substantiae.' Auctor Moreti: 'Interdum fessæ succedit læva sorori, Alternatque vices:' hic de duabus manibns.

11 *Nunc nihil obsecras*] Obtestabatur Agorastocles Milphionem per libertatem: respondet, 'nihil obse-

eras;' quasi dicat non sum liber.

21 *Non hercle merecam*] Repete altius et conjunge partes orationis responsionibus interturbatas; deinde supple ellipses. Egone, ut non te manu emittam hodie, si effeceris illud quod pollicitus es, et Indicato lenone Adelphasium mili tradideris? Non certe merecam tot aureis Philippis, aut etiam thesauris, quot sunt in inferis mortui, quot in mari fluctus, nubes et stellæ in celo.

AG. Quantum Acheronte 'st mortuorum. MI. etiamne abis?  
 AG. Neque quantum aquæ est in mari. MI. abiturusne es?  
 AG. Neque nubis quantum. MI. pergin' pergere?  
 AG. Neque stellæ in cœlo. MI. pergin' aures tundere? 25  
 AG. Neque hoc, neque illuc, neque: enim vero serio.  
 Neque hercle vero: quid opus est verbis? quippini!  
 Quod uno verbo dicere hic quidvis licet,  
 Neque hercle vero serio: scin' quomodo?  
 Ita me Di amabunt! vin' bona dicam fide? 30  
 Quod hic inter nos liceat: ita me Juppiter!  
 Scin' quam? vide tu: credin', quod ego fabuler?  
 MI. Si nequeo facere ut abeas, egomet abiero.  
 Nam isti quidem hercle orationi CEdipo  
 Opus est conjectore, qui Sphingi interpres fuit. 35  
 AG. Illinc hinc iratus abiit: nunc mihi cautio est,  
 Ne meamet culpa meo amori objexim moram.

MI. Vah! abi modo. AG. Quotquot sunt mortui in inferis. MI. Proficisce-  
 risne? AG. Neque quotquot sunt fluctus in mari. MI. Proficiscerisne? AG.  
 Neque quotquot sunt nubes. MI. Proficiscerisne? AG. Neque astra in cœlo.  
 MI. Prosequerisne obtundere aures? AG. Neque hoc, neque illud, neque: num  
 dico serio. Neque per Herculem. Quid est opus verbis? Cur non? Licit dicere  
 hic quidlibet uno verbo, per Herculem vero serio. Scisne qua ratione? Ita Dii  
 me amabunt! visne dicam bona fide? Quod liceat hic dicere inter nos. Ita me  
 Jupiter! Scisne quum? Vide tu. Credisne quod ego dico? MI. Si non pos-  
 sum impetrare a te, ut excedas, hinc ego excessero ipse. Num est opus isti quidem  
 sermoni conjectore CEdipo, qui fuit interpres Sphingis. AG. Ille excessit hinc  
 iratus. Mihi cavendum est nunc, ne meamet culpa afferam moram meis amori-

\*\*\*\*\*

21 Voc. *ah* et *vah* desunt in B. 1.—23 B. 1. est *aqua*; C. *aqua* 'st.—24 Neque  
 nubes quantum est C. 2. *nubes* etiam C. *quantum* est B. 1. *pergin* vero Parei 3.—  
 33 B. 1. *egomet* abiere volo; C. *egomet* abireo.—34 CEdipo Pll.—35 *Opus con-*  
*jectore est Bipont.*—36 Illic B. 1.—37 *Ne meam culpam* C. 2. *Ne meapse* *cupa*

## NOTÆ

26 *Neque hoc*] Ab hoc versu ad 33. sunt tenebræ data opera a poëta in orationem Agorastoclis inducta.

34 *Orationi CEdipo Opus est*] CEdipo Laii Thebanorum regis, et Jocasta filius, unus fuit, qui Sphingis ænigma solvere potuit. Quod ejusmodi erat: 'Quodnam animal mane pedibus quatuor, seu quadrupes, meridibipes, vespere triples incederet; id que est interpretatus de homine, qui

puer non minns manibus quam pedibus nititur; adultior duobus pedibus insistit; senex baculo indiget. Dicit autem Milphio orationem heri sui Agorastoclis indigere CEdipo interprete propter insignem obscuritatem, quæ est a versu 26. ad 33. Porro haec obscuritas consulto inducta est orationi amatoris, ut ostendat amorem in ipsam rationem impetum facere, eamque de sede dejicere.

Ibo atque arcessam testes ; quando amor jubet  
Meo obedientem me esse servo liberum.

*bus. Ibo atque arcessam testes; quoniam amor rult esse obsequentem suo servo liberum.*

al. ap. Pareum. Mox, *objiciam* B. 1.—38 C. *amor lubet.*—39 *Me obedientem esse* B. 1. *me deest etiam in Pll.*

## ACTUS SECUNDUS.

### LYCUS, ANTHEMONIDES.

LY. Di illum infelicit omnes, qui post hunc diem  
Leno ullam Veneri unquam immolarit hostiam,  
Quive ullum thuris granum sacrificaverit.  
Nam ego hodie infelix Dis meis iratissumis  
Sex immolavi agnos : nec potui tamen 5  
Propitiam Venerem facere uti esset mihi.  
Quoniam litare nequeo, abii illinc illico  
Iratus : vetui exta prosicarier:  
Neque ea aspicere volui : quoniam non bona

LV. *Omnis Diu illum lenonem reddant infelicem, qui deinceps sacrificaverit ullam victimam Veneri, et qui ei incenderit ullam micam thuris.* *Nan ego infotunatus mactari hodie sex agnos meis Diis iniquissimis ; nec tamen potui assequi, ut Venus mihi fareret.* *Quoniam non possum litare, me proripui hinc iratus : prohibui dividi exta : neque volui ea intueri.* *Quia aruspex monuit ea non esse*

1 Edd. quædam vett. *infelicitent.*—3 *Quire illum* B. 1.—5 *Sexagenos immolari* al. ap. Pareum.—7 Edd. quædam vett. *illum.*—8 *Iratus otui* C. 2. *otui* Pll. *esta* B. 1.—9 *Neque ego aspicere* B. 1. *ea picere volui* C. *quoniam illa Parei*

### NOTÆ

5 *Sex immolari agnos]* Alii, *sex agnos.* Isidorus, ‘Agones victimæ, agonia hostia.’

7 *Litare]* Macrobius, ‘Facto sacrificio numen placare.’ ‘Sacrificare’ est offrere sacrum et veniam poscere. ‘Litare’ est propitiare, et votum impetrare.

S *Prosicarier]* Nonius, ‘Prosecta

exta quæ aris dantur ex fibris pecundum dissecata.’ Festus, ‘Prosicium quod prosectum porriticur.’ Nimirum exta cocta solebant ‘prosecare’: unde ‘prosecta’ dicebantur. Ac partem adolebant, partem consecrabant sacerdotibusque dabant, partem sibi apponabant.

Aruspex dixit, Deam esse indignam credidi. 10  
 Eo pacto avaræ Veneri pulchre adii manum.  
 Quando id, quod sat erat, satis habere noluit,  
 Ego pausam feci: sic ago: sic me decet.  
 Ego faxo posthac Di Deæque ceteri  
 Contentiores mage erunt, atque avidi minus, 15  
 Cum scibunt, Veneri ut adierit leno manum.  
 Condigne aruspex, non homo trioboli,  
 Omnibus in extis aiebat portendi mihi  
 Malum damnumque, et Deos esse iratos mihi.  
 Quid ei divini aut humani æquom est credere? 20  
 Mina mihi argenti dono postilla data est.  
 Sed quæso ubinam illic restitit miles modo,  
 Qui hanc mihi donavit? quem ego vocavi ad prandium.  
 Sed eccum incedit! AN. ita ut occipi dicere,  
 Lenulle, de illac pugna pentethronica, 25  
 Qua sexaginta millia hominum uno die  
 Volaticorum manibus occidi meis.

*fausta, arbitratus sum Deam esse iratam. Hac ratione reliquæ inanem avaram Venerem. Quia non fuit contenta accipere id quod sufficiebat, ego intermisi munera: sic facio; sic decet facere. Ego assequar deinceps, ut alii Di et Deæ sint contenti minore sumtu, atque minus cupidi, quando audient lenonem inanem reliquisse Venerem. Aruspex et vere homo nihil, dicebat mihi denuntiari, in omnibus extis, malum et detrimentum, et Deos mihi esse infensos. Quid est aequaliter ei credere in divinis et humanis? Mihi dono data est postea mina argenti. Sed obsecro! ubinam ille miles, qui mihi illam donavit, hæsit modo? Quem ego invitavi ad prandium. Sed ecce venit! AN. Ut occipi dicere, lenulle, de illo certamine pentethronico, quo interfeci sexaginta millia hominum alatorum, meis manibus, uno*

3.—10 B. I. dieam; Pist. dea esse indigna credidi; al. ap. Pareum, Deum esse indignam; al. Deum esse indignatam.—13 Ego pausam Gronov. Ego pausam B. I.—15 Pll. adque avidi.—20 Qui dei B. I. haut humani Pll. haut humanæ C. 2. quos crederet B. I. crederet etiam C. et C. 2.—21 C. dona,—25 Lenutte Pll. Lemni B. I. penetronica B. I. pelethonica al. pteronitica al.—26 Qua hominum sexcenta uno die B. I. Quo sexaginta Pll.—27 Evolaticorum Pll. et B. I.—

## NOTÆ

10 *Deam [Deum] esse indignam credidi*] Alii *indignatam*. ‘Deus,’ utriusque generis apud antiquos, ut apud Græcos, Θεός.

11 *Adii manum*] ‘Adire manum’ alicui dicitur is, qui cuipiam tanquam daturus ostentet, sed accipere

gestienti, et manum tendenti, non dat.

25 *Lenulle*] Lenoncule.

*Pugna pentethronica*] Vox fictitia a vano et glorioso milite, nihil significans, nisi tumorem inanem dicens.

LY. Eh! volaticorum hominum? AN. ita dico quidem.

LY. An, obsecro, usquam sunt homines volatici?

AN. Fuere; verum ego interfeci. LY. quomodo 30  
Potuisti?

AN. dicam: viscum legioni dedi,  
Fundasque: eo præsternebant folia farferi.

LY. Quo rei? AN. ne ad fundas viscus adhæresceret.

LY. Perge: optume hercle perjurias: quid postea?

AN. In fundas visci indebant grandiculos globos, 35  
Eo illos volantes jussi funditarier.

Quid multa verba? quemquem visco offenderant,  
Tam crebri ad terram accidebant quam pyra.

Ut quisque acciderat, eum necabam illico  
Per cerebrum pinna sua sibi, quasi turturem. 40

LY. Si hercle istue unquam factum est, tum me Juppiter  
Faciat, ut semper sacrificem, nec unquam litem.

AN. An mihi hæc non credis? LY. credo, ut mihi est æ-  
quum credier.

Age eamus intro, dum exta referuntur. AN. volo  
Narrare tibi etiam unam pugnam. LY. nihil moror. 45  
AN. Ausulta. LY. non hercle. AN. tuum jam elidam  
caput,

die. LY. Ehem! hominum alatorum? AN. Ita dico quidem. LY. An, amabo,  
sunt alicubi homines volatici? AN. Fuerunt: sed ego occidi. LY. Qua ratione  
potuisti? AN. Aperiam. Dedi viscum legioni et fundas: ei visco substravi folia  
farferi. LY. Quare? AN. Ne viscus adhæreret fundis. LY. Prosequere! Pro-  
fecto perjurias optime. Quid deinde? AN. Ponebant in fundis magnos globos  
visci; mandavi eos vibrari in volantes: quid opus est verbis? Quemcumque atti-  
gerant visco, præcipitabant ad terram, tam crebros quam pyra: ut quisque conci-  
derat, eum interfecebam illico per cerebrum, adacta sua ipsa pinna, quasi turturem.  
LY. Profecto si istud est unquam gestum, tum Jupiter concedat, ut semper sacri-  
ficiem, nec unquam litem. AN. An non credis esse vera? LY. Credo, sicut est par  
haberi fidem a me. Age ingrediamur, intereadum referuntur exta. AN. Libet tibi  
narrare adhuc unum certamen. LY. Non curvo tuas pugnas. AN. Audi. LY.  
Profecto non audiam. AN. Tibi communiam jam caput nisi audius, aut is in ma-

28 *Ehem Parei* 3. *Evolaticorum* B. 1. et Pl. omissa *Eh.*—29 C. et C. 2. homi-  
nes riatici.—32 B. 1. prosternebant; C. præsternebam; C. 2. prosternebam.—  
33 Qui rei B. 1.—34 C. 2. qui postea; C. quip postea.—35 C. glovos.—36 Ego  
illos C. et C. 2. jussit C. 2.—37 Pl. quemquam; al. ap. *Pareum*, ut quemque.  
—38 Tam crebi Pl. decidebant B. 1.—39 C. negabam.—40 Idem cod. *gerebrum*.  
—43 C. æquum; C. 2. equum.—45 Narrare inibi C. non moror al. ap. *Pareum*.—

## NOTÆ

32 *Farferi*] Festus, ‘*Farferum, virgulti genns.*’

Nisi auscultas, aut is in malam crucem.

**LY.** Malam crucem ibo potius. **AN.** certumne est tibi?

**LY.** Certum. **AN.** tum tu igitur die bono Aphrodisiis Addice tuam mihi meretricem minusculam. 50

**LY.** Ita res divina mihi fuit: res serias

Omnes extollo ex hoc die in alium diem:

Profecto festos habeam decretum est mihi.

Nunc hinc eamus intro; sequere hac me. **AN.** sequor.

In hunc diem jam tuus sum mercenarius. 55

*lam crucem.* **LY.** *Ibo potius in malam crucem.* **AN.** *Constituistine?* **LY.** *Constitui.* **AN.** *Tum tu ergo festo Aphrodisiorum bono die mihi dimitte tuam minusculam meretricem.* **LY.** *Sic res divina mihi obeunda fuit: transfero res omnes graves ex hoc die in alium diem.* *Sane mihi constitutum est, ut habeam festos.* *Nunc hinc ingrediamur; sequere me hac.* **AN.** *Sequor.* *Sum jam tuus mercenarius in hunc diem.*

---

46 B. 1. *nam hercle.* Pro *tuum*, Taubm. habet *immo*; et sic Bipont.—47 Parei 3. *is hinc in, &c.*—50 *Addice tuam C. minusculum.* *Ita res, &c. eamus intro.* **LY.** *sequere, &c.* Bipont.—51 Parei 3. *mihi fuerit.*—53 *Profectos Pll.* *Profestos al. ap. Pateun.*—55 Pll. *mercennarius.*

#### NOTÆ

49 *Die bono] Festo.*

---

## ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

### AGORASTOCLES, ADVOCATI.

**AG.** *ITA me Di ament, tardo amico nihil est quicquam ini-*  
*qui, [nia.*

*Præsertim homini amanti, qui quicquid agit, properat om-*  
*Sicut ego hos duco advocatos, homines spissigradissimos,*

**AG.** *Dii ita me ament, est nihil molestius amico negligente, præsertim homini*  
*qui amat; qui præceps est in omnibus, quæ molitur. Eiusmodi sunt hi advocati,*

---

1 Pll. *nibili.* Mox, C. et C. 2. *inæquius.*—2 C. 2. *amantique;* τὸ qui deest  
in B. 1.—3 B. 1. *homines advocatos.* Mox, *spissigradissimus* C. 2.—4 Pll.

#### NOTE

3 *Spissigradissimos]* Nonius, ‘*Spis-* fabricata vox, id est, spississimi, seu  
*sum nonnunquam significat tardum.’ tardissimi gradus homines.*

*Spissigradissimus*, in Plautina officina

Tardiores quam corbitæ sunt in tranquillo mari.

Atque equidem hercle dedita opera amicos fugitavi senes.  
Sciebam ætate tardiores : metui meo amori moram. 6

Nequicquam hos procos mihi elegi loripedes, tardissimos.  
Quin si ituri estis hodie, ite, aut ite hinc in malam crucem.

Siccine oportet ire amicos homini amanti operam datum?

Nam iste quidem gradus suceretu'st cribro pollinario, 10  
Nisi cum pedicis condidicistis sic hoc grassari gradu.

AD. Heus tu ! quanquam nos videmur tibi plebei et pau-  
peres,

Si nec recte dicis nobis, dives de summo loco,  
Divitem audacter solemus mactare infortunio. 14

Nec tibi nos obnoxii sumus, istuc quid tu ames aut oderis:  
Cum argentum pro capite dedimus, nostrum dedimus, non  
tuum.

Liberos nos esse oportet : nos te nihili pendimus.

Ne tuo nos amori servos tuos esse addictos censeas.

Liberos homines per urbem modico magis par est gradu

*quos adduco, homines tardissimi, segniores corbitis in mari sereno. Et quidem de-  
clinaveram consulto ab amicis, qui senes erant ; intelligebam enim segniores ob-  
ætatem. Timui moras in meo amore. Incassum delegi hos amatores lentissimos :  
sunt similes iis, quorum pedes loro sunt inserti. Si estis ambulaturi hodie, ambu-  
lare sane, aut ite in malam crucem. Itane vero oportet amicos scse mouere, quan-  
do est danda opera amanti ? Nam projecto iste incessus percolatus est cribro pollinario,  
nisi forte didicistis sic ambulare, hoc gradu cum pedicis. AD. Heus tu !  
tametsi arbitraris nos esse plebeios et inopes : si maledicis nobis, quia es locuples  
natus, et nobilis gener, scito nos consuevisse mactare infortunio locupletis audacis.  
Neque nos tibi obnoxii sumus, ut curemus quid tu ames aut oderis : quando pecu-  
niā pendimus pro nobis, pendimus nostram, non tuam. Oportet nos esse liberos :  
nos te nihili facimus. Ne putes nos tuos servos esse addictos tuo amori. Debet  
liberos homines ire per urbem passu lento. Evidenter puto esse servi currere et*

\*\*\*\*\*

*corditæ.—5 Adque C. et C. 2. hæc edita opera C. fugi nam senes B. 1.—6 Sci-  
bam edd. quadam vett. actati Pll. tardiores deest in C. metuo B. 1.—7 Nequi-  
quam Pll. cligi C. 2.—8 Quid si B. 1. ite audite hinc C. 2.—11 Pll. condidi-  
cisti is occurrussi ; al. sic hoc grassari.—15 C. et C. 2. obnoxii.—19 C. perturbem.*

#### NOTÆ

4 *Corbitæ*] Naves onerariæ tardæ et grandes.

7 *Procos*] Id est, juvenes, qui ea  
ætate sunt, ut ducere possint uxores,  
atque adeo integra, non annis gra-  
ves.

10 *Gradus suceretus cribro pollinario*]  
Cribrum seu incerniculum est, quo  
farinam, quam vulgo florem appellant,  
secernunt a furfure panifices. Ridic-  
ula comparatio tennis gradus, et  
minime spissi, cum farina tenui.

Ire: servuli esse duco festinantem currere: 20  
 Præsertim in re populi placida, atque interfectis hostibus,  
 Non decet tumultuari: sed si properabas magis,  
 Pridie nos te advocatos huc duxisse oportuit. [vias.  
 Ne tu opinere, haud quisquam hodie nostrum curret per  
 Neque nos populus pro cerritis insectabit lapidibus. 25  
 AG. At si ad prandium me in ædem vos dixissete ducere,  
 Vinceretis cervom cursu, vel clavatorem gradu.  
 Nunc vos quia mihi advocatos dixi, et testes ducere,  
 Podagrosi estis, ac vicistis cochleam tarditudine.  
 AD. An vero non justa causa est, quo curratur celeriter, 30  
 Ubi bibas, edas de alieno, quantum velis usque affatim?  
 Quod tu invitus nunquam reddas domino, de quo ederis.  
 Sed tamen quomodocumque, quanquam sumus pauperculi,  
 Est domi, quod edimus: ne nos tam contemtim conteras.  
 Quicquid est pauxillulum illuc nostrum, illud omne intus  
 est: 35

*festinare.* Non decet tumultuari, præsertim in republica placida, utque hostibus superatis. Sed, si volebas magis accelerare, oportebat te nos conduxisse pridie huc advocatos. Ne tu arbitrere; nemo nostrum curret hodie per vias, neque plebs nos prosequetur lapidibus pro instinctis furore. AG. Sed si ad cœnam vos invitissime, superaretis cervum celeritate, et calonem velocitate. Nunc quia dixi me vos ducere, ut sitis advocati et testes, podagra tenemini, ac cochlea estis tardiores. AD. An vero non merito curratur velociter, ubi potes, manduces de alieno, quantum libeat, usque ad salietatem? Quod tu restituas nunquam invitus domino, apud quem sumseris. Attamen est nonnihil domi, quo vivamus, tametsi simus inopes: ne nos pessimes tauto contemtu. Quicquid est illud exiguum, quod habemus, illud est omne



—20 *Ire servire* C. *Ire servile* B. 1.—21 C. *adque*.—22 *Idem codex, set si*.—  
 26 *Adserit* Pll.—27 B. 1. *vel glabatorem*; C. *et clabatorem*; al. *vel grallatorem*.  
 —29 Pll. *coelream*.—30 *At vero* Pll. *celiriter* C.—31 C. *et das de*.—32 *Quod invitus* al. ap. Pareum. *de qui aderis* C. 2. *de qui etiam* C. *et Parei* 3.—33 C. *quo meo quam qui qui quā quam sumus*; C. 2. *quo meo cum cui quā quā*.—35 C.

#### NOTÆ

26 *Ad prandium in ædem ducere*] Olim in templis convivabantur, post oblata sacrificia, immo ex rebus quæ Diis jamjam fuerant oblatæ. In Tri-nunumo, 'quid tu si in ædem ad cœ-nam veneris.'

27 *Clavatorem*] Alii *grallatorem*; 'grallator' a 'gradu' magno dictus. 'Clavator' a 'clava,' id est, gravio-

ri baculo; unde calones militum dicti, qui ejusmodi baculos gerebant, qui a militibus ferme eligebantur, velocissimi, ad perforanda, quo esset opus, mandata, et ad consequendas copias. Porro 'gradus militares' dicebantur, quasi trito adagio pro celeribus gradibus.

Neque nos quenquam flagitamus, neque nos quisquam flagitat.

Tua causa nemo nostrorum est suos rupturus ramices.

AG. Nimis iracundi estis: equidem hæc vobis dixi per jocum. [spondimus.]

AD. Per jocum itidem dictum habeto, quæ nos tibi re-

AG. Obsecro hercle operam celocem hanc mihi, ne cor-  
bitam date : 40

Attrepidate saltem, nam vos appropere haud postulo.

AD. Si quid tu placide otioseque agere vis, operam damus : Si properas, cursores melius te advocatos ducere.

AG. Scitis, rem narravi vobis, quod vostra opera mihi opus  
siet,

De lenone hoc, qui me amantem ludificatur tam diu, 45

Ei paratae ut sint insidiæ de auro et de servo meo.

AD. Omnia istæc scimus jam nos, si hi spectatores scient.

Horunc hic nunc causa hæc agitur spectatorum Fabula :

Hos te satius est docere, ut, quando agas, quid agant,  
scient.

Nos tu ne curassis: scimus rem omnem: quippe omnes  
simul 50

Didicimus tecum una, ut respondere possimus tibi.

*penes nos.* Neque nos mendicanus a quoquam, neque quisquam a nobis rogat: ne-  
mo nostrum est rupturus suos ramiues tua gratia. AG. Estis valde iracundi :  
projecto vobis dixi hæc per jocum. AD. Puta itidem dicta per jocum, quæ nos  
tibi reposuimus. AG. Queso herele date mihi hanc operam velocem, non tardam:  
moveite vos saltem! nam haud peto a vobis, ut acceleratis. AD. Si tu vis agere  
aliquid tranquille et quiete, adjuvabimus: si acceleras, est satius te conducere curso-  
res patronos. AG. Nostis, in quo mihi opus sit vestro auxilio; vobis exposui rem,  
de hoc lenone qui ludificatur tamdiu me amantem, ut ci sint structæ insidiæ de auro  
et de meo servo. AD. Nos scimus jam ista omnia, si hi spectatores scient. Hæc  
Fabula luditur hic nunc, propter istos spectatores. Est melius te eos docere, ut  
scient quid fiat, quando ludent. Tu ne sis sollicitus: nos tenemus omnem rem:  
quippe omnes instructi sumus tecum, ut possimus tibi reponere. AG. Sane res ita

*nostram.* B. 1. C. et C. 2. id omne.—37 Al. ap. Parenm, nostrum. Mox, C.  
et C. 2. ramites.—39 Per jocum item al. ap. Parenm. quæ nos C. 2. quæ nos  
C.—40 Pll. velocem. Mox, non corbitam B. 1.—41 At trepidate B. 1. vos up-  
probare idem codex.—41 Satis B. 1. operamini opus C. et C. 2.—47 B. 1. nos  
sibi spectatores; C. nos si his peccatores.—48 Horum hinc nunc c. agitur hæc B.  
1.—49 Hosce satius B. 1. Hoste satius est Pll. agant C. et C. 2. quid agas sciunt

#### NOTÆ

40 Celocem] Velox navigium.

AG. Ita profecto est: sed agite igitur, ut sciam, vos scire rem

Expedite, et mihi, quæ dudum vobis dixi, dicite.

AD. Itane tentas an sciamus? non meminisse nos ratus,  
Quomodo trecentos Philippos Collybisco villico 55  
Dederis, quos deferret huc ad lenonem inimicum tuum;  
Isque se ut assimularet peregrinum esse aliunde, ex alio oppido.

Ubi is tetulerit, tu eo quæsitum servom adventes tuum

Cum pecunia. AG. meministis memoriter: servastis me.

AD. Ille negabit. Milphionem quæri censebit tuum: 60  
Id duplicabit omne furtum: leno addicetur tibi.

Ad eam rem nos esse testis vis tibi. AG. tenetis rem.

AD. Vix quidem hercle, ita pauxilla est, digitulis primoribus. [tum potest.

AG. Hoc cito et cursim est agendum: propera jam quan-

AD. Bene vale igitur! te advocatos melius celeres du-  
cere: 65

Tardi sumus nos. AG. optume itis, pessume hercle di-  
citis.

Quin etiam deciderint vobis femina in talos velim.

*se habet; sed agite, ut videam utrum tencatis rem expedite, et mihi repetite quæ vobis dixi modo. AD. Itane vero exploras utrum teneamus? Arbitratus nos non recordari, quomodo numeraveris trecentos Philippos Collybisco, quos deferret huc ad lenonem tuum inimicum, et ut assimularet se venire ex alia urbe: ubi is retulerit, tu venias eo quæsitum tuum serrum, cum pecunia. AG. Recordaris optime: me servastis. AD. Ille negabit. Putabit quari tuum Milphionem: is duplum furtum reddet. Leno tibi addicetur judicio. Vis nos esse testes in ea re. AG. Comprehenditis rem. AD. Vix, per Herculem, tenuimus extremis digitis, adeo parva est. AG. Est faciendum hoc celeriter et cursim; accelerata jam quantum in te erit. AD. Itaque bene vale! memento conducere advocatos velociores: nos sumus tardi. AG. Itis optime profecto, maledicisque pessime. Quin etiam optarim, ut vobis de-*



Acidal.—52 Verbum est deest in B. 1.—53 C. C. 2. B. 1. *vobis dudum*.—54 PII. *temptas*. Mox, non meminisse nostra Quomodo B. 1.—58 *Ubi is detulerit* B. 1.—59 *Cum penicunia* C.—61 *Adduplicabit* B. 1. *Id duplicavit* C.—62 C. *esse estis*.—63 Idem codex primordius.—64 B. 1. *properate jam*.—66 PII. *optume itis pes-sume hercle dicitis*; Acidal. *pessime itis optime hercle*.—67 Douz. *femina*.—

#### NOTÆ

63 *Digitulis primoribus*] Id est, summis et extremis digitis.

**AD.** At edepol nos tibi in lumbos linguam, atque oculos in solum.

**AG.** Eia! haud vostrum est iracundos esse, quod dixi joco.

**AD.** Nec tuum quidem est, amicis per jocum injuste loqui. 70

**AG.** Mittite istaec: quid velim, vos scitis. **AD.** callemus probe:

Lenonem perjurum ut perdas, id studes. **AG.** tenetis rem.

Ecce opportune egrediuntur Milphio una et villicus.

Basilice exornatus incedit, et fabre ad fallaciam.

*ciderint femina in talos.* **AD.** At per ædem Pollucis nos velimus, ut tibi lingua in lumbos et oculi in terram decidant. **AG.** Eia! haud est vestrum succensere, propter ea quæ dixi joco. **AD.** Neque tuum est maledicere amicis per jocum. **AG.** Omitte hæc: vos tenetis, quid velim. **AD.** Tenemus optime: expetis perdere lenonem perjurum. **AG.** Tenetis rem. Ecce adreniuit tempestive Milphio una et villicus. Hie ambulat regie exornatus et apposite ad fraudem.

-----  
72 *Leonem C. Lenonem ut perjurum C. 2.*—73 *Pll. oportune. C. et C. 2. vilicus.*

#### NOTÆ

74 *Basiliee exornatus]* Quia Milphio prodit cum veste hominis pra-

### ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

MILPHIO, COLLYBISCUS, AGORASTOCLES, ADVOCATI.

**Ml.** JAM tenes præcepta in corde. **Co.** pulchre. **Ml.** vide sis calleas. [non sinam.

**Co.** Quid opu'st verbis? callum aprugnum callere æque

**Ml.** Nunc complecteris animo quæ tibi præcepī. **Co.** Optime. **Ml.** Da operam, si juvat, ut calleas. **Co.** Quid est opus verbis? Non patiar perinde callere

#### NOTÆ

2 *Callum aprugnum]* Jocus in verbum ‘calleo,’ quod significat scire, animo complecti. ‘Callus’ vero, vel ‘Callum,’ significat duritiem cutis, quæ, aut sub pedibus incessu, aut genibus geniculatione, aut in manibus tractatione instrumentorum quorumvis contrahitur. Ex illo nomine fit ‘calleo,’ id est, callo indurui; unde fit translatio a corpore ad animum: et ‘callere’ dicitur, qui labore dinturno et assiduo aliquid didicit, et ita animo infixit, ut ‘callus’ esse quidem videatur animi. *Callum* autem *aprugnum* dicitur in apro, quod solidius est.

M<sub>1</sub>. Fac modo ut condotta tibi sint dicta ad hanc fallaciām. [mici.]

Co. Quin edepol condottior sum, quam tragœdi aut co-

M<sub>1</sub>. Probus homo es. Ag. adeam propius: assunt testes.

M<sub>1</sub>. tot quidem 5

Non potuisti adducere homines magis ad hanc rem idoneos.

Nam istorum nullus nefastu'st; comitiales sunt meri:

Ibi habitant: ibi eos conspicias, quam prætorem sæpius.

Hodie juris coctiores non sunt, qui lites creant,

Quam sunt hi: qui si nihil est litium, lites serunt. 10

Ad. Di te perdant. M<sub>1</sub>. vos quidem hercle commendo,  
quom, qui qui tamen,

Et bene et benigne facitis; quom hero amanti operam datis.

Sed isti jam sciunt, negotii quid sit? Ag. omnem rem or-  
dine.

*callum apri.* M<sub>1</sub>. Da operam modo ut verba comprehensa habeas animo ad hanc fraudem. Co. Quin sum instructior tragicis aut comicis. M<sub>1</sub>. Es vir frugi. Ag. Accedam propius; adsunt testes. M<sub>1</sub>. Projeto nequivisti conducere homines magis aptos huic rei; nam est nemo horum nefastus; sunt meri comitiales. In comitio manent: eos rideas ibi frequentius quam prætorem. Ii qui movent omnibus lites, nunc non sunt magis versati in jure, quam sunt hi: si non habent lites, proseminant. Ad. Dii te perdant. M<sub>1</sub>. Vos quidem commendo, cum, qui-  
cumque sitis, agitis et bene et humuniter quando juvatis meum herum amantem. Sed hi norunt jam, quid sit rei? Ag. Tenent omnia ordine. M<sub>1</sub>. Itaque ani-

2 B. 1. *callum apri ulum*; Pll. *callum apnugnum*.—3 C. 2. *conducta*.—4 C. 2.  
*conductior*; B. 1. *inductior*. Mox, C. 2. *ut tragœdia comici*; B. 1. *in tragœdia  
comici*.—5 *Brobus* C. homo est Pll. *proprius* C. et C. 2. *adeamus proprius* Grut.  
—8 *Ibi habitabant* B. 1.—9 *Hodie doctiores* B. 1. *juris deest etiam in C. 2.*  
—10 *Quam hi sunt* C. et C. 2. *lites semunt* Pll. *lites emunt* Parei 3.—11 C. *quo  
meo quin n. qui qui tamen*; C. 2. *quo meo quom qui qui tamen*.—13 B. 1. *omne in*

#### NOTÆ

7 *Nullus nefastu'st*] Varro, ‘Dies fasti, per quos prætoribus omnia verba sine piaculo licet fari. Comitiales dicti, quod tum esset populus constitutus ad suffragium ferendum. Contrarii horum vocantur ‘dies nefasti,’ per quos dies nefas fari prætorem.’ Jurisdictio autem universa prætoris, his tribus continetur, ‘do, dico, addico.’ ‘Do’ actionem; ‘dico,’ jus; ‘addico,’ aliquid mea sententia. Ovidius, ‘Ille nefastus erit,

per quem tria verba silentur: Fastus erit, per quem lege licebit agi.’ Hi testes dicuntur non esse nefasti, quia quotidie versabantur in foro, ut invenirent pro quo falsum testimonium dicerent, mercede pacta: erant enim dies, quibus nefas erat comitia vocare, qui dicebantur ‘nefasti.’

*Comitiales*] Homines, qui quotidie in foro versabantur, venalemque operam habebant, et fidem in testimoniis, *comitiales* dicebantur. In Tri-

M<sub>1</sub>. Tum vos animum advortite igitur: hunc vos lenonem  
Lycum  
Novistis. Ad. facile. Co. at ego pol eum, qua sit facie,  
nescio. 15  
Eum volo mihi demonstretis hominem. Ad. nos curabi-  
mus. [habet.  
Satis præceptum. Ag. hic trecentos nummos numeratos  
Ad. Ergo nos inspicere oportet istuc aurum, Agorastocles,  
Ut sciamus, quid dicamus mox pro testimonio.  
Ag. Agite, inspicite: aurum est. Co. profecto, specta-  
tores, comicum: 20  
Macerato hoc pingues fiunt auro in barbaria boves.  
Verum ad hanc rem agundam Philippum est. Ad. ita nos  
assimulabimus. [scilicet.  
Co. Sed ita assimulatote, quasi ego sim peregrinus. Ad.  
Et quidem quasi tu nobiscum adveniens hodie oraveris,  
Liberum ut commonstraremus tibi locum et voluptarium,  
Ubi ames, potes, pergræcere. M<sub>1</sub>. heu, cedepol mortales  
malos! 26

*madvertite vos: novistis hunc lenonem Lycum. Ad. Noscimus. Co. Sed ego  
ignoro, quo vultu sit. Volo ut mihi illum ostendatis. Ad. Nos curam geremus  
hujus rei. Satis dictum. Ag. Hic habet trecentos nummos præsentes. Ad.  
Igitur oportet nos conspicari hoc aurum, Agorastocles, ut videamus, quid offeramus  
mox pro testimonio. Ag. Agite, contemplmini: adest aurum. Co. Sine dubio,  
spectatores, aurum comicum! Boves evadunt in barbaria pingues comedunt hoc auro.  
Sed est Philippeum ad agendum hanc rem. An. Sic nos fingemus. Co. Sed  
fingite sic, quasi ego sim adrena. Ad. Fingemus; et quidem quasi tu adveniens  
nos rogaveris, ut tibi commonstremus locum liberum et voluptarium, ubi ames,  
bibas, pergræcere. M<sub>1</sub>. Heu! per ædem Pollicis, nequam homines! Ag. Nam*

---

ordine; PII. etiam in ordine.—15 B. 1. at ego pol cum qua.—20 Pro comicum,  
B. 1. habet himirum, vel nimirum.—22 Philippeum al.—26 Ubi amans posses per-

## NOTÆ

nummo: ‘Ego sycophantam jam con-  
duco de foro.’

9 *Juris coctiores*] Comice, pro juris  
doctiores. *Juris coctiores* est qui cal-  
let, quid sit jus, seu juseulum in cu-  
llina, non jus civile in foro. Dicitur  
tamen metaphorice, ‘incoetus in ali-  
qua arte,’ id est, doctus et minime  
tiro. Horatus, ‘recoetus scriba.’

20 *Aurum comicum*] Lupini: nam  
in comœdia pro nummis lupini mune-

rabantur: sic et pueri lusitantes ute-  
bantur lupinis pro nummis. Horati-  
us, ‘Nec tamen ignorat, quod di-  
stent æra lupinis.’ Id est, vir bonus  
novit quid intersit inter nummos et  
lupinos.

21 *In barbaria*] Id est, in Italia  
apponitur aurum comicum, id est  
lupini, bobus.

24 *Nobiscum oraveris*] Nos orave-  
ris.

AG. Ego enim docui. MI. quis te porro? CO. agite, intro  
abite, Agorastocles:

Ne hic vos mecum conspicetur leno, neu fallaciæ  
Præpedimentum objiciatur. MI. hic homo sapienter sapit.  
Facite, quod jubet. AG. abeamus: sed vos! satis dictum  
'st? CO. abi.

30

AG. Abeo: quæso, Di immortales! CO. quin abis? AG.  
abeo. MI. sapis: [num flagitium modo.

CO. St! tace. AD. quid est? CO. fores hæ fecerunt mag-  
AD. Quid id est flagitii? CO. crepuerunt clare. AD. Di  
te perdunt.

Pone nos recede. CO. fiat. AD. nos priores ibimus.

CO. Faciunt, scurræ quod consuerunt: pone sese homines  
locant.

35

AG. Illic homo est qui egreditur leno. CO. bonus est:  
nam similis malo est.

Jam nunc ego illi egredienti sanguinem exsugam procul.

*ego docui. MI. Quis te præterea? CO. Agite, introite, Agorastocles: ne leno  
vos videat hic mecum: neu sit obex fraudi. MI. Hic homo sapit inprimis. Agite  
id, quod mandat. AG. Demigremus. Sed vos! satis est monitum? CO. Abi.  
AG. Abeo. Obsecro, Dii immortales! CO. Quin abis? AG. Abeo. MI. Sapis.  
CO. St! sile. AD. Quid est? CO. Hæc timina commiserunt mox ingens  
scelus. AD. Quod est id scelus? CO. Miserunt crepitum clare. AD. Dū te  
perdant. Secede post nos. CO. Esto. AD. Nos præibimus. CO. Faciunt ad-  
vocati, quod soliti sunt scurræ: jubent homines ire post se. AD. Ille homo qui  
prodit, est leno. CO. Est probus: nam est similis improbo. Ego illi jam exprimam  
procul sanguinem prodeundi.*



*gere B. 1.—29 C. et C. 2. obiciatur.—30 B. 1. et C. quod lubet. Mox, C. et  
vos.—32 Atat B. 1. Atate al. ap. Pareum.—33 Quid est C. et C. 2. Dū te  
perdant B. 1. Dū te perdunt al. ap. Pareum.—35 Pli. et Parei 3. consueve-  
runt. Mox, C. penes esse homines.—36 Al. ap. Pareum, bonus; nam, omisso τῷ  
est. Mox, malus est B. 1. C. 2. nam similis est, omisso malo, C.—37 Pronomen  
ego deest in edd. quibusdam vett.*

#### NOTÆ

35 *Pone sese homines locant]* Isidorus, ‘Scurræ vocatur, qui escæ cau- bræ’ etiam appellantur, metaphora  
sa quælibet consecutatur.’ ‘Um- ducta ab umbra, quæ semper corpus  
comitaturn.

## ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

LYCUS, ADVOCATI, COLLYBISCUS.

**L**Y. **J**AM istuc ego revertar, miles : convivas volo  
**R**eperi re nobis commodos, qui una sicut :  
**I**nteribi attulerint exta: atque eadem mulieres  
**J**am ab re divina credo apparebunt domi.  
**S**ed quid huc tantum hominum incedunt ? ecquidnam asse-  
runt ? 5

**E**t ille chlamydatus quisnam est, qui sequitur procul ?

**A**D. **Æ**toli cives te salutamus, Lyce :

**Q**uanquam hanc salutem ferimus inviti tibi,  
**E**t quanquam bene volumus leviter lenonibus.

**L**Y. **F**ortunati omnes sitis, quod certe scio 10  
**N**ec fore, nec Fortunam id situram fieri.

**A**D. **I**stic est thesaurus stultis in lingua situs,  
**U**t quæstui habeant male loqui melioribus.

**L**Y. **V**iam qui nescit, qua deveniat ad mare,  
**E**um oportet amnem querere comitem sibi. 15

**E**go male loquendi vobis nescivi viam :

**N**unc vos mihi amnes estis : vos certum est sequi.

**S**i benedicetis, vostra ripa vos sequare :

**S**i maledicetis, vostro gradiar limite.

**L**Y. **E**go hoc redibo statim, o miles : volo inventire convivias urbanos, qui comedant nobiscum : interea afferent exta: et eodem tempore, ut arbitror, mulieres revertentur domum a templo. **S**ed quare tot homines huc contendunt ? Quid appetant nori ? Quis est ille chlamyde involutus, qui sequitur procul ? **A**D. Sumus cives **Æ**toli qui tibi dicimus salutem, Lyce : tametsi tibi dicimus hanc salutem iniquo animo, et quanquam non ita bene sumus affecti adversus lenones. **L**Y. Vobis opto felicitatem cunctis, quanquam non ignoror, nec fore fortunatos, nec Fortunam passuram id contingere. **A**D. Insani habent hunc thesanum positum in lingua, ut quæstui habeant maledicere melioribus. **L**Y. Qui ignorat viam, qua perveniat ad mare, oportet, ut querat amnem sibi comitem. Ego ignorari viam maledicendi vobis : vos mihi commonstraritis nunc : est deliberatum vos comitari : si benedicetis, vos sequare vestra via ; si maledicetis, insistam vestris vestigiis.



1 C. revotar ; C. 2. revertar.—2 Voc. qui deest in B. 1.—3 Interim B. 1. ad-  
gue C.—4 Pll. redi vira.—5 C. et quid nam.—6 C. et C. 2. sequetur.—7 **Æ**tolicæ  
veste salutamus B. 1.—9 C. et C. 2. volumus deniter.—11 Nec fore et f. id si sa-  
turam B. 1.—12 Pll. thensaurum.—14 B. 1. adveniat.—17 Idem codex, ros cer-

- AD. Malo benefacere, tantundem est periculum,                    20  
 Quantum bono malefacere. LY. qui vero? AD. scies.  
 Malo si quid benefacias, id beneficium interit:  
 Bono si quid malefacias, ætatem expetit.  
 LY. Facete dictum: sed quid istuc ad me attinet?  
 AD. Quia nos honoris tui causa huc ad te venimus,            25  
 Quanquam bene volumus leviter lenonibus.  
 LY. Si quid boni apportatis, habeo gratiam.  
 AD. Boni de nostro tibi nec ferimus, nec damus,  
 Neque pollicemur, neque adeo volumus datum.  
 LY. Credo hercle vobis; ita vostra est benignitas.            30  
 Sed quid nunc voltis? AD. hunc chlamydatum quem vides,  
 Ei Mars iratus est. CO. capiti vostro istuc quidem.  
 AD. Hunc nunc, Lyce, ad te, diripiendum, adducimus.  
 CO. Cum præda hic hodie incèdet venator domum.

AD. Est tantum periculum recte facere improbo, quantum malefacere probo. LY. Quomodo? AD. Dicam. Si afficias improbum aliquo beneficio, hoc beneficium perit: si afficias probum aliquo incommodo, dolor est sempiternus. LY. Festice dictum; sed quid illud ad me spectat? AD. Quia nos teninus huc ad te, tui honoris gratia, quanquam non ita sumus bene affecti erga lenones. LY. Si affertis aliquid boni, vobis devinctus sum. AD. Nec tibi afferimus quicquam boni de nostro, nec impertimus, nec promittimus, neque adeo volumus dari. LY. Per Herculem vobis fidem habeo, adeo magna est vestra urbunitas. Sed quid jam optatis? AD. Mars est infestus illi homini quem vides cum chlamyde. CO. Immo vero, Advocati, id cadat in vestrum caput. AD. Adducimus huc, Lyce, hominem ad te spoliandum. CO. Hic venator repetet hodie domum cum præda: canes ur-

-----  
*tum consequi.—18 B. 1. sequatur.—20 Idem codex, tantum est.—21 C. quid vero; τὸ vero deest in C. 2.—23 Al. ap. Patrum expedit.—24 Facite C.—26 Pl. leniter.—27 C. a m. pr. bono.—28 C. C. 2. B. 1. nec damus tibi.—32 Al.*

## NOTÆ

23 *Ætatem expetit*] Id est, per ætatatem durat, id est, dñs. *Ætatem* hic et alibi passim in Plauto adverbialiter ponitur, pro spatio temporis longo. Nimirum gravior est injuria, qua læditur aliquis, quo justior est, qui ea afficitur. Sed alia est disciplina Christianorum, quibus præceptum est amare, beneficiis afficere, si possint; si aliter non possint, precibus saltem ad Deum fusis juvare eos a quibus vexantur.

33 *Ad te, diripiendum*] Id ex pro-

nuntiatione et scriptura aliud aliud que significat: quod consulto factum a poëta; nam hominem adducebant, ad diripiendum lenonem, advocati: leno intelligit hominem adduci, ut a se spolietur. Ad te adducimus hominem a quo diripiari; sic intelligunt advocati. Ad te adducimus hominem quem diripias; sic intelligit leno. *Ad te, diripiendum, adducimus*, in utramque partem rapi potest.

Canes compellunt in plagas lepide Lycum. 35

LY. Quis hic est? AD. nescimus nos istum quidem, qui siet.

Nisi dudum a mani ut ad portum processimus,  
Atque istunc e navi exeunte oneraria

Videmus: adiit ad nos extemplo exiens;  
Salutat: respondemus. CO. mortales malos! 40

Ut ingrediuntur docte in sycophantiam!

LY. Quid deinde? AD. sermonem nobiscum ibi copulat.

Ait se peregrinum esse hujus ignarum oppidi.  
Locum sibi velle liberum præberier,

Ubi nequam faciat: nos hominem ad te adduximus. 45

Tu, si te Dii amant, agere tuam rem occasio est.

LY. Itane ille est cupiens? AD. aurum habet! LY. præda haec mea est.

AD. Potare, amare volt. LY. locum lepidum dabo.

AD. At enim hic clam furtim esse volt, ne qui sciant,  
Neve arbiter sit; nam hic latro in Sparta fuit, 50

Ut quidem ipse nobis dixit, apud regem Attalum.

Inde nunc aufugit, quoniam capitur oppidum.

CO. Nimis lepide de latrone, de Sparta optume.

LY. Di Deæque vobis multa bona dent, cum mihi

gent strenue Lycum in retia. LY. Quis est hic? AD. Nos ignoramus, quis sit; nisi quod quando ivimus mane ad portum, conspicimus prodeuntem e navi oneraria. Statim atque egressus est, ruit ad nos; salutat: respondemus. CO. Homines nequam! Ut ingrediuntur sapienter in fallaciam! LY. Quid deinde? AD. Hic confert sermonem nobiscum. Dicit se esse advenam, ignarum hujus urbis; velle sibi dari locum liberum, in quo indulget cupiditati. Nos ad te adduximus hominem. Tu, si Dii te ament, facies tuam rem. LY. Tenetur ille hoc desiderio? AD. Habet pecuniam. LY. Haec est mea præda. AD. Optat pergracari, amori servire. LY. Parabo locum festivum. AD. Sed optat versari hic furtim, ne quis sciat, neve sit arbiter: nam hic fuit miles in Spartano agro, ut ipse nobis dixit, apud regem Attalum. Hinc ceasit; quia urbs est expugnata. CO. Nimis festive de latrone; de Spartano agro optime. LY. Dii Deæque vos cumulent

capite, contra codd.—34 Cum reda B. 1.—35 Lycum deest in B. 1.—36 C. que sicut.—37 Pl. a mane.—38 Atque istum Parei 3.—42 C. et C. 2. copulant.—43 Agit C.—45 C. et C. 2. facit.—48 C. 2. leppidum.—49 Ad enim C. hic furtim esse volt C. et Parei 3. ne quis sciant C. et C. 2.—50 Pl. latro nisi parta.—52 Inde huc aufugit al. ap. Parenm. quo jam capitur al. ibid.—54 C. votis vobis

## NOTÆ

50 *Latro in Sparta*] Id est, miles. secum dicit Collybiscus, probatque

53 *Nimis lepide de latrone*] Haec dictum advocatorum, quia ad depræ-

- Et bene præcipitis, et bonam prædam datis. 55  
**A.D.** Immo ut ipse nobis dixit, quo accures magis,  
 Trecentos nummos Philippo portat præsidii.  
**L.Y.** Rex sum, si ego illum hodie hominem ad me allexero.  
**A.D.** Quin hic quidem tuus est. **L.Y.** obsecro hercle hor-  
 tamini,  
 Ut devortatur ad me in hospitium optumum. 60  
**A.D.** Neque nos' hortari, neque dehortari decet  
 Hominem peregrinum : tuam rem tu ages, si sapis.  
 Nos tibi palumbem ad aream usque adduximus :  
 Nunc te illum melius capere, si captum esse vis.  
**L.Y.** Jamne itis? **C.O.** quid, quod vobis mandavi, hospites?  
**A.D.** Cum illoc te melius tuam rem, adolescens, loqui : 66  
 Illic est ad istas res probus, quas quæritas.  
**C.O.** Videre euidem vos vellem, cum huic aurum darem.  
**A.D.** Illinc procul nos istuc inspectabimus.  
**C.O.** Bonam dedistis mihi operam. **L.Y.** it ad me lucrum.  
**C.O.** Illud quidem, quorsum asinus cædit calcibus. 71  
**L.Y.** Blande hominem compellabo : hospes hospitem  
 Salutat: salvom te advenire gaudeo.

*multis bonis, quoniam mihi datis tam bona monita, et datis amplum quæstum.*  
**A.D.** *Immo, ut ipse nobis aperuit, ut acciptius laetus, affert trecentos Philip-  
 peos, quasi ad suum præsidium.* **L.Y.** *Sum Dives, si ego vindicavero hodie  
 illum hominem ad me.* **A.D.** *Profecto tenes hominem.* **L.Y.** *Quæso, per Her-  
 culem, suadete homini, ut veniat ad me, in commodum hospitium.* **A.D.** *Neque  
 oportet nos impellere hominem advenam, neque deterrere: tu consules tuæ rei, si sapis.*  
*Nos tibi adduximus palumbem usque ad plagas: nunc melius est te illum irretire,  
 si libet irretire.* **L.Y.** *Abitisne jam?* **C.O.** *Quid! quod vos rogavi, hospites?*  
**A.D.** *Est satius, adolescens, te disserere de tua re cum illo: ille est peritus in his  
 rebus quas quæritas.* **C.O.** *Euidem optarem vos esse testes, quando huic dabo  
 aurum.* **A.D.** *Nos inspiciemus illud a longe illinc.* **C.O.** *Me adjuvisti benigne.*  
**L.Y.** *Id lucri mihi evenit.* **C.O.** *Quare ille asinus pulsat terram calcibus.* **L.Y.**  
*Adoriar comiter hominem.* *Hospes salutem dicit hospiti!* *lætor te advenire sal-*

*inulta.—57 Pli. portat presibi; al. portat præs sibi.—58 B. 1. ad me hominem  
 allexero; C. hominem mallexero.—59 Pli. hortamiki.—60 Ut divortatur edd.  
 quædam vett.—62 Al. agis.—64 Pli. si custum esse vis.—69 Illic B. 1. inspec-*

## NOTÆ

dandum lenonem adest, quod latro- rum, si spoliaverit militem.  
 nis est.

58 *Rex sum]* Id est, felix et glori- osus. Ausonius, ‘Qui faciat recte, non qui dominans, erit rex.’ Hoc loco leno significat se divitem futu-

rum, *63 Palumbem ad aream]* Nimirum, ad capiendo palumbes sternitur area frumento; et deinde, cum ad pastum advolant, rete involvuntur.

- Co. Multa tibi Di dent bona, cum me salvom esse vis.  
 Ly. Hospitium te aiunt quæritare. Co. quærito. 75  
 Ly. Ita illi dixerunt, qui hinc a me abierunt modo,  
 Te quæritare a muscis. Co. minime gentium.  
 Ly. Quid ita? Co. quia a muscis si mihi hospitium quæ-  
 rerem,  
 Adveniens huc irem in carcerem recta via.  
 Ego id quæro hospitium, ubi ego curer mollius 80  
 Quam regi Antiocho oculi curari solent.  
 Ly. Edepol næ tibi possum illum festivum dare,  
 Siquidem potes esse pati te in lerido loco,  
 In lecto lepide strato, lepidam mulierem  
 Complexum contrectare te. Co. is, leno, viam. 85  
 Ly. Ubi tu Leucadio, Lesbio, Thasio, Coo,  
 Vetustate vino edentulo ætatem irriges:  
 Ibi te replebo usque unguentum echeumatis.  
 Quid multa verba? faciam, ubi tu laveris,  
 Ibi ut balneator faciat unguentarium. 90

vum. Co. Dii tibi impertiant multa bona, quando jubes me esse salvum. Ly. Dicunt te quærere hospitium. Co. Quæro. Ly. Sic dixerunt illi, qui abierunt hinc a me modo, te quærere liberum etiam a muscis. Co. Minime gentium. Ly. Cur? Co. Quia si quærcrem hospitium immune a muscis, accedens huc, irem recta via in carcerem. Ego quero hospitium, in quo meipse curem suavius quam solent curari oculi regis Antiochi. Ly. Per ædem Pollucis possum tibi præbere hospitium festivum, si potes versari in loco ameno, in lecto molliter composito, \* \* \* Co. Ingredenter viam, leno. Ly. Ubi tu proluas mentem Leucadio, Lesbio, vino Thasio, Coo edentulo præ vetustate. Te perfundam unguentis copiosis. Quid multa verba? Efficiam ut balneator faciat unguentarium ibi, ubi tu laveris.

-----  
 tavimus C.—71 Illue edd. vett.—72 Blande huc Parei 3.—74 C. quo me.—78 B. 1. et C. quia muscis. Mox, C. et C. 2. hostium quererem.—81 Antiocho hospites al. ap. Pareum. Mox, B. 1. solet.—82 B. 1. illud festivum.—83 Pronomen te deest in C. C. 2. et B. 1.—85 Complexum contracture, omisso pronomine te, Pll. te deest etiam in B. 1.—86 Coo, Thasio, Lesbio al. ap. Pareum.—88 Pll. et B. 1. egeumatis.—91 Sed latrocinantur al. ap. Pareum

## NOTÆ

77 A muscis] Scilicet, locum liberum; id est, in quem ne musca quidem involet; aut interclusum parasitum, qui olim muscae vocabantur.

78 Quam regi Antiocho] Apuleius, 'Inter regnum Persarum ministros aures regiae, et imperatoris oculi quidam homines vocabantur.' Putave-

rim de Antiochi oculis esse sermonem: quia si mollius ceteræ partes corporis regii eurantur quam alia quævis, tum oculi vel mollissime.

87 Vino edentulo] Id est, vinum sine dentibus; id est, vetus, in quo acidi minimum.

88 Echeumatis] Effusionibus.

Sed hæc latrocinantur, quæ ego dixi omnia.

**Co.** Quid ita? **Ly.** quia aurum poscunt præsentarium.

**Co.** Quin hercle accipere tu non mavis, quam ego dare.

**Ly.** Quin sequere me intro. **Co.** duc ergo me intro, ad-dictum tenes.

**Ad.** Quid si evocemus huc foras Agorastoclem, 95

Ut ipse testis sit sibi certissimus?

Heus tu! qui furem captas, egredere ocyus,

Ut tute inspectes aurum lenoni dare.

*Sed hæc omnia, quæ ego dixi, te deprædabuntur. Co. Quare? Ly. Quia flagi-tant pecuniam præsentem. Co. Quin, per Herculem, tu non es cupidior accipere, quam ego dare. Ly. Quin sequere me intro. Co. Introduc me igitur, habes devinctum. Ad. Quid si evocemus huc Agorastoclem, ut ipse sit sibi testis cer-tissimus? Heus tu! egredere ocyus qui aucuparis furem, ut tu videas dari aurum lenoni.*



—93 Qui hercle Pll. ego darem C. et C. 2.—94 Quin sequere me initio C. et C. 2. me ergo Pll.—95 B. l. foras huc.—96 B. l. sit tibi certi sumus.—97 C. quis furem. Mox, otius C. et C. 2.—98 Al. ap. Parenni dari.



### ACTUS TERTII SCENA QUARTA.

AGORASTOCLES, ADVOCATI, COLLYBISCUS, LYCUS.

**Ag.** QUID est? quid voltis, testes? **Ad.** specta ad dex-teram.

Tuus servos aurum ipsi lenoni datat.

**Co.** Age, accipe hoc sis: hic sunt numerati aurei  
Trecenti nummi, qui vocantur Philippei.

Hinc me procura: propere hasce absumi volo. 5

**Ly.** Edepol fecisti prodigum promum tibi.

**Ag.** Quid est? quid optatis, testes? **Ad.** Aspice ad dextram. Tuus servus nu-merat aurum ipsi lenoni. **Co.** Age, accipe hoc, si placet: sunt hic trecenti nummi aurei numerati, quos vocant Philippeos. Cura me his: opto hosce impendi veloci-ter. **Ly.** Per ædem Pollucis elegisti dispensatorem profusum. Age, ingredia-



2 C. et C. 2. aurum i. l. dabat.—3 B. l. hoc si. Pll. sis seic.—4 Philippi C. C. 2. B. l.—5 Pro propere, al. ap. Parenni proprie habent. Mox, C. apsumi.

### NOTÆ

6 *Prodigum promum*] Promus est expensi; condus qui accepti. Apud qui debet habere penes se rationes potentiores hæc duo munera distin-

Age, eamus intro. Co. te sequor. Ly. age, age, ambula.  
Ibique reliqua alia fabulabimur.

Co. Eadem narrabo tibi res Spartiaticas.

Ly. Quin sequere me ergo. Co. abduc intro: addictum tenes. 10

Ag. Quid nunc mihi auctores estis? Ad. ut frugi sies.

Ag. Quid si animus esse non sinit? Ad. esto, ut sinit.

Ag. Vidistis, leno cum aurum accepit? Ad. vidimus.

Ag. Eum vos esse meum servom scitis? Ad. scivimus.

Ag. Rem advorsus populi sæpe leges? Ad. scivimus. 15

Ag. Hem! istæc volo ergo vos commemинisse omnia,  
Mox cum ad prætorem usus veniet. Ad. meminerimus.

Ag. Quid si recenti re ædis pultem? Ad. censeo.

Ag. Si pultem, non recludet. Ad. panem frangito.

Ag. Si exierit leno, censem̄is hominem interrogem, 20

*mur. Co. Te sequor. Ly. Age, age! ambula: fabulabimur ibi alia. Co. Uno tempore tibi referam res Spartanas. Ly. Quin sequere me igitur. Co. Introduc: tenes hominem tibi deditum. Ag. Quid vultis nunc agam? Ad. Ut sis probus. Ag. Quid si animus prohibet esse? Ad. Esto, ut sinit. Ag. Conspexitis, quando leno accepit aurum? Ad. Conspeximus. Ag. Vos non ignoratis eum esse meum servum? Ad. Non ignoramus. Ag. Rem hanc esse adversus leges? Ad. Scimus. Ag. Hem! rogo igitur vos recordari haec omnia, quando opus erit modo apud prætorem. Ad. Recordabitur. Ag. Quid si pulsem ad ostium re calente? Ad. Sic sentio. Ag. Si pulsem, non aperiet. Ad. Frange panem. Ag. Si leno prodierit, vultis interrogem hominem, utrum meus servus re-*

---

—6 B. 1. proum.—8 Gulielm. *Ibi, quæ reliqua alia, fabulabimur; et sic Pll. una fabulabimur Parei 3.—9 Equiden B. 1. Spartiacas C. 2. Spartiaticos Pll.—11 C. et C. 2. frigi spes.—14 Pll. m̄cum esse.—15 Al. ap. Parenm, populi leges. Ad. sæpe sc̄ivinus.—17 C. meminimus; C. 2. meminimus.—19 B. 1. pede frangito; Pll. pariemfrangito.—20 C. censeo, et a m. sec. censeat.*

#### NOTÆ

guebant: apnd alios idem erat condus qui et promus; unde uno verbo diebatur, ‘promuscondus.’

15 *Sæpe leges [sæpe-leges]* ‘Sæplex, sæpe-legis, sæpe-leges,’ uno verbo ex duobus facto; id est, leges sæpe repetitae et resancitæ, ut dicitur ‘sempor-lenitas’ alibi.

19 *Panem frangito]* Jocus captatus ex pultem pro pulsem. Agorastocles dicit, si pultem, non recludet; id est,

si pulsaverim: respondent advocati, pauem frangito; quasi dicant, si puls desit, non deerit panis. Accipere enim sese singunt pullem, tanquam a ‘puls’ non a ‘pulto’ seu ‘pulso.’ Porro crediderim panem hic accipendum pro ‘pene,’ et ‘penem’ pro ‘pessulo,’ serioque dici: Si pulsaveris et minime aperiant, pessulum frange.

Meus servos si ad eum venerit, necne? Ad. quippini?  
 Ag. Cum auri ducentis nummis Philippis. Ad. quippini?  
 Ag. Ibi extemplo leno errabit. Ad. qua de re? Ag. rogas?  
 Quia centum nummis minus dicetur. Ad. bene putas.  
 Ag. Alium censebit quaeritari. Ad. scilicet. 25  
 Ag. Extemplo denegabit. Ad. juratus quidem.  
 Ag. Homo furti sese astringet. Ad. haud dubium id qui-  
 dem est.  
 Ag. Quantum quantum ad eum erit delatum. Ad. quippini?  
 Ag. Diespiter vos perduit. Ad. te quippini?  
 Ag. Ibo et pultabo januam hanc. Ad. ita quippini?  
 Ag. Tacendi tempus est: nam crepuerunt fores. 31  
 Foras egredier video lenonem Lycum.  
 Adeste, quæso. Ad. quippini? quin si voles,  
 Operire capita, ne nos leno noverit,  
 Qui illi malæ rei tantæ fuimus illices. 35

nerit ad eum, necne? Ad. Quidni? Ag. Cum auri ducentis nummis Phi-  
 lippis. Ad. Quidni? Ag. Leno falleatur tum extempo. Ad. De qua re? Ag.  
 Petis? Quia dicam esse minus centum nummis. Ad. Censes bene. Ag. Ex-  
 istimabit quæri alium. Ad. Maxime. Ag. Inficiabitur statim. Ad. Etiam  
 interposito jurejurando. Ag. Homo sese reum faciet furti. Ad. Id quidem  
 sine dubio. Ag. Se reum faciet furti propter aurum, quantum quantum  
 est, quod ad eum delatum est. Ad. Quidni? Ag. Jupiter vos perdat. Ad.  
 Quidni te perdat etiam? Ag. Accedam et pulsabo hoc ostium. Ad. Etiam  
 quidni? Ag. Est tempus silendi: nam fores crepuerunt; video egredi foras leno-  
 nem Lycum: adeste, obsecro. Ad. Quidni? si modo volueris, contege capita, ne  
 leno nos agnoscat, qui eum vocarimus in tantam calamitatem.

-----  
 —21 B. venerit ne. Mox, quippini deest in eodem codice.—23 C. cerrabit.—  
 24 Pll. diceretur. Mox, bene putatis B. 1.—27 Pll. furti sest adstringet; B.  
 1. furti se astr. Mox est deest in B. 1. C. et C. 2.—29 B. 1. vos perdunt.—30  
 Voc. hanc deest in B. 1. C. et C. 2. Versus hic in Parei 3. præponitur præ-  
 cedenti.—32 B. 1. egreditur vide; C. 2. egreditur video.—33 Particula quin  
 deest in Pll. et B. 1. si tu voles Parei 3.—34 C. ne vos leno [lacuna] rit; B. 1.  
 ne n. l. viderit.—35 Cui illi maræ ire it fuimus indices C. 2. alter vero Pl. illi  
 mala eire it ante; B. 1. fuimus indices.

---

### ACTUS TERTII SCENA QUINTA.

LYCUS, AGORASTOCLES, ADVOCATI.

LY. SUSPENDANT omnes nunc jam se haruspices.

LY. Jam universi haruspices sese laqueo induant. Quid dicent deinceps, in quo

Quid ego illis posthac, quod loquantur, creduam?

Qui in re divina dudum dicebant, mihi

Malum damnumque maximum portendier,

Is explicavi meam rem postilla lucro. 5

AG. Salvos sis, leno. LY. Di te ament, Agorastocles.

AG. Magis me benigne nunc salutas, quam antidhac.

LY. Tranquillitas evenit, quasi navi in mari:

Utcumque est ventus, exin velum vortitur.

AG. Valeant apud te, quas volo, atque haud te volo. 10

LY. Valent, ut postulatum est, verum non tibi.

AG. Mitte ad me, sodes, hodie Adelphasium tuam,

Die festo celebri nobilique Aphrodisiis.

LY. Calidum prandisti prandium hodie? dic mihi.

AG. Quid jam? LY. quia os nunc frigefactas, cum rogas. 15

AG. Hoc age sis, leno: servom esse audivi meum

Apud te. LY. apud me? nunquam factum reperies.

AG. Mentire: nam ad te venit, aurumque attulit.

Ita mihi renuntiatum est, quibus credo satis.

*illis fidem habeam? Nempe vaticinabantur, in sacrificiis, mihi pronuntiuri mala, et maxima detrimenta; ex eo tempore ipse amplificavi meas fortunas hoc quæstu.*  
 AG. Salve, leno. LY. Dii te ament, Agorastocles. AG. Me salutas nunc urbanius solito. LY. Tranquillitas mihi contigit, quasi navi in mari: quacumque flat ventus, eo velum convertor. AG. Quæ sunt apud te sint salræ, volo; te vero nolo. LY. Valent ut rogasti, sed non pro te; sed pro chlamydato. AG. Mitte ad me, si placet, hodie tuam Adelphasium, die festo solenni ei claro Aphrodisiorum. LY. Fuitne hodie calidum prandium? Dic mihi. AG. Quare? LY. Quia quando a me flagitas nunc id, refrigerras fauces. AG. Dic mihi, si placet, lena? Didici meum servum esse apud te. LY. Apud me? Nunquam invenies id. AG. Mentiris; nam venit ad te, et attulit aurum. *Ii quibus confido multum me hujus*

\*\*\*\*\*

4 Al. ap. Pareum protendier.—5 C. post illam.—7 B. I. antehac.—9 Quocumque C. Utcumque ventus exit B. I. Utcumque est r. exim C. 2.—10 C. et C. 2. quos volo.—12 Pro sodes, C. C. 2. habent si audies.—13 Afrodisiis C.—14 B. I. prandidisti.—15 Pil. hoc nunc. Mox, frigide factus al. ap. Pareum.—17 C. 2. apud me; τὸ me deest in C.—18 C. et C. 2. mau-

#### NOTÆ

5 Is explicari] Iis anspeciis, licet sinistris, ut videbantur, amplificavi meas fortunas, hoc iuero quod mihi obtigit trecentorum Philippeorum.

9 Utcumque est ventus] Id est, a quacumque parte ventus flat, ad eam velum convertitur: ita qualis est for-

tuna, talis est hominum animus, vultus, oratio.

11 Verum non tibi] Id dicit Lyens; quia jam militi adventitio destinaverat Adelphasim.

15 Os frigefactas] Id est, educto spiritu ostendis, quanto desiderio tu-

LY. Malus es : captatum me advenis cum testibus. 20  
 Tuorum apud me nemo est, nec quicquam tui.  
 AG. Mementote illuc, Advocati. AD. meminimus.  
 LY. Ha ha he ! jam teneo quid sit ; perspexi modo.  
 Hi, qui illum dudum conciliaverunt mihi  
 Peregrinum Spartanum, id nunc his cerebrum uritur, 25  
 Me esse hos trecentos Philippos facturum lucri.  
 Nunc hunc inimicum quia esse sciverunt mihi,  
 Eum allegaverunt, suum qui servom diceret  
 Cum auro esse apud me : composita est fallacia,  
 Ut eo me privent, atque inter se dividant. 30  
 Lupo agnum eripere postulant, nugas agunt.  
 AG. Negasne apud te esse aurum, nec servom meom ?  
 LY. Nego : et negando, si quid refert, ravio.  
 AD. Peristi, leno : nam iste est hujus villicus,  
 Quem tibi nos esse Spartiatem diximus, 35  
 Qui ad te trecentos modo Philippos detulit.  
 Idque adeo in istoc aurum inest marsupio.  
 LY. Væ vostræ ætati ! AD. id quidem in mundo est tuæ.

*rei monuerunt.* LY. Es improbus ; advenis cum testibus ad me circumveniendum. Nemo est tuorum apud me, nec quicquam quod ad te pertineat. AG. Recordemini horum, Advocati ! AD. Recordamur. LY. Ha ha he ! jam capio quid sit ; animadvertisi jam. Ægre est iis qui ad me adduxerunt modo illum advenam Spartanum, quia lucraturus sum trecentos Philippos. Nunc quia intellexerunt hunc esse meum inimicum, eum summisserunt, ut diceret suum servum esse apud me. Composita est fallacia, ut me eo spolient, atque partiantur inter se. Volunt adimere agnum lupo, nuguntur. AG. Negasne esse apud te aurum, et meum servum ? LY. Nego : et nego usque ad ravim, si quid inde præsidii. AD. Perditus es, leno : nam iste est hujus villicus, quem nos tibi diximus esse Spartanum, qui tibi detulit modo ad te trecentos Philippos. Et id aurum est in hoc mursupio. LY. Væ vo-

rumque attulit.—19 Al. ap. Pareum, *ibus credo*.—21 Verbum est deest in B. 1.  
 —23 C. *quit sit*.—25 B. 1. *id nunc hisce credo auditum* ; C. 2. *id nunc hisce crebro auritur*. Verba, *his cerebrum uritur*, desunt in C.—30 C. *adque*.—33 Idem codex, *si quit*. Mox, B. 1. *refert urio* ; C. *referta via* ; C. 2. *refertra riao* ; C. a m. sec. *refertra via* ; Meurs. *refert annuo*.—35 C. et C. 2. *spurratem*.—36 Qui alte C. *Quiu te* C. 2. *modo deest in B. 1*.—37 C. 2. *in isto cado*.—38 *Ve nos-*

## NOTÆ

nearis Adelphasii.

22 *Mementote illuc, Advocati*] Sese comparat ad actionem adversus lenonem Agorastocles.

33 *Ravio*] Id est, nego ad ravim

usque.

38 *In mundo*] Id est, vae tuæ ætati quod mee imprecaris. Est tibi in præmtu ; tibi impendet.

- AG.** Age, omitte actutum, furcifer, marsupium :  
**Manifesto** fur es mihi : quæso, hercle operami date,      40  
**Dum** me videatis servom ab hoc abducere.  
**LY.** Nunc pol ego perii certo, haud arbitrario.  
**Consulto** hoc factum est, mihi ut insidiae fierent.  
**Sed** quid ego dubito fugere hinc in malam crucem,  
**Priusquam** obtorto collo ad prætorem trahor ?      45  
**Eheu !** quam ego habui hariolos haruspices !  
**Qui** si quid boni promittunt, pro spisso evenit :  
**Id** quod mali promittunt, præsentarium est.  
**Nunc** ibo, amicos consulam, quo me modo  
**Suspendere** æquom censcant potissimum.      50

*bis ! Ad. Sane, id est certum tibi. AG. Age, dimitte statim, furcifer, marsupium : teneris furto manifesto. Obsecro, per Herculem animadverte, dum me videatis ab hoc abducere seruum. LY. Nunc per Pollucem ego interii, pro certo, et sine dubio. Hoc actum est de composito, ut mihi struerentur insidiae. Sed quid ego cunctor convolare hinc in malum crucem, antequam hinc rapior, obtorto collo, ad prætorem? Eheu ! quam ego habui haruspices certos ! porro, si quid boni pollentur, evenit tardissime : si portendunt aliquid mali, accidit in præsentiarum. Nunc pergam, ut consulam amicos, quo modo putent me suspendam potissimum.*

---

*trae B. 1. Mox, Parei 3. id nunc quidem in ; B. I. id quidem nunc est.—41 B. 1. videritis.—45 Priusquam hinc C. et Parei 3. optorto Pll.—46 Heu heu B. 1. quoniam ego C. cum ego C. 2.—47 Qui si quit C. bene Pll.—48 Pll. præscutiarum est.*

#### NOTÆ

**42 Perii certo, haud arbitrario]** Id est, non arbitror periisse me, sed certo scio.

**45 Obtorto collo]** ‘Rapere obtorto collo,’ est ueste ad collum comprehensa ita teneri, ut si renitur, qui ita tenetur, strangleatur. ‘Obtor-

tum collum,’ id est, tortum collum, seu vineulum collo injectum torque-re, et fauces premere.

**47 Pro spisso evenit]** Id est, si quid pollicentur boni haruspices, tarde et sero venit.

#### ACTUS TERTII SCENA SEXTA.

AGORASTOCLES, COLLYBISCUS, ADVOCATI.

**AG.** AGE tu progredere, ut testes videant te ire istinc foras.

**AG.** Age tu prodi, ut testes te conspiciant ex adibus. Estne hic mens

Estne hic servos meus ? Co. sum mehercle vero, Ago-  
rastocles.

Ag. Quid nunc, sceleste leno ? Ad. quicum litigas,  
Abscessit. Ag. utinam hinc abierit malam crucem !

Ad. Ita nos velle æquum est. Ag. cras subscribam ho-  
mini dicam. 5

Co. Numquid me ? Ag. abscedas, sumas ornatum tuum.

Co. Non sum nequicquam miles factus : paululum

Prædæ intus feci, dum lenonis familia

Dormitat : extis sum satur factus probe.

Abscedam hinc intro. Ag. factum a vobis comiter. 10

Bonam dedistis, Advocati, operam mihi.

Cras mane, quæso, in comitio estote obviam.

Tu sequere me intro : vos valete. Ad. et tu vale.

Injuriam illic insignite postulat :

Nostro servire nos sibi censem cibo.

15

Verum ita sunt isti nostri divites :

Si quid benefacias, levior pluma est gratia ;

Si quid peccatum 'st, plumbeas iras gerunt.

*servus? Co. Ego sum, Agorastocles. Ag. Quid dicas jam, improbe leno? Ad. Leno cum quo contendis, fugit. Ag. Utinam eat in malam crucem. Ad. Par est sic nos optare. Ag. Cras vocabo ad prætorem. Co. Quid me vis amplius? Ag. Abi, sume tuas vestes. Co. Non sum factus miles incassum: non-nihil prædatus sum hic, dum domus lenonis dormit; sum egregie satur extis. Me recipiam in aedes. Ag. Egistis humaniter adversum me. Mihi navestitis egregiam operam, Advocati. Estote præsto, vos obsecro, cras mane, in comitio. Tu sequere me ingredientem. Vos valete! Ad. Et tu vale. Agorastocles facit profecto rem injustam. Existimat nos sibi servire nostris sumtibus. Verum divites nostri temporis sunt ejusmodi; si afficias aliquo beneficio, gratia levior est pluma; si admissa est aliqua culpa, exercent iras graves. Proficis-*

\*\*\*\*\*

1 Agetur procedere C. et C. 2. te re istinc C. te isthinc C. 2. videant tete al. ap. Pareum.—2 Al. sun hercle.—4 Apscessit C. aberit C. et C. 2.—5 Pll. susscribam.—6 Nunquis me Parei 3. Num qui me Pll. me deest in B. 1. aps- cedas Pll. abscedam B. 1. ornamentum tuum C.—9 B. 1. satis sum.—15 Nos- tros C. et C. 2. Nostro sibi servire nos al. ap. Pareum.—16 Al. omnes isti nos-

#### NOTÆ

5 *Subscribam homini dicam]* ‘Dica’ 15 *Nostro cibo]* Id est, nostro sum-  
est causa, actio juris. ‘Subscribere tu.  
litem’ est vadimonium dicere, in jus 16 *Isti nostri divites]* Id est, divites  
vocare, vocare ad prætorem. nostri temporis.

12 *Estote obrium]* Id est, estote milii præsto; adeste causæ. 18 *Plumbeas iras gerunt]* Graves et  
dinturnas. Tacitus, ‘Proclivius est

**Domos abeamus nostras, sultis, nunc jam ;**  
**Quando id, quoi rei operam dedimus, impetravimus, 20**  
**Ut perderemus corruptorem civium.**

*camur jam in nostras aedes, si placet ; quia sumus assecuti id, quod nobis pro-  
posueramus, ut perderemus corruptorem civium.*

tri.—17 C. et C. 2. gracia.—19 B. 1. si vultis jam nunc ; Pll. stultis. Mox, C.  
nuntiam pro nunc jam.—20 C. 2. quoire operam.

## NOTÆ

injuriæ, quam beneficio vicem exsol-      quani merita descendant, et illa cito  
vere ; quia gratia oneri, ultio in quæ-      defluant, has tenax memoria custo-  
stu habetur.' Seneca, 'Ita natura      diat.'

comparatum est, ut altius injuriæ

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

MILPHIO.

**EXPECTO quo pacto meæ technæ processuræ sient.**  
**Studeo hunc lenonem perdere, velut meum herum miserum**  
**macerat :**  
**Is me autem porro verberat, incursat pugnis, calcibus.**  
**Servire amanti, miseria est; præsertim qui, quod amat,**  
**caret.**  
**Atat ! e fano recipere video se Syncerastum**      5  
**Lenonis servum : quid habeat sermonis auscultabo.**

Mi. *Observeo quo modo meæ fraudes cessura sint. Volo perdere hunc lenonem,*  
*quia discruciat meum infelicem herum. Is me pulsat, prosequitur pugnis, calcibus.*  
*Est luctuosum servire amanti; præsertim qui caret eo, quod amat. Atat ! Video*  
*Syncerastum servum lenonis, qui revertitur e templo: audiam quam orationem ha-*  
*beat.*

1 B. 1. *meæ tecæ ; C. meæ tecchine ; C. 2. meæ te hine.*—2 C. *perdere rit me-*  
*um ; C. 2. perdere ut meum ; B. 1. perdere qui meum.*—5 *Attale fano C. At at e*  
*fano C. 2. Syncerastum Vencris Parei 3.*—6 *Pll. sermones.*

## NOTÆ

3 *Incursat pugnis]* Metaphora ducta aut ne conquiescat, et ut in aëre sit  
est ab iis, qui folle pugillario ludunt, semper sublimis.  
quem impugnant, et incurvant pug- 4 *Qui, quod amat, caret]* Supple  
nis, et calcibus, ne terram attingat, 'eo;' ut sit, 'eo quod amat caret.'

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

SYNCERASTUS, MILPHIO.

SY. SATIS spectatum est, Deos atque homines ejus negligere gratiam, [jusmodi.

Cui homini herus est consimilis, velut ego habeo nunc hu-  
Neque perjurior, neque pejor alter usquam est gentium,  
Quam herus meus est: neque tam luteus, neque tam cœno  
collitus.

Ita me Di ament! vel in lautumiis, vel in pistrino mavelim 5  
Agere atatem, præpeditus latera forti ferro mea,

Quam apud lenonem hunc servitutem colere: quid illuc  
est genus!

Quæ illic hominum corruptelæ fiunt! Di vostram fidem!

Quodvis genus ibi hominum videoas, quasi Acherontem ve-  
neris.

Equitem, peditem, libertinum, furem ac fugitivum velis, 10  
Verberatum, vinctum, addictum: qui habet quod det, ut  
homo est,

Omnia genera recipiuntur: itaque in totis aëdibus

SY. Est perspectum Deos et homines esse infestos ei, qui habet herum similem ei  
quem habeo. Est nullus usquam gentium perfidior et nequior, neque tam spurus,  
neque tam obscurus. Ita me Di ament! libentius vitam ducerem, vel in lapicidinis,  
vel in pistrino, succinctis lumbis rigente ferro, quam servirem apud hunc lenonem.  
Quodnam genus est illud hominum! quæ libidines perpetrantur in ejus aëdibus! Vos  
testor, o Di! Conspiciens in iis quodlibet genns hominum, quasi lapsus fueris ad in-  
feros. Vis equitem, peditem, libertinum, furem, fugitivum, verberatum, vinctum,  
damnatum: quivis qui habeat quod det, quicumque tandem est, eo admittitur. Id-

---

1 C. nec legere.—2 Eiusmodi herus et consimiles B. 1. et consimilis C.  
et C. 2.—4 Pll. ceno collitus.—6 C. præditus latere; C. 2. præpeditus la-  
tere. Mox, mea meum Parei 3. quæ dictiones desunt in B. 1. C. et C.  
2.—7 C. a m. pr. illuc.—8 C. 2. corruptellæ.—10 Equitam peditem C. furem  
ad fugitivum Pll. furem an fugitivom Parei 3.—11 B. 1. quod debet. Parei 3.

## NOTÆ

2 Cui homini] Perturbata oratio,  
quæ sic redigi potest in ordinem:  
Constat Deos et homines ejus negligere  
gratiam, id est, non habere gratum,  
vel non amare eum, qui habet herum  
qualem ego habeo.

5 Lautumiis] Asconius, ‘Lantu-  
miæ sunt loca lapidibns cæsis exsec-  
ta, in quæ noxii damnari solebant;  
eiusmodi erant lapicidinæ Syracusis  
in Sicilia.’

Tenebræ, latebræ: bibitur, estur, quasi in popina, haud secus.

Ibi tu videas literatas fictiles epistolas,

Pice signatas: nomina insunt cubitum longis literis. 15

Ita viniorum habemus nostræ delectum domi.

M1. Omnia edepol mira sunt, nisi herus hunc hæredem facit,  
Nam is quidem illi, ut meditatur, verba facit emortuo.

Et adire lubet hominem, et autem nimis cum ausculto libens.

Sy. Hæc cum hic video fieri, crucior pretiis emtos maxumis, 20

Apud nos expeculiatos servos fieri suis heris.

*circo in omnibus ædibus tenebræ, latebræ: potant, edunt, tanquam in cauponâ. Conspicias in iis amphoras, literis notatas, pice obsignatas: insunt nomina scripta literis cubitalibus. Habenus domi delectum mercatorum viniorum. M1. Per ædem Pollucis, mîrum videatur, nisi herus scripserit hunc hæredem; nam is quidem, sicut dicit, perorat pro mortuo; et lubet convenire hominem, quanquam eum audio lubentissime. Sy. Quando conspicor hæc fieri in hoc loco, doleo, servos emtos curassime subduci suis heris apud nos. Sed demum nihil superstet: male*

*ut ut homo.—13 C. 2. estis. Idem codex mox, hau securus.—14 Voc. fictiles de-  
est in B. 1. epistulas C. et C. 2.—16 In viriorum Gulielm. dilectum B. 1. C.  
et C. 2.—18 Num id quidem Pll.—19 Samb. equinimis eum; B. 1. equidem ni-  
mis eum. Mox, aut culto lubens Pll.—20 B. 1. peti is emptus.—21 B. 1. fieri*

#### NOTÆ

14 *Epistolas*] Testas seu amphoras literis inscriptas, epistolas fictiles appellat; in Rudente, ‘urna literata.’ Nimirum conditum in amphoris vi-  
num in plures annos servabatur; et, ne ætatis vini oblivicerentur, impo-  
nere solebant schedam, in qua, et lo-  
cus unde allatum fuisse vinnum, et  
quo tempore conditum fuisse, am-  
phoris inscriberetur.

15 *Pice signatus*] Obsignabantur amphoræ, ne ærem admitterent.

*Nomina insunt cubitum longis literis*] Petronius Arbiter, ‘Statim allatæ sunt amphoræ vitreae diligenter gyp-  
satae, quarum in cervicibus pittacia erant affixa, cum hoc titulo, ‘Pha-  
lerum Opimianum amorum cen-  
tum.’’ Idem, ‘Seedium affixum ampullis, cui inscripta ætas vini.’

Ætas illa notabatur consulibus Roma-  
nis quibus condita erant vina in am-  
phoris. Juvenalis, ‘Cras bibet Al-  
banis aliiquid de montibus, aut de Ce-  
tinis, cuius patriam titulumque se-  
nectus Delevit, multa veteris fuligine testæ.’

16 *Viniorum delectum*] Id est, ha-  
bemus delectum domi viniorum,  
hominum, qui vini euram gerant, ut  
habetur delectus militum.

18 *Verba facit emortuo*] Id est, Ly-  
eus fecit hæredem Syncerastum ser-  
vum; nam Syncerastus facit ejus ora-  
tionem funebrem. Nimirum eorum  
erat qui scripti fuerant hæredes lau-  
datione publica prosequi mortuos.  
Hoc autem loco Milphio mortuum  
Lycum putat, ut quem mox de suo  
suspedio deliberantem audiverit.

Sed ad postremum nihil appetet: male partum disperit.

M<sub>1</sub>. Proinde habet hic orationem, quasi ipse sit frugi bonæ,  
Qui ipsus hercle ignaviorem potis est facere ignaviam.

S<sub>y</sub>. Nunc domum hæc ab æde Veneris refero vasa, ubi  
hostiis 25

Herus nequivit propitiare Venerem suo festo die.

M<sub>1</sub>. Lepidam Venerem! S<sub>y</sub>. nam meretrices nostræ primis  
hostiis [denuo!

Venerem placavere extemplo. M<sub>1</sub>. o lepidam Venerem

S<sub>y</sub>. Nunc domum ibo. M<sub>1</sub>. heus, Synceraste. S<sub>y</sub>. Syncera-  
ustum qui vocat?

M<sub>1</sub>. Tuus amicus.. S<sub>y</sub>. haud amice facis, qui cum onere  
offeras moram. 30

M<sub>1</sub>. At ob hanc rem tibi reddam operam, ubi voles, ubi  
jusseris:

Habe rem pactam. S<sub>y</sub>. si futurum est, do tibi operam  
hanc. M<sub>1</sub>. quomodo?

S<sub>y</sub>. Ut enim ubi mihi vapulandum est, tu corium sufferas.

M<sub>1</sub>. Apage! S<sub>y</sub>. nescio quid viri sis. M<sub>1</sub>. malus sum.  
S<sub>y</sub>. tibi sis. M<sub>1</sub>. te volo.

*quaesita male dilabuntur.* M<sub>1</sub>. *Hic loquitur perinde atque si esset probus, qui, per Herculem, potest ipse reddere nequitiam ipsam nequorem.* S<sub>y</sub>. *Tandem referam hæc vasa in ædes a templo Veneris, in quo herus non potuit sibi reddere propiti-  
am Venerem suo die festo.* M<sub>1</sub>. *Festivam Venerem!* S<sub>y</sub>. *Nam nostræ mere-  
trices placavere statim Venerem primis hostiis.* M<sub>1</sub>. *Festivam Venerem iterum!* S<sub>y</sub>. *Nunc tandem ibo.* M<sub>1</sub>. *Heus!* Synceraste. S<sub>y</sub>. *Quis appellat Syncera-  
ustum?* M<sub>1</sub>. *Tuus amicus.* S<sub>y</sub>. *Non fuis amice, qui objicis moram mihi onusto.* M<sub>1</sub>. *Sed tibi auxiliabor idcirco quando mandaveris, ubicumque libebit: habe hoc  
pro certo.* S<sub>y</sub>. *Si feceris, te auscultabo.* M<sub>1</sub>. *Quo pacto?* S<sub>y</sub>. *Ut quando plecten-  
tendus ero, subjicias tuum tergum.* M<sub>1</sub>. *Apage!* S<sub>y</sub>. *Nescio quid sis.* M<sub>1</sub>.

\*\*\*\*\*

*sic ridens; C. et C. 2. fieri suisceris.—22 C. ad posterum. Pll. male parum; B.  
1. male p. male disperit.—23 Proinde habet orationem C. et C. 2.—24 Verbum  
est deest in B. 1. poti est Pll.—25 Pll. ab adi.—26 C. nequiti; C. 2. necuti.—  
27 C. 2. primus hostis; τὸ primis deest in C.—28 C. et C. 2. exemplo.—29 Pll.  
heu.—30 C. qui quam; C. 2. cuiquam.—31 Voc. operam deest in B. 1.—32 Ha-  
berem pactum futurum si tibi si do tibi operam hanc modo B. 1.—33 Parei 3. tuto*

#### NOTÆ

24 *Facere ignariam]* Qui ipsum ignaviam reddere possit ignaviorem; id est, ignavissimus.

27 *Primis hostiis]* Id est, præcida-  
neis, quæ priores erant; et succida-

neæ hostiæ, quæ deinceps eædeban-  
tur, si nimis bene successissent  
præcidaneæ.

33 *Tu [tute] corium sufferas]* Id est,  
tum cutem pro me flagris subjicias.

Sy. At onus urget. Ml. at tu appone, et respice ad me.

Sy. fecero: 35

Quanquam haud otium est. Ml. salvos sis, Synceraste.

Sy. o Milphio,

Di omnes Deæque ament! Ml. quemnam hominem? Sy.  
nec te, nec me, Milphio:

Neque herum meum adeo. Ml. quem ament igitur? Sy.  
alium quemlibet:

Nam nostrorum nemo dignus est. Ml. lepide loquere.  
Sy. me decet.

Ml. Quid agis? Sy. facio, quod manifesto-mœchi haud  
ferme solent. 40

Ml. Quid id est? Sy. refero vasa salva. Ml. Di te et  
tuum herum perdunt! [velim,

Sy. Me non perdant, illum ut perdant: facere possim, si  
Meum herum ut perdant; ni mihi metuam, Milphio. Ml.  
quid id est? cedo.

Sy. Malus es. Ml. malus sum. Sy. male mihi est. Ml.  
memorandum! esse aliter decet.

Quid est quod male sit? quoi domi est, quod edis, quod  
ames affatim, 45

Neque triobulum ullum amicæ das, et ductas gratiis.

*Sum improbus. Sy. Sis pro te. Ml. Te cupio. Sy. At onus premit. Ml.*  
*Depone id, et aspice me. Sy. Aspiciam; quamvis non vacat. Ml. Salve, Synceraste.*  
*Sy. O Milphia, cuncti Dii et Deæ fortunat. Ml. Quem hominem?*  
*Sy. Neque te, neque me, Milphio; neque adeo meum herum. Ml. Quem felicitent ergo? Sy. Alium quemvis: nam nullus ex nobis meretur. Ml. Bene dicis.*  
*Sy. Hoc me dignum est. Ml. Quid facis? Sy. Ago id quod mœchi deprehensi  
non solent ferme agere. Ml. Quid est id? Sy. Refero vasa salva. Ml. Dii te infelicent, et tuum herum! Sy. Non me perdant, ut illum perdant. Possum efficere, si libet, ut perdant meum herum; nisi mihi metuam, Milphio. Ml. Quid est? Elouere. Sy. Es nequam. Ml. Sum nequam. Sy. Male habeo. Ml. Dic igitur! Oportet tibi esse bene. Quare est tibi male? Tibi est domi quod edas, quod  
ames abunde, neque das amicæ ullum triobolum, et amas gratis. Sy. Ita me habet*

*corium.—34 C. quit viri.—35 B. 1. atu appone.—36 B. 1. salvos sit sincerastus;  
C. salvos si sincere.—38 C. C. 2. B. 1. aliquem, omisso libet.—39 Pil. et B. 1.  
lepidum eloquere.—40 C. facio quid manifesto imo ochi; C. 2. et B. 1. hi mœchi;  
Parei 3. manifesto depreensi mœchi.—41 C. 2. perdunt.—42 C. me non perde  
nullum ut; C. 2. me non per herec ut perdant nei milii metuam Milphio, omisis  
intermediis; perdent B. 1.—43 B. 1. hei mihi; C. ne milii mei tuam Milphio.—  
44 Parei 3. memora dum.—45 C. quo domi sit; C. 2. quo onisit; B. 1. cui id  
omne sit quod; al. ap. Pareum, cui id omne est quod.—46 Parei 3. et eam duc-*

Sy. Diespiter me sic amabit. Ml. ut quidem edepol dignus es.

Sy. Ut ego hanc familiam interire cupio! Ml. adde operam, si cupis.

Sy. Sine pennis volare haud facile 'st: meæ alæ pennas non habent.

Ml. Nolito edepol devellisse, jam his duobus mensibus 50 Volucres tibi erunt tuæ hirquinæ. Sy. i in malam rem. Ml. i tu atque herus.

Sy. Verum enim qui homo eum norit, cito homo perverti potest. [Ml. rectius

Ml. Quid jam? Sy. quasi tu tacere quicquam potis sis. Tacitus tibi resistam, quam quod dictum est malæ mulieri.

Sy. Animum inducam facile, ut tibi istuc credam, ni te noverim. 55

Ml. Crede audacter meo periculo. Sy. male credam, et credam tamen.

Ml. Scin' tu herum tuum meo hero esse inimicum capitalem? Sy. scio.

Ml. Propter amorem. Sy. omnem operam perdis. Ml. quid jam? Sy. quia doctum doces.

Ml. Quid ergo dubitas, quin lubenter tuo hero meus quod possiet

Facere, faciat male, ejus merito? tum autem si quid tu adjuvas, 60

*Jupiter.* Ml. Ut es meritus per ædem Pollucis. Sy. Ut opto hanc familium perire! Ml. Enitere evertere, si cupis. Sy. Non est facile volare sine pennis: meæ alæ non habent pennas. Ml. Per ædem Pollucis noli vellere, tuis alis hirquinis, his duobus mensibus, erunt volucres. Sy. I in malam crucem. Ml. Tu, et herus. Sy. Qui eum noverit, potest brevi tempore corrumpi. Ml. Cur? Sy. Quasi tu possis dissimulare quicquam. Ml. Premam diutius silentio id quod mihi dixisti, quam mala mulier premat id quod illi est creditum. Sy. Nisi te cognoscerem, facile adducerer ut tibi fidem huberem. Ml. Crede audacter meo periculo. Sy. Confidam male, et tamen confidam. Ml. Scisne tuum herum esse inimicum mei heri? Sy. Scio. Ml. Amoris causa. Sy. Ludis operam. Ml. Quare? Sy. Quia mones monitum. Ml. Dubitasne igitur, quin meus herus damno afficiat ultro, si possit, tuum herum, ut dignus est? Si vero fueris auxilio, quid est

tas.—49 C. et C. 2. pinnas.—52 Pll. qui bene eum norit; Grut. qui modo cum norit; al. qui hominem norit.—53. 51 Pll. rectius Tacitus tibi sistam; al. rectius Tacitus tibi rem sistam; al. rectius Tacitus tibi resistam, quanto dictum, &c. al. rectius Facilius tibi rem sistam. Mox, mutæ mulieri C.—55 Pll. credunini te.—

Eo facilius poterit facere. SY. at ego hoc metuo, Milphio.  
**Ml.** Quid est quod metuas? SY. dum hero insidias parem,  
 ne a te perdeam :

Si herus meus me esse locutum cuiquam mortali sciat,  
 Continuo is me ex Syncerasto crurifragium fecerit.  
**Ml.** Nunquam edepol mortalis quisquam fiet c me certior,  
 Nisi hero meo uni indicasso, atque ei quoque, ut ne  
 enuntiet 66

**Id** esse facinus ex te ortum. SY. male credam, et credam  
 tamen. [creditur.]

Sed hoc tu tecum tacitum habeto. **Ml.** Fidei non melius  
 Loquere (locus occasioque est) libere : hic soli sumus.

SY. Herus si tuus volet facere frugem, meum herum per-  
 det. **Ml.** qui id potest? 70

SY. Facile. **Ml.** fac ergo id facile noscam, ut ille possit  
 noscere.

SY. Quia Adelphasium, quam herus deamat tuus, ingenua  
 est. **Ml.** quo modo?

SY. Eodem, quo soror illius altera Anterastilis. **Ml.** sed  
 qui id credam? SY. quia

Illas emit in Anactorio parvolas, duodeviginti minis,

facilius? SY. Sed ego unum timeo, Milphio. **Ml.** Quid est quod pertimescas?  
 SY. Dum strum insidias hero, ne me perdas; si mens herus norerit me verba fe-  
 cisse cum quoquam homine, statim is me reddet crurifragium ex Syncerasto. **Ml.**  
 Per adem Pollucis nemo unquam sciet nisi herus; eique indicabo, ut nemini dicat  
 te esse auctorem hujus facti. SY. Confidam male, et confidam tamen. Sed ne cui  
 dixeris. **Mt.** Non confidus melius Fidei. Dic secure, est locus et occasio: sunus  
 soli hic. SY. Si tuus herus velit consulere sue utilitatibus, perdet meum herum.  
**Ml.** Quo pacto? SY. Facile. **Ml.** Dic igitur, ut illi dicam. SY. Quia Adel-  
 phasium, quam tuus herus deperit, est ingenua. **Ml.** Quo pacto? SY. Eodem,  
 quo Anterastilis altera ejus soror. **Ml.** Verum quomodo id credam? SY. Quia  
 illas emit in Anactorio, parrulus, octodecim minis a prædome Siculo. **Ml.** Quan-

59 B. 1. quid possiet.—61 C. et C. 2. poteris —62 Pll. parilem ne a te perdiam ;  
 al. parem ne inepte perduim ; B. 1. ne a te perdiar.—63 C. quiquam.—64 B. 1. ex  
 sincera ; C. exsincerari occurrit frugem ; C. 2. ex sincera [lacuna] fecerit.—  
 68 Pll. fidei.—70 Al. facere frugi. C. quid potest.—72 Voc. modo deest in B. 1.  
 —73 C. et C. 2. sequi id.—74 Hic lacunæ sunt in eodd. Pll. parrulus. **Ml.**

#### NOTÆ

62 *Perdeam*] Id est, peream, in- Syncerastus.  
 serto d.

61 *Crurifragium*] Nomine mutato 70 *Facere [facerem] frugem*] Id est,  
 Syncerasti. Ut sit Crurifragius, nou facrem bene; ut 'facere nequam,' id  
 est, facere male.

De prædone Siculo. **M<sub>1</sub>.** quanti? **S<sub>Y</sub>.** duodeviginti minis. 75

**M<sub>1</sub>.** Duas illas? **S<sub>Y</sub>.** nutricem earum tertiam.

Et ille qui eas vendebat, dixit se furtivas vendere:

Ingenuas Carthagine aiebat esse. **M<sub>1</sub>.** Di vostram fidem! Nimium lepidum memoras facinus: nam herus meus Agorastocles

Ibidem gnatus, inde surreptus fere sexennis: postibi 80 Qui eum surripuit, huc devexit, meoque hero eum hic vendidit.

Is in divitias homo adoptavit hunc, cum diem obiit suum.

**S<sub>Y</sub>.** Omnia memoras: quo id facilius fiat, manu eas asserat

Suas populares, liberali causa. **M<sub>1</sub>.** tacitus tace modo.

**S<sub>Y</sub>.** Profecto ad incitas lenonem rediget si eas abduxerit. 85

*ti? S<sub>Y</sub>. Octodecim minis. M<sub>1</sub>. Duas illas? S<sub>Y</sub>. Earum nutricem tertiam: et ille, qui eas vendidit, dixit se vendere furto abductas: dicebat fuisse ingenuas Carthagine. M<sub>1</sub>. O Dii, vos testor! Dicis rem nimis festiram: nam meus herus Agorastocles, natus ibidem, est inde abductus ferme sex annorum natus: poste, qui eum suffuratus est, adduxit huc, et eum vendidit hic, meo hero. Hic eum adoptavit in familiam, quando excessit e vita. S<sub>Y</sub>. Scis omnia. Ut praestet id facilius, eas manu mittat, tanquam suas cives, in judicio. M<sub>1</sub>. Sile jam, sile. S<sub>Y</sub>. Sine dubio, si eas abduxerit, rediget lenonem ad extremas angustias. M<sub>1</sub>. Quin dabo*

quanti? **S<sub>Y</sub>.** duo de viginti, &c. B. 1.—76 *Duas illas tanti quæso.* **S<sub>Y</sub>.** immo et nutricem Parei 3. *Duas illas tanti quæso emit?* ed. Saxon.—78 *Ingenuas [lacuna] alebat esse C. Ingenuas sariagine Alebat esse C. 2.—80 C. et C. 2. surrupsus; al. surpus.—81 Suas popularis libertati tacitus causa.* **M<sub>1</sub>.** tace B. 1.—

#### NOTÆ

84 *Liberali causa*] Id est, asserat eas in libertatem causa liberali; id est, iudicio seu actione de libertate. Unde ‘assertores’ dicuntur, vindices alienæ libertatis. Dicitur et ‘liberali mann asserere.’ ‘Assertor,’ ‘vindex,’ ‘vindicta,’ ‘assertio.’

85 *Ad incitas*] *Incitas* uno verbo est unius casus nomen, et accusativi pluralis, ut ‘inficias,’ ‘suppetias.’ ‘Ad incitas redactus,’ idem est atque ad extremas angustias redactus. Apuleius dixit, ‘Ad extremas incitas.’ Nimirum antiqui terminos ex-

tremos vocabant ‘incitos’: itaque dicebant, ‘ad incitos,’ pro ‘ad incitas terminos,’ id est, ‘ad extremos terminos:’ ‘lineas’ item ‘incitas’ vocabant, ‘lineas extremas:’ et ‘ad incitas’ dicebant, pro ‘ad incitas lineas.’ In ludo duodecim scriptorum, quando ad ultimam lineam compulsi erant calculi, neque ulterius compelli poterant, dicebatur is cuius erant calculi, ‘redactus ad incitas lineas,’ id est, ‘extremas.’ Calculi vero dicebantur ‘inciti.’ Ludus ille vocabatur, ‘grammismus,’ ‘grammas,’

M<sub>1</sub>. Quin prius disperbit, faxo, quam unam calcem civ-  
rit. [serviam.

Ita paratum est. S<sub>Y</sub>. ita Di faxint, ne apud lenonem hunc

M<sub>1</sub>. Quin hercle collibertus meus faxo eris, si Di volent.

S<sub>Y</sub>. Ita Di faxint: numquid aliud me morare, Milphio?

M<sub>1</sub>. Valeas, beneque ut tibi sit. S<sub>Y</sub>. pol istuc tibi et hero  
tuo est in manu. 90

Vale, et hæc cura, clanculum ut sint dicta. M<sub>1</sub>. non dic-  
tum est: vale.

S<sub>Y</sub>. At enim nihil est, nisi, dum calet, hoc agitur. M<sub>1</sub>. le-  
pidus, cum mones:

Et hoc ita fiet. S<sub>Y</sub>. proba materies data est, si probum  
adhibes fabrum.

M<sub>1</sub>. Potin' ut taceas? S<sub>Y</sub>. taceo, atque abeo. M<sub>1</sub>. mihi  
commoditatem creas.

Illic hinc abiit. Di immortales meum herum servatum vo-  
lunt, 95

Et hunc disperditum lenonem: tantum eum instat exitii.

Satine priusquam unum est injectum telum, tum instat al-  
terum! [ædes sevocem,

Ibo intro, hæc ut meo hero memorem: nam huc si ante

*operam ut prius dispereat, quam moverit unum calculum. Res sunt ita constituta.*  
 S<sub>Y</sub>. Dii præsent id, ne amplius apud lenonem serriam. M<sub>1</sub>. Quin per Hercu-  
lem meus eris collibertus, si Diis placet. S<sub>Y</sub>. Dii sic velint. Visnc me atiud,  
Milphio? M<sub>1</sub>. Vale, bene tibi sit. S<sub>Y</sub>. Per Pollucem illud est in tua potestate,  
et tui heri. Vale, et cura ut hæc sint dicta clam. M<sub>1</sub>. Non dictum puta.  
Vale. S<sub>Y</sub>. Sed id nihil, nisi fiat intereadum calet. M<sub>1</sub>. Es lepidus, quando  
admones: hoc fiet sic. S<sub>Y</sub>. Est suppeditata optima materies, si adhibeas bonum  
opificem. M<sub>1</sub>. Tacebisne? S<sub>Y</sub>. Silco, atque abeo. M<sub>1</sub>. Mihi ostendis commoda.  
Ille abiit hinc. Dii immortales optant serrare meum herum, et disperdere hunc  
lenonem: adeo est magnum exitium quod ei impendet. Antequam unum telum est  
vibratum, repente injicitur alterum! Introibo, ut nærem hæc meo hero; num si

-----  
 85 Parci 3. ad incita—86 Al. unum calcem.—87 C. servam.—88 Qui hercle cum  
liberatus faxo eris B. I.—89 Parci 3. numquid vis aliud; C. et C. 2. nunc quid  
aliud.—90 B. I. post istuc tibi et tuo herost.—91 C. ut scint dicia; C. 2. ut sint  
dicia.—92 B. I. lepidus commones.—93 B. I. proba materia est si.—94 Idem co-  
dex, mihi commodatis.—95 Illine C. et C. 2.—96 Pll. exiti.—97 Sat' ne Pll.  
est in lectum C. et C. 2. jam instat al. ap. Parenm.—98 Pll. ante adesse vocem;

#### NOTÆ

‘scripta scriptorum,’ ‘ludus latro- per diminutionem vocantur caiculi.’  
num.’ 92 *Dum calet*] Id est, dum res re-

86 *Unum calcem*] Festus, ‘Calcees cens est; translatio a ferro deducta,

Quæque audivisti modo, nunc si eadem hic iterem, inscitia 'st.

Hero uni potius intus ero odio, quam hic sim vobis omnibus. 100

Di immortales, quanta advenit calamitas

Hodie ad hunc lenonem ! sed ego nunc est, cum me moror.  
Id negotium institutum est, non datur cessatio.

Nam et hoc nocte consulendum, quod modo concrediti  
tum 'st,

Et illud autem inserviendum 'st consilium vernaculum. 105

Remora si sit, qui malam rem mihi det, merito fecerit.

Nunc intro ibo: dum herus advenit a foro, opperiar domi.

*rogem venire ante ædes, et si repetam hic eadem quæ audivisti, est amentia.  
Ero potius invitus meo hero intus, quam hic vobis omnibus. Dii immortales !  
quanta calamitas hodie incidit in hunc lenonem ! sed jam me ipse retardo.  
Haec res est incepta, non est locus intermittendi. Nam et deliberandum est, hac  
nocte, de hoc quod creditit nox seruos, et promovendum est illud consilium a nobis  
inventum. Si sit aliquis, qui mora injecta, mihi afferat aliquod damnum, recte  
egerit. Jam ingrediar: expectabo domi usque eo dum herus revertatur a foro.*



Bipont. et al. *ante ædes evocem.*—99 *Quæ audivisti* C. et C. 2. *Et quæ audivisti* al. ap. Pareum. *hic si terum* C. 2.—101 *Dii immortales, quid malorum,  
quanta, &c.* edd. vett. Delph. et Bipont.

#### NOTE

|  |                                     |
|--|-------------------------------------|
| quod, dum calet, muleendum est.        | lus.' Idem, 'Vernacula festivitas.' |
| 105 <i>Vernaculum</i> ] Domesticum il- | Varro, 'Vernaculum ac dominatum.'   |
| lud, et a nobis natum consilium. Ci-   | Idem, 'Vinum vernaculum, uva ver-   |
| cero, 'Crimen domesticum ac ver-       | nacula.'                            |
| naculum.' Idem, 'Sapor vernacu-        |                                     |

---

#### ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

HANNO loquitur Punice.

YTHALONIM, vualonuth si chorathisima comsyth,

HA. *Precor Deos et Deas hujus urbis presides, ut quod in animo habeo, bene suc-*



I C. *vulon uth si corathysima*; C. 2. *vulon ut si corat sima* [lacuna] comsyth.—

Chym lachchunyth mumys thalmyctibari imisci  
Lipho canet hyth bymithii ad ædin bynuthii.

*cedat; et eorum voluntate res meæ recte fluant; ad liberandum meum filium et filias*

—2 C. lachun yth mumys thral mycthi bar ui myschi ; C. 2. lah chunyth mumys thyal mycthibaris inisehi.—3 Lipho canet hythby nuthi ad edyn bynui C. Liph-

## NOTÆ

1 *Ythulonim*] Joannes Philippus Pareus hos duos versus characteribus Hebraicis sic scribit : וה-על יונץ ולו נות סי קראתי שמה קומישת

כימ לך כוות נוכmis העלטק טברי עפסחה Joannes Seldenus in opere de Diis Syris sic Hebraice primum. Et versibus duobus distinguit :

נא את עליונים ועלيونות  
שקרא את מקם חזאת :

Quem sic characteribus Latinis subjicit : *Na ethelionim relionoth sequara otham makom hazoth* : sic vertit Latine : *Obsecro supcros superasque Quibus contigit locus iste*.

Samuel Petitus libro Miscellaneorum secundo sic Hebraice eosdem versus :

נת עליונים ועלيونות וכור אתדיישי מקום  
וזאת  
חיה לקחו ולהיכמי שת עמלות עברתי  
מושה

Sic Hebraica Latinis characteribus : *Neth alonim, ualonoth, secor eth isi macom soth* : *Chyni lachchu, vult-mimi. Sty almoth ibarti mischi* : Sic Hebraica Latinis vertit : *Inclinate et adortite, o Di Deæque, quorum subnumine viri hujus civitatis sunt. Deprecationem et integritatem meam accipite. Duas filias generari, robur meum*.

Samuel Bochartus in altera parte sui Phaleg, capite secundo putat, versus sexdecim priores scenæ hujus, esse partim Punicos, partim Libycos; et Punicos quidem, quos censem esse decem priores, pro virili restitu-

it; sex vero posteriores, quos Libycos esse existimat, et hactenus incassum a quovis fuisse tentatos, et ipse restituere desperat, nisi quod suspicatur idem versibus sex Libycis exprimi, quod et decem Punicis prioribus Scenæ, et undecimi Latinis Plauti. Sic autem emendat scripturam horum versuum duorum : *Nyth alo-nim valonuth sicorath jismacônsith Chym-lachai jythmu mitslia mittebariim ischi*. Characteribus Hebraicis sic exprimit :

נא את עליונים ועלيونות שכורת יסמכן זה : כי מלכי יתמו : מצליה מדבריהם עסקי : Hebræa Latius characteribus sic scribit : *Na eth eljonim reeljonoth sechorath iismecon zoth Chi mclachai jit-themu ; matslia middabarchen iski*. Latine sic vertit : *Rogo Deos et Deas, qui hanc regionem tueruntur, Ut consilia mea compleantur ; prosperum sit ex ductu eorum negotium meum*.

3 *Lipho*] Joannes Philippus Pareus hos versus quatuor characteribus Hebraicis sic scribit :

ליפו קנה את בנותי דודידין בנים אותי  
בידנוב שלו עומלונים ובירמסרחהו  
בתהילס מוטין נוקהתייה נלבנה דשמכון  
עד ליברים טפלות כלוח בין חם ליפול  
Samuel Petitus libro Miscellaneorum secundo sic Hebraice eosdem versus :

ריבק איניה ביכי ההו עד עדן בימי התה  
ברנה רב שלז הוות עליינים ובימי שיר התה  
בתהילס עוננתה אותו נלק אן תא דש מקום  
אי שור אלא ברום הפלות חיל שהתבסב לי

פיעיל

Byrnarob syllo homalonin uby misyrthoho  
 Bythlym mothym noctothii nelechanti daschmachon        5  
 Yssidele brim tyfel yth chylys chon, tem, liphul  
 Uth bynim ysdibur thinno cuth nu Agorastocles

*meas e potestate prædonum. Dii (inquam hoc faciant) per spiritum multum, qui est in illis et per providentiam suam. Amicus meus Antidamarchus consueverat diversari apud me: sed ille additus est eorum cætui, qui habitant in tenebris. Dicunt Agorastoclem filium ejus apud eum manere. Tessera hospitalis est, tabula sculp-*

\*\*\*\*\*

*cane thyth binuthis ad a din bin nthu C. 2.—4 Bym arob syllo homaloni mur bymy syrthoho C. Birnarob syllo ho malonim nyby mysyrthoho C. 2.—5 C. mothyn noctohn ulechanti cla maschon; C. 2. mothyn noctothuu lechanti dasmachon.—6 Yssid dobrin thyfel: yth? chil? ys! chon! chem lisul! C. Ysiddobrim thyfel yth chyl! yschon: themliphul C. 2.—7 Yth! binim! ysdibur! thinnochot nu ago-*

## NOTÆ

Sic Hebraica Latinis characteribus:  
*Liphoc anethy bymi Thu ad ædin, bymi Thu, Byrna rob, syllo hom alonim, ubymi syr, tohu: Bythym othynoth athu: nelech an, ta das machon? E sod elle? brum tyfelothe chyly, schontem li, phol.*  
 Sic Hebraica Latinis vertit: *Fato impulsus feci ut irent singulis Deorum diebus festis ad hortos, Cum gaudio multo, quod conturbavit Deus, et in die cantici fuit vacuitas: Puellæ surreptæ abierunt: Quonam ibo thalamos omnes calcans? Ubi est qui illas rapuit? ut tollam ineptitudines doloris mei, quas quasi fructus producit mihi gignere et educare.*  
 Samuel Bochartus sic emendat:

לפורך את בני את יד עדי ובנותי:  
 ברורה רוח שליהם עלינוים ובמושתיהם:  
 בתרם מות החות אותי הילך אנטידומרכן:  
 איש שידע לי: ברם תפֵל את חיל שביבת  
 לאבל:

Hebraea Latinis characteribus sic scribit: *Lephurcanath eth beni eth jud adi vbenothai. Berua rob sellahem eljonim ubimesuratchem. Beterem moth anoth othi helech Antidamarchon, Is sejada li: Beram tippel eth chele sechinatam leophel.* Latine sic vertit: *Ad liberationem filii mei e manu prædonis, et filiarum mearum. Dii (inquam id*

*præstent) per spiritum multum qui est in ipsis et per providentiam suam. Ante obitum diversari apud me solebat Antidamarchus, Vir mihi familiaris: sed is eorum cætibus junctus est, quorum habitatio est in caligine.*

7 Uth] Joannes Philippus Parens hos versus quatnor characteribus Hebraicis sic setibit:

והבניהם עודיבור תינו כוותנו

## Agorastocles

עת מכת עה' כרשמי ליכואו סתנאנטו  
 בגין רוכב לוחלי נובליט לשבית-טיניט  
 בודאיילת עדרים נין גועש לים מונכות לוחמי

Samuel Petitus libro Miscellaneorum secundo sic Hebraice eosdem versus:

את-בניהם איש דבר ניות כה נוות  
 Agorastocles

המוניה התי קראה שאח וחת נאות  
 בגין רהי לי יחוי לי גבולות לשכיתת חמץ

בדי אל אעהה רע אין ואשלים מנהרות ואשייט

Sic Hebraica Latinis characteribus: *Eth banim. Ys diber noth co noth Agorastocles: Vthemuna tehy chora, sel ucock, soth nose, Bynnu. Dchi li ihi li gebulim, lasbit thumi: Bady al ethera, ennyn, vaslym mincoth visim.* Sic Hebraica Latinis vertit: *Liberos. Dixerunt hic pro certo habitare Agorus-*

Ythe manet ihy chyrsæ lycoch sith naso  
 Byuni id chil luhili gubyylim lasibit thim  
 Bodyalyt herayn nyn nuys lym moncoth lusim      10  
 Exanolim volanus succuratum misti Atticum esse

*ta, cuius sculptura est, Deus meus : hanc fero. Mihi dictum est eum manere in  
 hac regione. Ingreditur aliquis per ostium, sciscitabor ab eo numquid noverit Ago-  
 rastoclem.*

-----  
 rastocles C. Uthbinim ysdibur thinnochutnu agorastocles C. 2.—8 Ythe manoth ?  
*i*thychir saelichot sith naso C. Ythemaneth ihy chirsae lychot sith naso C. 2.—  
 9 Bynni id chil luhily gubulum lasibitthim C. Bynny idchil luhily gubulum lasi  
 bithym C. 2.—10 Bodialy therayn nycurstlymon chot lusim ; Hiamio punicea  
 C. Bothyalit heraym ninuys lymmonchot lusim [lacenna] C. 2.—11 C. succurrati-  
 mistim alitm acum esse ; C. 2. xanolim v. succurrati misti malmi acu esse.—

## NOTÆ

toclem : *Est hospitalis tessera, Saturni  
 imago, (hanc fero) Inter nos: Esto ali-  
 quis finis itineris mei, quo tandem inte-  
 gritati meæ requies concedatur : Ne so-  
 lus, et miser, afflictusque errem huc  
 illuc, quin potius in liberis meis innover,  
 et rependam dona et oblationes. Sa-  
 muel Bochartus sic emendat :*  
 את בן אמץ דברו חם נקוט נוח  
 אנווטוקליס :  
 הותם חנותי הוא כיר שאליו הווע ואת  
 נשא :  
 ביי עד כילו האלה גובלים לשכת חם :  
 בוא דע עלי טרעanca הכר : אשאל אם מינך  
 לו שט :

Hebraea Latinis characteribus sie  
 scribit : *Eth ben amis dibbur tham ne-  
 cot nave Agorastocles. Othem anuthi  
 hu chior seeli choc ; zoth nose. Binni  
 ed chi lo huelle gebulum basebeth thum.  
 Bo di ale thera inna ; Hanno, esal im  
 mancar lo sem. Latine sic vertit : Fi-  
 tium ejus constans fama est ibi fixisse  
 sedem, Agorastoclem (nomine). Sigil-  
 lum hospitii mei est tabula sculpta,  
 cuius sculptura est, Deus meus : id fero.  
 Indicavit mihi testis eum habiture in  
 his finibus. Venit aliquis per portum  
 hanc : Ecce eum : rogabo numquid no-  
 verit nomen (Agorastoclis).*

11 Exanolim } Joannes Philippus

Parens hos versus sex characteribus  
 Hebraicis sic scribit :

את עליוןן עלנות טוכחותים מישתי  
 Atticum esse  
 Concenbitum a bello

קוטיס באנט ללבנה כנה עונס חס  
 חריק סלק פנסי אתי רמסקום עלם ענדוברה  
 פלונו בתמי

קלחות קומורה לעני enim At חoso ובר  
 Aristocleui העניד ענטקטלייע הלכויות עלמות דוברטומי  
 קומפס וספיט  
 שעדרעך בורה jussium licitor בורה ליטנימקளום

Samuel Petitus libro Miscellane-  
 orum secundo sic Hebraice eosdem  
 versus :

את-עלנות ועלנות שקרתי מעשתי עתיק  
 ובעשת  
 הנקו ביהימאל לו קוותי נבא אני לא לך  
 תחנהאניש אט

הוי חיליך פה נשא עתידי עמס כוין על אמן  
 דבר תחו עליון אוב ותוהמה

כל חום קום וקרא לו ענו את עוני מאב  
 Aristocleui הרוכי הי ופסוריאשפני

הט אוננה קינה זאת אל יعلي הוושה לאמן  
 דבר הרוכי הי ופסוריאשפני

הא עיר ענק לקטור בו דשי אסב למנים  
 קילס :

Sic Hebraica Latinis characteribus :  
 Et alonim ualonoth : seccarati misti at-  
 tic, umasse, Conco biti miabel lo cuti

Concubitum a bello cutius beant lalacant chona enus es  
 Hujec silec panesse athidamascon alem induberte felono  
 buthume [Aristoclem  
 Celtum comucro lueni, at enim avoso uber bent hyach  
 Et te se aneche nasoctelia elicos alemus duberter mi  
 comps vespiti 15  
 Aodeanec lictor bodes jussum limnimcolus.  
 Deos Deasque veneror, qui hanc urbem colunt,  
 Ut, quod de mea re huc veni, rite venerim ;

\* \* \* Oro Deos et Deas qui huic urbi præsident, ut felix sit adventus meus

\*\*\*\*\*

12 C. cutim beat lulacanti chona ; C. 2. cutim beat lulacant chona enus es.—  
 13 Huiec silic panasse atidmascon aiem riduberte felono buthume C. Huiec silihc  
 pan esse mascon alem riduberte felone buthume C. 2.—14 Celtumco mucrolucui ut  
 enim avo so uber hentru charistoclem C. Celtum comucro lueni atenim avo souber-  
 gent hyacharistoclem C. 2.—15 Eite seancs nasoctelia helicos alemus dubertermi  
 compsulestipi C. Etteseanche nasoctelia helicos alemus duberter micompsuesti C. 2.

#### NOTÆ

nibe anū : lo laccu tchina, anus is. Hoi  
 cesi, lec po, nasse athid amas, con al  
 emun diber Tefelon, ob, uthume : Cel  
 tum : com uera: lu enu: et oni mau  
 ose : ubar banthy ach Aristoclem. At,  
 assena china sot, el iaeli, cosa lemun di-  
 ber termi, eai: upsu aspoti : E od eanec  
 lictor bo desi assam limnum coles. Sic  
 Hebraica Latinis vertit : *Dis Dea-*  
*busque, quos invocari consultores, et ad-*  
*jutores mihi, Ad lustrandum domum*  
*meam a dolore, quo affectus sum, cum*  
*illos laudarem. Sed orationem non ac-*  
*ceperunt; afflictissimumque sum, et ani-*  
*mum despondeo. O spes mea, huc reni:*  
*et qui me cumque manet labor, perferre*  
*facito, animos sume a veritate oraculi et*  
*responsorum Dei Tañ, a divinationibus,*  
*et ostentis, prodigiisque: Numero adim-*  
*plere: erige te, et precare: Utinam ex-*  
*audiant: facessat dolor a patre religio-*  
*so, et dignoscam fratribus filium Aristo-*  
*clém. Attente audi lamentationem is-*

tam, Deus, mea potentia, festina ad ve-  
 ritatem verbi exaltationis meæ, o Deus,  
 et cessabunt sterquilinia mea. Ecce  
 deinceps de meis facultatibus honorem  
 habebo, sacrificans far Dis omnibus, et  
 laudans.

17 Deos Deasque] Mos erat apud  
 antiquos, ut cum aliquo advenirent,  
 Deos tutelares loci salutarent.

Veneror] Veneror hoc loco signifi-  
 cat ‘precor;’ sicut alibi ‘amo’ et  
 ‘amabo’ significant etiam ‘precor.’  
 Hoc tanien differunt, quod *veneror*  
 significet ‘religiose precor;’ et ‘a-  
 mo,’ vel ‘amabo,’ ‘amicè precor.’

Qui hanc urbem colunt] Erat apud  
 antiquos semper in quavis urbe Deus  
 aliquis, qui præcipuo qnodam cultu  
 officiebatur, et is erat tutelaris. Hi  
 erant quos adventu suo colebant ad-  
 venæ. Apud Calydonios ejusmodi  
 erat Venus, ut patet ex pluribus fa-  
 bulæ hujus locis.

Measque ut gnatas, et mei fratris filium,  
Reperire me siritis: Di vostram fidem! 20  
Quæ mihi surreptæ sunt, et fratris filium.  
Sed hic mihi antehac hospes Anthidamas fuit.  
Eum fecisse aiunt, sibi quod faciendum fuit.  
Ejus filium hic prædicant esse Agorastoclem:  
Deum hospitalem ac tesseram mecum fero: 25  
In hisce habitare monstratu'st regionibus.  
Hos percontabor, qui huc egrediuntur foras.

*in hanc civitatem, in iis, quorum causa huc commigravi: ut annuatis ut iureniam meas filias et filium mei fratris: o Dii vos obtestor. Meas, inquam, filias, que mihi sunt surreptæ, et filium mei fratris. Olim habui hic hospitem Anthidamantem. Dicunt eum egisse, quod fuit sibi agendum. Aiunt ejus filium Agorastoclem hic habitare: apporto mecum Deum hospitalem ac tesseram: mihi indicatum est eum habitare in hisce locis. Rogabo (ubi maneat) ab his qui egrediuntur ex illis adibus, et huc veniant.*

---

—16 C. *limnicolus*; C. 2. *Aodaenche lictor boclcs j. limum colus*.—19 *Measque hic ut C. et C. 2.—21 Quæ surreptæ sunt mihi C. 2.—21 Al. ap. Parenm, esse prædicant.—26 In isce C.—27 C. 2. qui hunc.*

## NOTÆ

19 *Meas gnatas*] Adelphasium et Anterastilem.

*Mei fratris filium*] Agorastoclem Iachonis filium.

22 *Anthidamas*] Anthidamas erat hospes Hannonis et Iachonis, ut est supra dictum; et ipse Anthidamas emerat Iachonis filium Agorastoclem surreptitium, ignarus esse filium hospitis sui. Et ipse moriens Agorastoclem scripserset hæredem.

23 *Eum fecisse aiunt*] Hoc toto versu est circumlocutio, qua nihil aliud significatur, quam ‘mortuus est.’ Nimirum veteres ‘mortis’ nomen et recordationem, quantum in se erat, declinabant.

25 *Deum hospitalem ac tesseram*] Id est, Deum hospitali tesseræ insculptum. Petitus ex Hebreis scenæ secundæ conjicit esse Saturnum.

## ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

AGORASTOCLES, MILPHIO, HANNO.

AG. Ain' tu tibi dixe Syncerastum, Milphio,  
Has esse ingenuas ambas surreptitias

AG. *Dicisne, Milphio, Syncerastum tibi pat fecisse has duas virgines Carthage-*

Carthaginiensis? **Ml.** aio: et, si frugi esse vis,  
Eas liberali jam asseres causa manu:  
Nam tuum flagitium 'st tuas populares te pati       5  
Servire ante oculos, domi quæ fuerint liberæ.  
**HA.** Pro Di immortales, obsecro vostram fidem!  
Creta est profecto horum hominum oratio.  
Quam orationem hanc aures dulcem devorant!  
Ut mihi abstenserunt omnem sorditudinem!       10  
**AG.** Si ad eam rem testis habeam, faciam quod jubes.  
**Ml.** Quid tu mihi testis? quin tu insistis fortiter?  
Aliqua fortuna fuerit adjutrix tibi.  
**AG.** Incipere multo est, quam impetrare, facilius. [venit?  
**Ml.** Sed quænam illæc est avis, quæ huc cum tunicis ad-  
Numnam it a balneis circumductus pallio?       16  
Facies quidem edepol \* \* \*  
Servos quidem edepol veteres antiquosque habet.  
**AG.** Qui scis? **Ml.** viden' homines sarcinatos consequi?  
Atque, ut opinor, digitos in manibus non habent.       20

*nienses esse ingenuas furto ablatas?* **Ml.** Dico: et si es probus, eas vindicabis,  
quia sunt liberae. Nam vitio vertetur si feras, te inspectante, tuas cives sub jugo  
esse, quæ fuerunt liberae apud suos. **HA.** Pro Dii immortales obtestor vestram fidem! Sane oratio horum hominum est aperta. Quam avide meæ aures hanc cap-  
tant! Ut mihi eluerunt omnes molestias animi! **AG.** Si essent mihi testes hujus  
rei, agerem quod præcipis. **Ml.** Quid testes loqueris? Quare non urges rem  
strenue? Aliqua fortuna tibi erit auxilio. **AG.** Est longe facilius incipere quam  
perficere. **Ml.** Sed, quænam est illa avis, quæ advolat huc cum tunica? Reverti-  
tur a balneis, subducto per fraudem pallio? Per adem Pollucis vultus ejus est  
Punicus. Habet profecto seruos retustos et annosos. **AG.** Quare? **Ml.** Videsne  
homines qui, olligatis sarcinis, eum consequuntur? Et, ut existimo, non habent di-

2 Pli. su ruptitias.—3 Arthaginiens C.—4 Pli. adsere causa.—6 Serrare C.  
fuerunt C. 2.—8 Certa est C. 2. mihi oratio Parei 3.—9 Al. ap. Pareum dulce.  
—10 C. hominem sorditudinem.—12 Quantum t. quaniu ins. C. Quin tu C. 2.  
—15 B. 1. illæc anus est.—16 Numnam in alabandis B. 1. Nunnam in abaliniis Pli.  
—17 Facies quidem edepol Punica est: guga est homo Lamb. e codd.—19 Qui

## NOTÆ

8 Creta] Ut creta emaculantur quasi dicas ‘perpetrare:’ hic enim  
vestes, sic oratione Agorastoclis et impetrare est oppositum incipere.  
Milphionis absterguntur animi mo-  
lestiae in Peno.

14 Impetrare] Est ab in auxetico, quasi dicas ‘perpetrare:’ hic enim  
et ‘patro,’ ‘patras,’ id est, perficio,  
et ‘patro,’ ‘patras,’ id est, perficio,

15 Avis] Appellat ‘avem’ Han-  
nonem Pœnum, ob manicas tunicæ  
alarum instar utrumque pendentes.

- AG. Quid jam? MI. quia incedunt cum annulatis auribus?  
Adibo hosce, atque appellabo Punice.  
Si respondebunt, Punice pergam loqui:  
Si non, tum ad horum mores linguam vortero.  
Quid ais tu? ecquid adhuc commeministi Punice? 25  
AG. Nihil edepol: nam qui scire potui, dic mihi,  
Qui illinc sexennis perierim Carthagine?  
HA. Pro Di immortales! plurimi ad hunc modum  
Periere pueri liberi Carthagine.  
MI. Quid ais tu? AG. quid vis? MI. vin' appelle hunc  
Punice? 30  
AG. An scis? MI. nullus me est hodie Pœnus Punior.  
AG. Adi atque appella, quid velit, quid venerit,  
Qui sit, quojatis, unde sit: ne parceris.  
MI. Avo! quojates estis? aut quo ex oppido?  
HA. Hanno muthumballe bechacdreanech. 35  
AG. Quid ait? MI. Hannonem sese ait Carthagine,  
Carthaginiensem Muthumballis filium.

gitos in manibus. AG. Quare? MI. Quia habent annulos in auribus. Accedam ad eos, et alloquar Punica lingua. Si reposuerint, prosequar loqui Punica lingua: si non reposuerint, tum vertim ad horum mores orationem. Quid tu? nonne aliquid calles lingua Punica? AG. Nihil per adem Poltucis. Nam, dic mihi, quomodo callerem, qui natus sex annis raptus fuerim Carthagine? HA. Pro Di immortales! Complures pueri liberi perierunt, hoc modo, Carthagine. MI. Quid dicisti? AG. Quid vis? MI. Libetne appellem Punica lingua? AG. Scisne Punicam lingnam? MI. Est nullus hodie Pœnus magis Pœnus. AG. Accede, atque roga, quid, velit, quare venerit, quis sit, cuius sit, unde sit; ne peperciris verbis! MI. Avo! cujates estis, aut quo ex oppido? HA. Hanno muthumballe bechacdreanech. AG. Quid dicit? MI. Dicit se esse Hannonem Carthaginiensem

\*\*\*\*\*

sis C.—20 C. digitos immanibus.—22 Adibo atque hosce appellabo B. 1. C. 2. Audibo hosce C.—24 Pl. lingua ac vertero.—27 Qui illum C. Qui illum C. 2.—28 C. 2. plurimi ad haec [lacuna] modum; al. ap. Paren, ut plurimi; al. ut quam plurimi; al. Proh Di i. ut ad hunc plurimi modum.—30 Quid tu ais tu al. ap. Paren, appellem Pl.—31 C. et C. 2. denus purior.—33 Qui sit quo patris Pl. Qui sit quo patre B. 1. ne parceris C. C. 2. et B. 1.—34 Ave quolates C. et C. 2.—35 Annun Muthumballe becha edre anech Pl. Hanno mutum Balle becha edre anech B. 1.—37 Muthum bullis B. 1.—38 Vo B. 1. C. et C.

#### NOTÆ

34 Avo] Pareus: הַרְחֵב salve: ave. בָּקָרִעֲנָק Petitus, קַדְמָנָק, Chadræ-Petitus, אַרְכִּי חַהָּה, salve domine mi. anach, Carthaginiensis.

35 Hanno] Pareus, הַנְּנוּ מִתְמַבֵּל.

HA. Avo! MI. salutat. HA. donni! MI. doni volt tibi  
Dare hinc nescio quid: audin' pollicerier?  
AG. Saluta hunc rursus Punice verbis meis. 40  
MI. Avo donni, hic mihi tibi inquit verbis suis.  
HA. Me bar bocca. MI. istuc tibi sit potius quam mihi!  
AG. Quid ait? MI. miseram esse prædicat buccam sibi.  
Fortasse medicos nos esse arbitrarier.  
AG. Si ita est, nega esse: nolo ego errare hospitem. 45  
MI. Audi tu, rufen nuco istam. AG. sic volo  
Profecto vera cuncta huic expedirier.  
Roga, numquid opus sit? MI. tu qui zonam non habes,  
Quid in hanc venistis urbem, aut quid quæreris?  
HA. Muphursa. AG. quid ait? HA. mivulechianna. AG.  
quid venit? 50

*filium Muthumballis.* HA. Avo! MI. Salutat. HA. Donni! MI. Vult tibi  
dare dono nescio quid: audisne polliceri? AG. Saluta hunc rursus Punice meis  
verbis. MI. Avo donni, hic mihi dicit tibi, avo donni, suis verbis. HA. Me  
bar bocca. MI. Malim hoc tibi contigisse, quam mihi! AG. Quid ait? MI.  
Dicit se habere linguan miseram: forsitan existimat nos esse medicos. AG. Si id  
rogat, nega nos esse medicos: ego nolo hospitem in errore versari. MI. Audisne  
tu rufen nuco istam? AG. Sic libet huic explanari omnia vera; postula, an opus  
habeat quapiam re? MI. Tu, discincte, quare venistis in hanc urbem, aut quid  
quæreris? HA. Muphursa. AG. Quid dicit? HA. Mivulechianna. AG. Quid

\*\*\*\*\*

2. adoni Parei 3.—40 C. rusus.—41 Avo nonne B. 1. et C. 2. Havar Adoni  
Parei 3. Avo nonni C.—42 Meharbocca C. et C. 2. Mebarbocca Parei 3. Me  
barboccha B. 1. sit tibi al. ap. Pareum.—43 B. 1. buccam si.—44 B. 1. arbi-  
tratur.—45 Si ita est desunt in B. 1. ita deest in Pli.—46 C. rufeen nuco.—  
49 Quid hin hac C.—50 Parei 3. miphudec; C. mivulec hi an na; C. 2. muvile-

#### NOTÆ

38 *Donni*] Parens et Petitus, אדרוני  
*Domine.*

42 *Me bar bocca*] Parens, מבר Petitus, פטיטוס, מה בר בכיה  
בוקט Petitus, מה בר בכיה, *quam lacrymarum filius.*

46 *Rufen*] Pareus, רופע נכו. Pe-  
titus, רופא מהוה ישרים. Rescribit,  
*rofe maco istom*, id est, *Medicus abster-  
gere claudet.*

50 *Muphursa*] Punica versuum 50.  
50, 53, et 57. continui sunt sermonis.  
Pareus,

טוּפְרָסָה : מִפְוָלֵק האנה  
לאך להננים למייניכום

איוסם ערונים  
פלום ארנה דקתה

מפרושה מוני לכין נא  
לאך להנני מלוני נהות

אש אמר ונחט

פלני עיר נד אחת  
Latine ita sonant: *Hospitium tesserae  
meæ, cuius imago Saturnus est: Que-  
so, Indica, ut miserearis mei, hospitium  
meum, et dedue: Honoratus adolescens  
iste est 'O δεῖνα, urbis columen uni-  
cum.*

M<sub>1</sub>. Non audis? mures Africanos prædicat  
In pompam ludis dare se velle aëdibus.

H<sub>A</sub>. Laech lachananim limi nichot. Ag. quid nunc ait?

M<sub>1</sub>. Ligulas canalis ait se advexisse et nuces:  
Nunc orat, operam ut des sibi, ut ea veneant. 55

Ag. Mercator credo est. H<sub>A</sub>. Isam aruinam. Ag. quid est?

H<sub>A</sub>. Palum erga dectha. Ag. Milphio, quid nunc ait?

M<sub>1</sub>. Palas vendundas sibi ait, et mergas datas,  
Ut hortum fodiat, atque ut frumentum metat.  
Ad messim credo missus hic quidem tuam. 60

Ag. Quid istuc ad me? M<sub>1</sub>. certiore te esse volui,  
Ne quid clam furtive accepisse censeas.

H<sub>A</sub>. Muphonnum sucorahim. M<sub>1</sub>. hem! cave si feceris

vult? M<sub>1</sub>. Non audis? Dicit se velle dare mures Afrieanos in pompam ludis aëdibus. H<sub>A</sub>. Luech lachananim limi nichot. Ag. Quid fabulatur? M<sub>1</sub>. Dicit se advexisse ligulas canales et nues: rogat jam, ut adjures in eis divendendis. Ag. Puto, est mercator. H<sub>A</sub>. Isam aruinam. Ag. Quid est? H<sub>A</sub>. Palum erga dectha. Ag. Milphio, quid dicit jam? M<sub>1</sub>. Dicit se habere trullas vendendas, et furcas, ut fodiat hortum, et ut metat frumentum. Puto venit hoc ad tuam messem. Ag. Quid id ad me attinet? M<sub>1</sub>. Volui te habere pro certo, ne existimes me accepisse aliquid furtum. H<sub>A</sub>. Muphonnum sucorahim. M<sub>1</sub>. Hem! care ne faceris id

chianna; B. 1. mu vilcoh ianna.—52 In popam C. laudis B. 1. daresuelle C. 2.—53 Lalech lach ann mlui iichoct B. 1. Laech lachananim limini chot C. Laleh-clakeananim limn ehöt C. 2.—54 Ligulas vanales Donz. Figulas furulas al. L. cannabes al. ap. Parenm.—56 Issan arabinam B. 1.—57 Palui erga dectha B. 1. dectha C. dectha C. 2.—58 Paltas r. sibimet B. 1. sibimet etiam C. et deest in B. 1.—59 C. et B. 1. fodit.—60 C. et B. 1. credo nisi quidem. B. 1. tua.—61 Pli. esse voli.—62 Ne quit C.—63 Mufonum suecoraim B. 1. Muphonnum

#### NOTÆ

51 *Mures Afrieanos*] Alciatus, 'Videretur 'mures Africanos' Plautus appellasse, quos Plinius 'Niloticos,' quandoque 'Ægyptios.' x. 65. 'Ægyptiis moribus durus pilus sicut berinaceis: iidem bipedes ambulant, eeu Alpinus.'

54 *Ligulas canalis*] Servns nequam, ignarus linguae Punieæ, qua fabulatur cum Hannone Pœno, interpretatur ejus orationem ex sono vocum uno; ut videre est ex vocibus Punis-

cis, et earum interpretatione Milphiana.

58 *Palas*] Pala, pelle; merga, fourche.

63 *Muphonnum*] Sic scribit Hebraice Parenm, כנראהם. Sic Petitus, מפני הום שקר אַס. Characteribus Latinis sic scribit, Mephonum secoraim. Sic Latine vertit, Qui removet calamitates corum, qui eis auxilium implorant.

Quod hic te orat. AG. quid ait, aut quid orat? expedi.

M1. Sub cratim uti jubeas sese supponi, atque eo 65  
Lapides imponi multos, ut sese neces.

HA. Gunebel balsamenierasan. AG. narra, quid est?

Quid ait? M1. non hercle nunc quidem quicquam scio.

HA. At ut scias nunc, dehinc Latine jam loquar.

Servom hercle te esse oportet et nequam et malum, 70  
Hominem peregrinum atque advenam qui irrideas.

M1. At hercle te hominem et sycophantam, et subdolum,  
Qui huc advenisti nos captatum migdilybs,  
Bisulcilingua, quasi proserpens bestia.

AG. Maledicta hinc aufer: linguam compescas face. 75

Maledicere huic tu temperabis, si sapis.

Meis consanguineis nolo te injuste loqui.

Carthagini ego sum natus, ut tu sis sciens.

HA. O mi popularis, salve! AG. et tu edepol, quisquis es.

Et si quid opus est, quæso, dic; atque impera, 80

Popularitatis causa. HA. habeo gratiam.

*quod a te hic precatur. AG. Quid dicit, aut quid rogat? aperi. M1. Ut mandes sese supponi sub craticula, et sibi imponi multos lapides, ut sese neces. HA. Gunebel balsamenierasan. AG. Expone, quid est? Quid ait? M1. Nunc per Herculem nihil intelligo eorum que dicit. HA. Et ut intelligas nunc, deinceps loquar Latine. Per Herculem oportet te esse servum, et nequam, et improbum, qui illudas homini peregrino et advenæ. M1. Sed per Herculem oportet te esse hominem sycophantam et vespipellem, qui renisti huc ad nos captiundos, migdilybs, bisulca lingua, quasi serpens. AG. Abstine hic maledictis! coirce lingua. Si sapis, tu cavebis maledicere huic. Nolo te conviciari meis affinibus. Ego sum natus Carthagini, ne tu ignores. HA. O mi civis, salve! AG. Tu quoque sulcus sis, per ædem Pollucis, quisquis es. Et si quid est opus, obsecro, dic et manda, quia es popularis. HA.*



*succorahim Pll. cave sis feceris al. ap. Pareum.—65 Subgratim B. 1. Sub grati C. et C. 2. ut jubeas B. 1. se supponi Pll. et B. 1. adque eo C.—67 Gunebel balsamem erasam B. 1.—68 Qui ait Pll.—70 C. oportet ene quam.—71 Idem codex adque.—72 C. sycophanta.—73 Pro migdilybs, B. 1. habet nundilia; Pll. micdilia.—75 Pro face, B. 1. habet tace.—77 Meus est sanguineus B. 1.—78 Al. ap. Pareum, tu scis sciens.—79 O mihi popularis C. et C. 2.—80 Et*

#### NOTÆ

67 Gunebel] Sic Pareus, נונבל Sic Petitus, נאען נבל בבלסמן ערסן. Characteribus Latinis, יראן. La-

tine sic vertit, Petulantiam et superbiām hominis improbi et vilis (Milphionem intellige) compescat et refrānet Jupiter.

Verum ego hic hospitium habeo : Anthidamæ filium  
Quæro : commonstra, si novisti Agorastoclem.

Eequem adolescentem tu hic novisti Agorastoclem?

Ag. Siquidem Antidamarchi quæris adoptatitium, 85  
Ego sum ipsus, quem tu quæris. Ha. hem ! quid ego au-  
dio ?

Ag. Anthidamæ gnatum me esse. Ha. si ita est, tesseram  
Conferre si vis hospitalem, eccam, attuli.

Ag. Agedum huc ostende : est par probe : nam habeo domi.

Ha. O mi hospes, salve multum ! nam mihi tuus pater, 90  
Pater tuus ergo, hospes Anthidamas fuit :

Hæc mihi hospitalis tessera cum illo fuit.

Ag. Ergo hic apud me hospitium tibi præbebitur.

Nam haud repudio hospitium, neque Carthaginem :

Inde sum oriundus. Ha. Di dent tibi omnes quæ velis. 95  
Quid ais ? qui potuit fieri, ut Carthagini

Gnatus sis, hic autem habuisti Ætolum patrem ?

Ag. Surreptus sum illinc : hic me Anthidamas hospes tunc  
Emit, et is me sibi adoptavit filium.

Ha. Demarcho item ipse fuit adoptatius.

100

*Ago gratias. Sed habeo hic hospitium. Quero filium Anthidamæ. Indica mihi Agorastoclem, si noristi. Nonne tu novisti hic adolescentem Agorastoclem? AG. Si queris filium adoptivum Antidamarchi, ego sum ipse quem tu quæris. HA. Hem! quid ego audio? AG. Me esse filium Anthidamæ. HA. Si ita est, ecce tessera hospitalis, quam attuli: si placet, confer. AG. Agedum ostende huc. Respondet probe: nam habeo domi. HA. O mi hospes, salve multum! nam tuus pater, tuus pater, inquam, Anthidamas fuit meus hospes: hanc habui tessera hospitalem cum illo. AG. Igitur tibi erit hic apud me hospitium. Nam non recuso hospitium, neque Carthaginem: sum oriundus inde. HA. Cuncti Di tibi præbeant quæ exoptas! Quid dicas? Quomodo potuit fieri, ut sis natus Carthagini, habuisti autem hic patrem Ætolum? AG. Fui surreptus illinc. Anthidamas tuus hospes me emit hic, et me adoptavit filium. HA. Ipse fuit etiam adoptivus Demarchi:*

deest in B. 1. est deest in C. 2.—82 Verum ego hospitiisum C. hospitium eti-  
am C. 2. ego hic unum hospitem al. ap. Pareum.—85 Siquidem tu Antidama hic  
quæris Acidal.—87 B. 1. te esse jam, pro tessera.—89 Margo ed. Gronov. do-  
num, ex codd.—91 Patri B. 1. ergo mihi Parei 3.—93 C. prebitur.—94 Nam-  
que Parei 3. prepudio C.—95 Unde Parei 3.—98 Surptus al. ob versum.—

## NOTÆ

91 Pater tuus ergo] Hoc loco ergo est nra ex illis vocibns, quæ usur- pantur a comicis personis, quarum esse debet sermo inaccuratus, utpote qui esse vulgi singitur; atque adeo in quo voces esse solent alieno loco posita. Hic ergo significat 'in- quam.'

Sed mitto de illo, et ad te redeo : dic mihi,  
Ecquid meministi tuum parentum nomina ?

AG. Patris atque matris memini. HA. memora dum mihi :  
Si novi forte, aut si sunt cognati mihi.

AG. Ampsigura mater mihi fuit, Iachon pater. 105

HA. Patrem atque matrem viverent vellem tibi !

AG. An mortui sunt ? HA. factum ; quod ægre tuli.  
Nam mihi sobrina Ampsigura tua mater fuit.

Pater tuus is erat frater patruelis meus,

Et is me hæredem fecit cum suum obiit diem, 110

Quo me privatum ægre patior mortuo.

Sed si ita est, ut tu sis Iachonis filius,

Signum esse oportet in manu læva tibi,

Ludenti puero quod momordit simia.

Ostende, ut inspiciam : aperi. AG. vide : eccum adest. 115

Mi patrue, salve. HA. et tu salveto, Agorastocles.

Iterum mihi gnatus videor, quia te repperi.

M1. Pol istam rem vobis bene evenisse gaudeo.

Et te moneri numne vis ? HA. sane volo.

M1. Paterna oportet reddi filio bona. 120

Æquom est habere hunc bona, quæ possedit pater.

HA. Haud postulo aliter : restituentur omnia.

*sed omitto dicere de illo, et revertor ad te. Dic mihi ; recordarisne nomina tuorum parentum ? AG. Recordor patris atque matris. HA. Dic dum mihi, ut videam, si forte novi, aut si sunt mihi cogniti. AG. Ampsigura fuit mea mater, Iachon fuit meus pater. HA. Utinam tuus pater et tua mater viverent ! AG. Suntne mortui ? HA. Sunt ; et hoc magis ægre tuli, quod Ampsigura tua mater fuit mea sobrina. Tuus pater meus frater erat patruelis ; et is me scripsit hæredem, quando obiit suum diem. Fero moleste me destitutum eo mortuo. Sed si est sic, ut tu sis filius Iachonis, oportet te hubere signum in manu lava, quam simia impressit morsu ludenti puero. Præbe ut inspiciam. Aperi. AG. Vide ; ecce adest. Mi patrue, salve. HA. Et tu salve, Agorastocles. Mihi videor natus iterum, quando te repperi. M1. Per Pollucem latronem rem vobis bene cessisse. Et te moneri nonne vis ? HA. Maxime volo. M1. Oportet reddi filio fortunas paternas ; est par hunc habere fortunas, quas pater possedit. HA. Non postulo aliter : restituentur*



100 C. adopticius.—108 Ampsigura C. Amsigura Parei 3.—110 Et his C.—

111 Parei 3. esse ægre. C. ægræ. C. 2. pacior.—112 Iahonis C.—114 C. et

Parei 3. me mordit ; C. 2. memordit.—115 Ostende inspice jam aperi audi atque

ades B. 1. Ostende. AG. inspice jam. HA. ah, perii. AG. Dii ! ecce adest Gint.

Ostende inspiciam C. Ostendunt inspiciam al. ap. Pareum. audi atque ades Pil.

—116 B. 1. et tu salve.—117 Parei 3. quod te ; C. quo te ; C. 2. quo ate.—119 C. 2.

- Suam rem sibi salvam sistam, si illo advenerit.  
**M<sub>1</sub>.** Facito sis reddas, etsi hic habitabit tamen.  
**H<sub>A</sub>.** Quin mea quoque iste habebit, si quid me fuat. 125  
**M<sub>1</sub>.** Festivom facinus venit mihi in mentem modo.  
**H<sub>A</sub>.** Quid id est? **M<sub>1</sub>.** tua est opus opera. **H<sub>A</sub>.** dic mihi, quid lubet?  
 Profecto uteris, ut voles, operam meam.  
 Quid est negoti? **M<sub>1</sub>.** potin' tu fieri subdolus?  
**H<sub>A</sub>.** Inimico possum, amico insipientia est. 130  
**M<sub>1</sub>.** Inimicus hercle est hujus. **H<sub>A</sub>.** male faxim lubens.  
**M<sub>1</sub>.** Amat a lenone hic. **H<sub>A</sub>.** facere sapienter puto.  
**M<sub>1</sub>.** Leno hic habitat vicinus. **H<sub>A</sub>.** male faxim lubens.  
**M<sub>1</sub>.** Ei duæ puellæ sunt meretrices servolæ  
 Sorores: earum hic alteram efflictim perit: 135  
 Neque eam incestavit unquam. **H<sub>A</sub>.** acerba amatio est.  
**M<sub>1</sub>.** Nunc leno ludificatur. **H<sub>A</sub>.** suum quæstum colit.  
**M<sub>1</sub>.** Hic illi malam rem dare volt. **H<sub>A</sub>.** frugi, si id facit.  
**M<sub>1</sub>.** Nunc hoc consilium capio, et hanc fabricam apparo,  
 Ut te allegemus: filias dicas tuas, 140  
 Surreptasque esse parvulas Carthagine,  
 Manuque liberali causa ambas asseras,

*universa ei; restituam ei fortunas incolumes, si eo pervenerit. M<sub>1</sub>. Fac si placet ut reddas, tametsi mancat hic. H<sub>A</sub>. Quin iste habebit etiam mea, si quid mihi accidat humanitus. M<sub>1</sub>. Res jucunda mibi renit mox in animum. H<sub>A</sub>. Quid est hoc? M<sub>1</sub>. Est opus tua industria. H<sub>A</sub>. Dic mibi id quod volueris? Sane uteris mea opera, ut placebit. Quid est rei? M<sub>1</sub>. Potesne tu fieri versipellis? H<sub>A</sub>. Possum fieri cum inimico: est uenientia fieri cum amico. M<sub>1</sub>. Per Herculem est hujus hostis. H<sub>A</sub>. Malefaciam libenter. M<sub>1</sub>. Agorastocles amat puellam, que est in potestate lenonis. H<sub>A</sub>. Existimo agere sapienter. M<sub>1</sub>. Leno manet hic in vicinis. H<sub>A</sub>. Malo officiam libens. M<sub>1</sub>. Habet duas puellas meretrices serras sorores: hic deperit ardenter alteram earum, neque eam unquam attigit. H<sub>A</sub>. Est amor durus. M<sub>1</sub>. Leno nunc eum irridet. H<sub>A</sub>. Servit suo questui. M<sub>1</sub>. Hic optat male officre. H<sub>A</sub>. Recte fecerit, si præstet id. M<sub>1</sub>. Intelligo jam id consilium, et instruo hanc machinationem; ut te summittamus: die eas esse tuas filias, et esse surreptas Carthagine parvulas; et eas vindicesset ambas, in judicio, in liberta-*

*me vis; r<sup>o</sup> ne deest in B. 1.—123 Quam rem B. 1.—124 B. 1. hic habet; Pll. hic habit.—125 C. si quit.—129 Al. ap. Parenni potine tu.—132 Amat ab B. 1. allelone C. facit B. 1.—135 C. et C. 2. periit.—137 Hunc leno B. 1. et Parei 3.—138 Voe. rem deest in C.—139 C. fabrica aparo.—140 Parei 3. qui filias.*

## NOTÆ

125 *Si quid me fuat*] Si obiero manus accidisset.  
*mortem.* Cicero, ‘*Si quid mihi hu-*

Quasi filiae tuæ sint ambæ: intellegis?

HA. Intellego hercle: nam mihi item gnatæ duæ

Cum nutrice una surreptæ sunt parvolæ.

145

M1. Lepide hercle assimulas! jam in principio id mihi placet. [lem catum,

HA. Pol magis, quam vellem. M1. heu! hercle morta-Malum, crudumque et callidum atque subdolum!

Ut afflet! quo illud gestu faciat facilius.

Me quoque dolis jam superat architectonem.

150

HA. Sed earum nutrix, qua sit facie, mihi expedi.

M1. Statura haud magna, corpore aquilo. HA. ipsa ea'st.

M1. Specie venusta, ore parvo, atque oculis pernigris.

HA. Formam quidem hercle verbis depinxti mihi.

M1. Vin' eam videre? HA. filias malo meas.

155

Sed i, atque evoca illam, si eae meæ sunt filiae:

Si illarum est nutrix, me continuo novit.

M1. Heus! ecquis hic est? nuntiate, ut prodeat

Foras Giddeneme: est qui illam conventam esse volt.

*tem, quasi sint ambæ tuæ filiae. Capisne? HA. Capio per Herculem. Nam mihi etiam sunt duæ filiae, quæ sunt surreptæ parvulæ cum nutrice. M1. Per Herculem assimulus festive! Jam in principio id mihi placet. HA. Per Pollucem magis placet, quam vellem. M1. Heu! per Herculem hominem callidum, malum, peritum, fraudulentum et vafrum! ut flet! quo id melius gerat. Jam me superat architectum fraudibus. HA. Sed memoria mihi, quo vultu sit nutrix eorum? M1. Statu non proceru, corpore subnigro. HA. Est illa ipsa. M1. Specie venusta, ore eximio, et oculis pernigris. HA. Mihi adunbrasti per Herculem verbis formam. M1. Visne eam cernere? HA. Malo videre meas filias. Sed i, et illam voca, ut discam utrum sint meæ filiae. Si est illarum nutrix, me agnoscat statim. M1. Heus! ecquis est hic? Nuntiate, ut prodeat foras Giddeneme: est qui optat illam convenire.*

\*\*\*\*\*

Mox, tuas deest in C.—142 Manum C. C. 2. et B. 1.—143 C. in pellegis; C. 2. impellegis.—145 C. parvuloë.—146 Al. ap. Pareum, jam principium.—148 B. 1. et olidum.—149 Ut afflet C. et C. 2.—150 B. 1. architectorem.—151 Steharum C.—152 Al. ap. Pareum, aquilo est.—153 Voc. parvo deest in B. 1. C. et C. 2. extat tamen ap. Gell. xiii. 28. ore æque ac oculis Paveti 3.—154 C. 2. depinxisti.—155 Vin am Pll. Visne eam al.—157 B. 1. noverit.

#### NOTÆ

152 *Corpore aquilo*] Aquilus color est fuscus, et subniger ab aqua nominatus.

## ACTUS QUINTI SCENA TERTIA.

GIDDENEME, MILPHIO, HANNO, AGORASTOCLES, PUER.

**G1.** Quis pultat? **M1.** qui te proxumus est. **G1.** quid vis? **M1.** echo,

Novistin' tu illunc tunicatum hominem, qui siet?

**G1.** Nam quem ego aspicio? Pro supreme Juppiter!  
Herus meus hic quidem est, mearum alumnarum pater,  
Hanno Carthaginiensis. **M1.** ecce autem mala!

5

Præstigiator hic quidem Pœnus probus est,  
Perduxit omnis ad suam sententiam.

**G1.** O mi here, salve, Hanno, insperatissime  
Mihi tuisque filiis, salve; atque echo!  
Mirari noli, neque me contemplarier.

10

Cognostin' Giddenemen ancillam tuam?

**HA.** Novi: sed ubi sunt meæ gnatæ? id scire expeto.  
**G1.** Apud ædem Veneris. **HA.** quid ibi faciunt? dic mihi.  
**G1.** Aphrodisia hodie Veneris est festus dies:

15

Oratum ierunt Deam, ut sibi esset propitia.

**M1.** Pol satis scio impetrarunt, quando hic hic adest.

**AG.** Echo an hujus sunt illæ filiæ? **G1.** ita, ut prædicas.

Tua pietas nobis plane auxilio fuit,

**G1.** Quis impellit ostium? **M1.** Qui tibi est finitus. **G1.** Quid petis?  
**M1.** Echo, novistine quis sit ille, qui tunica induitus est? **G1.** Quemnam ego conspicor? Pro Jupiter summe! adest mens herus, Hanno Carthaginiensis, pater mearum alumnarum. **M1.** Ecce vero mala! Hic quidem Pœnus est peritus circulator; traxit universos ad suam sententiam. **G1.** O mi here, sis salvus! sis salvus, Hanno, mihi insperate tuisque filiabus. Atque echo! Noli admirari, neque me considerare. Cognoscisne Giddenemu tuam ancillam? **HA.** Nori; sed ubi sunt meæ filiæ? Id volo scire. **G1.** In templo Veneris. **HA.** Quid agunt ibi? loquere. **G1.** Est hic festus dies Aphrodisiorum: ierunt rogatum Deam, ut sibi faveat. **M1.** Per Pallucem, exaudite sunt, quandoquidem hic adest hic. **AG.** Echo, anne sunt illæ hujus filiæ? **G1.** Sunt, sicut dicas. Tua pietas nobis fuit ho-



2 Moristin Plt.—4 C. pater.—6 Præstigiator C.—8 C. et C. 2. insperatissime.—9 C. adque.—10 Plt. contemplarier; B. 1. contemprarier.—13 C. quid tibi.—14 C. festos.—15 Deum C. a m. pr.—17 Echo han C. illa et filiæ Plt.

## NOTE

9 Filiæ] Pro 'filiabus.'

Cum hue advenisti hodie in ipso tempore.

Namque hodie earum mutarentur nomina, 20

Facerentque indignum genere quæstum corpore.

**PUER.** Handones illi havon bene si illi in mustine.

**G1.** Me ipsi et eneste dum et alamna cestinum.

**AG.** Quid illi locuti sunt inter se? dic mihi.

**M1.** Matrem salutat hic suam, haec autem hunc filium. 25

**HA.** Tace atque parce muliebri suppellecili.

**AG.** Quæ ea est suppellex? **HA.** clarus clamor sine modo.

Tu abduc hos intro, et una nutricem simul

Jube abire hanc ad te. **AG.** fac, quod imperat.

**M1.** Sed quis illas tibi monstrabit? **AG.** ego doctissime. 30

**M1.** Abeo igitur. **AG.** facias modo, quam memores, mavelim.

Patruo advenienti coena curetur volo.

*die salutaris, cum advenisti huc, adeo tempestive. Nam earum nomina mutata fuissent hodie, et fecissent quæstum corpore, indignum suo sanguine. Puer. Handones illi havon bene si illi in mustine. G1. Me ipsi et eneste dum et alamna cestinum. AG. Quid illi fabulati sunt simul? Dic mihi. M1. Hic salutat suam matrem, haec autem suum filium. HA. Tace, et parce peculio muliebri. AG. Quod est illud peculium? HA. Clamor acutus admodum. Tu abduc hos in ædes, et una manda hanc abire nutricem ad te. AG. Fac id quod mandat. M1. Sed quis tibi illas ostendet? AG. Ego optime. M1. Discedo igitur. AG. Malim te facere id, quam dicere. Volo paretur cœna patruo advenienti. M1. Lachanam*



*illec filiae B. 1.—18 Al. ap. Pareum plane nobis.—22 Handones Pl. Hannones Parei 3. Handonis illi favori beuest illi B. 1. havo Parei 3. hanun al.—23 Mi [lacuna] et alunæ B. 1.—25 Matrem hic salutat B. 1.—26 Tace adque Pl.—27 Quæ est cu B. 1. suppelle [lacuna] clarus Pl.—28 Tu abduci al. ap. Pareum. has intro B. 1. matricem C.—29 Jubto al. ap. Pareum.—32 B. 1. curetur*

#### NOTÆ

20 *Mutarentur nomina*] Mulieres quæ stuprificientiam apud aediles professæ meretricium instituerent quæstum, nomen mutare consueverant; quod nomen, si resipiscerent, deponebant, sumque rursum assumebant.

22 *Handones*] Sic Pareus Hebraice: *Pu. Hannones illi!* זה bene si illi in עונתיהם רום. **G1.** Me 'psi, et עונתיהם רום et עלמנה כשחינים

Sic Petitus, והוא חלוני שאלי. **G1.** והוא אין בני שאלי

ומשחני מה אפסי את-אנש את-דורם את- אלמנה קשתי נני

*Pu. Hau colni, suli. G1. Hau on beni, suli, emastini. Me? ipsi, et enes, et dum, et alamna, csati nini.* Latine sic reddit: *Pu. Salve quæ peperisti me, exoptatissima. G1. Salve robur filii mei, o exoptatissime, et mi putille. Quid est? Cessato cum omni agritudine, silentio, et solitudine, tu afflictio mea de filio meo.*

M<sub>1</sub>. Lachanam vos ! quos ego jam detrudam ad molas,  
Inde porro ad puteum, atque ad robustum codicem.  
Ego faxo hospitium hoc leviter laudabit. 35  
Ag. Audin' tu, patrue ? dico, ne dictum neges :  
Tuam mihi majorem filiam desponeas.  
Ha. Pactam rem habeto. Ag. spondesne igitur ? Ha.  
spondeo.  
Ag. Mi patrue, salve ! nam nunc es plane meus.  
Nunc demum ego cum illa fabulabor libere. 40  
Nunc, patrue, si vis tuas videre filias,  
Me sequere. Ha. jamdudum equidem cupio, et te sequor.  
Ag. Quid si camus illis obviam ? Ha. at ne inter vias  
Præterbitamus, metuo : magne Juppiter,  
Restitue certas mihi ex incertis nunc opes. 45  
Ag. Ego quidem meos amores mecum confido fore.  
Sed eccas video ipsas. Ha. hæcine sunt meæ filiaæ ?  
Quantæ e quantillis jam sunt factæ ? Ag. scin' quid est ?  
Græcæ sunt hæ columnæ ; sustolli solent.  
M<sub>1</sub>. Opinor hercle hodie quod ego dixi per jocum, 50  
*vos ! quos ego jam conjiciam in pistrinum, inde ad puteum, et ad robustos truncos.  
Ego dabo operam, ut non ita laudetis hoc hospitium. Ag. Audisne, patrue ? Rogo  
ut stes prouissis, et mihi desponeas tuam filiam majorem natu. Ha. Habe rem  
pactam. Ag. Promittisne ergo ? Ha. Promitto. Ag. Mi patrue, salve ! Nam  
es nunc omnino meus. Nunc demum ego libere loquar cum illa. Nunc, patrue, si  
vis cernere filias tuas, sequere me. Ha. Equidem jampridem exopto, et te sequor.  
Ag. Quid si occurramus illis ? Ha. Sed vereor ne prætereamus inter vias.  
Magne Jupiter, redde mihi nunc fortunas certas ex incertis. Ag. Equidem con-  
fido meos amores fore mecum ; sed ecce video illas. Ha. Suntne hæ meæ filiaæ ?  
Quantæ eraserunt jam e parvis ! Ag. Scisne quid sit ? Hæ sunt columnæ Græ-  
cæ, solent attolli. M<sub>1</sub>. Existimo, per Herculem, id quod ego dixi hodie joco, esse*

*modo volo.—33 Lachanan voscos ego B. 1. Versus hos tres Hannoni tribuit  
Gruterus.—34 Inde porro apud eum B. 1. adque ad C. et C. 2. robustum C.—  
35 B. 1. leniter. C. laudabit. —38 Voc. rem deest in C.—39 Mihi patrue C. et  
C. 2.—43 Pl. illi obviam.—44 Perierint metuo B. 1. Præterbita metuo C. Pra-  
eterbita metuo C. 2.—47 B. 1. ecce meæ sunt filiaæ.—49 Thraceæ sunt columnæ  
Parei 3. Thraceæ sunt caelū ne sustollis oleni C. Threoc sunt celum ne sustollis oleni  
C. 2. Trecæ sunt celonue codex Scaligeri. Hetruscæ sunt calamineæ al. ap. Pa-*

## NOTÆ

33 *Lachanan*] Sic Petitus Hebraice,  
לְחָנָן וּבָשָׂר. Sic characteribus Latini-  
nis, *Lechu nam vas*. Sic Latine ver-  
tit, *Venite grati propere*.

49 *Sustolli solent*] Sese attollunt ge-  
minæ virgines, ut columnæ eleganti  
artificio excisæ.

**Id eventurum esse et severum et serium,  
Ut hæc inveniantur hodie esse hujus filiæ.**

**Ag. Pol istud quidem jam certum est: tu istos, Milphio,  
Abduce intro: nos hasce hic præstolabimur.**

*eventurum, et severum et serium, ut hæc reperiantur hodie esse ejus filiæ. Ag. Per Pollucem illud est jam certum. Tu, Milphio, introduc illos: nos expectabimus hic hasce.*

reum. *sustolli solem* B. 1.—51 *Inde venturum C. et servum et C.*—52 *Ut hæc Parei 3.*—54 *C. et C. 2. præstolabitur.*

## ACTUS QUINTI SCENA QUARTA.

ANTERASTILIS, ADELPHASIUM, AGORASTOCLES,  
HANNO.

**An. Fuit hodie operæ pretium ejus, qui amabilitati animum adjiceret,** [venit.  
**Oculis epulas dare, delubrum qui hodie ornatum eo visere**  
**Deamavi ecastor illic ego hodie lepidissuma munera mere-**  
tricum, [opus hodie;  
**Digna Diva venustissuma Venere: neque contemsi ejus**  
**Tanta ibi copia venustatum aderat, in suo quæque loco sita**  
munde. 5  
**Arabius murrhinusque omnis odor complebat: haud sor-**  
dere visus est

*An. Oportuit eum, qui adhiberet animum amoris, pascere oculos hodierna die, contemplari ornamenta templi. Mogni aestimavi, per cedem Castoris, munera quæ metrices in eo obtulerunt digna Venere Dea scitissima. Magni aestimavi hodierna die ejus divitias, adeo magna erat tibi, o Venus, copia venustatum, quæ erant possitæ suo quæque loco. Odor Arabicus et murrhinus complebat omnem locum; tuus*

1 Pl. adiceret.—3 C. 2. *murerat.*—4 *Digna diva C. opes hodie* B. 1. et Lips.  
—5 Al. ap. Pareum, aderat suo. Pl. *quique loco;* B. 1. *quoque loco.* Pro  
munde, al. ap. Pareum nitide.—6 *Arabus* edd. quædam vett. *omnis dor C.*—

### NOTÆ

2 *Oculis epulas dare]* Id est, oblectare, pascere et explere festivo sermonem.

4 *Opus]* Id est, opes.

6 *Murrhinusque]* ‘Myrrhata’ pectorio ad pulvinaria Deorum deferebatur, quando eorum festi celebrabantur dies.

Festus dies, Venus, nec tuum fanum : tantus ibi clientarum erat numerus,

Quæ ad Calydoniam venerant Venerem : certo enim, quod quidem ad nos duas [suimus :

Attinuit, præpotentes, pulchræ, pacisque potentes, soror, Neque ab juventute ibi irridiculo habitæ : quod pol, soror, ceteris omnibus factum est. 10

AD. Malim istuc aliis ita videatur, quam uti tu te, soror, collaudes. AN. spero equidem. [cognosco,

AD. Et pol ego ; cum, ingeniis quibus sumus atque aliae, Eo sumus gnatae genere, ut deceat nos esse a culpa castas.

HA. Juppiter, qui genus colis alisque hominum, per quem vivimus vitalem ævum,

Quem penes spes vitæ sunt hominum omnium, da diem hunc sospitem, quæso, 15

Rebus meis agundis : quibus annos multos carui, quasque e patria

Perdidi parvas, redde his libertatem : invictæ præmium ut esse sciam pietati. [me metuit.

AG. Omnia faciet Juppiter faxo : nam mihi est obnoxius, et HA. Tace, quæso. AG. ne lacruma, patrue.

*dies festus, o Venus, non mihi visus est esse despiciatur, nec tuum templum : tanta fuit frequentia clientarum, quæ venerunt ad Calydoniam Venerem. Nam quod ad utramque nostrum attinet, soror, suimus sine dubio formosæ, potentes, et præpotentes ad placandum Venerem : neque suimus irrisæ a juvenibus, quod accidit omnibus aliis.*

*AD. Malim te collaudari ab aliis, quam a te ipsa, o soror. AN. Spero. AD. Et ego, quando agnoscet quo ingenio sunus, et quo sunt aliae. Sunus natus eo genere, quo nos aporteat esse immunes a culpa. HA. Jupiter, qui amas homines et alios, per quem vivimus, et in cuius potestate est constituta spes ritæ omnium hominum ; ostende hunc diem faustum obsecro, in oheundis meis rebus : resitue libertatem iis, quas amisi parvas in patria, et quibus privatus sum tot annis : ut inielligam esse mercedem pietati constanti. AG. Dabo operam ut Jupiter præstet omnia ; nam mihi est addictus, et me intimidat. HA. Tace, obsecro. AG. Ne plora, patrue. AN. Quam est jucundum*

\*\*\*\*\*

7 C. nec tuum.—8 Venerem. AN. certo enim, &c. Acidal.—10 B. 1. in ridiculo habitatæ.—11 Al. ap. Parenm, aliis videatur. Mox, uti tette C. spero quidem al.—12 Et deest in B. 1. gnosco C.—14 C. ririmus talem ævum.—15 Quem apud penes spe ritæ Pli.—16 Mehus nisi gauidis C. Rebus mis agendis C. 2.—17 Pli. redde isubertatem.—18 Pli. obnoxius.—19 C. lacrime ; C. 2. lacrume.—

#### NOTÆ

9 *Præpotentes*] Dotibus corporis et animi præpotentibus ad permovendos animos instructæ. Supra amator ro-

gat utrum sua amica visa sit ‘fortis,’ id est, potens.

11 *Vitalem ævum*] ‘Ævus’ olim.

**A.** Ut volupe 'st homini, mea soror, si quod agit, cluet  
victoria ! 20

Sicut hodie nos inter alias præstitimus pulchritudine.

**A.** Stulta, soror, es magis, quam volo : an vero pulchra  
videre, obsecro,

Si tibi illi non os oblitum est fuligine ?

**A.** O patrue, o patrue mi patruissume !

**H.** Quid est, fratri mei gnate ? mi gnate, quid vis ? ex-  
pedi. 25

**A.** At enim volo hoc agas. **H.** at enim ago istuc. **A.** patrue mi patruissume.

**H.** Quid est ? **A.** est lepida et lauta : ut sapit !

**H.** Ingenium patris habet, quod sapit.

**A.** Quæ res ? jam diu edepol sapientiam tuam abusa est  
haec quidem.

Nunc hinc sapit, hinc sentit : quicquid sapit, amore meo  
sapit. 30

**A.** Non eo sumus genere prognatæ, tametsi sumus servæ,  
soror, [rideat.]

Ut deceat facere nos quicquam quod homo quisquam ir-  
Multa sunt mulierum vitia : sed hoc e multis maximum  
est,

*homini, mea' soror, si habeatur excellere in iis quæ agit ! Superavimus hodie om-  
nes alias pulchritudine. A. Es stultior quam velim, o soror. An vero riederis  
pulchra, queso, si os non est tibi sedutum fuligine ? A. O patrue ! o patrue,  
mihi patruissime ! H. Quid est, fili mei fratriss ? Quid vis, mi gnate ? Dic.  
A. Opto ut id agas. H. At ago id. A. Mi patrue dilectissime ! H. Quid  
est ? A. Est venusta, et nitida : ut sapit ! H. Quod illa sapit, prædicta est in-  
genio, sicut suns pater. A. Quæ res ? Per ædem Pollucis haec caret jamdudum  
tuis institutis. Nunc hie instituta est, hic eruditia. Quicquid habet sapientiæ, de-  
bet meo anori. A. Non sumus ortæ eo genere, quanvis sumus servæ, soror, ut  
nos conveniat agere quicquam, quod a quoquam irrideatur. Sunt errores multi mu-*

22 Pli. annæ pulchra.—23 Si tibi illis al. ap. Pareum. Mox, est fulineei B. 1.  
C. 2. est fulineti C.—27 Acidal. quo sapit.—29 Queres jam C. et C. 2. tuam  
et quæ abusa est B. 1. haec qui quem abusa est C. et C. 2.—30 C. e meo amore;

#### NOTÆ

20 *Cluet victoria*] Si victor habeatur, victoria clarus est, excellit.

ridiculo habuit. Tractum a genere  
ludi, quo dormientibus ora pingun-

23 *Os oblitum est fuligine*] Nonius :

tur.'

\* *Sublevit significat illusit, et pro*

Cum sibi nimis placent, nimisque operam dant, ut placent viris.

**A.N.** Nimiæ voluptati est, quod in extis nostris portentum est, soror, 35

**Quodque haruspex de ambabus dixit.** **A.G.** velim de me aliquid dixerit.

**A.N.** Nos fore invito domino nostro diebus paucis liberas.

**Id ego nisi quid Di aut parentes faxint, quid sperem, haud scio.**

**A.G.** Mea fiducia hercle haruspex, patrue, his promisit, scio, Libertatem, quia me amare hanc scit. **A.D.** soror, sequere hac. **A.N.** sequor. 40

**H.A.** Priusquam abitis, vos volo ambas: nisi piget, consistite.

**A.D.** Quis revocat? **A.G.** qui bene volt vobis facere. **A.D.** facere occasio est.

Sed quis homo est? **A.G.** amicus vobis. **A.D.** qui quidem non inimicus est.

**A.G.** Bonus est hic homo, mea voluptas. **A.D.** pol istum malum, quam malum.

**A.G.** Siquidem amicitia est habenda, cum hoc habenda est. **A.D.** haud precor. 45

**A.G.** Multa bona vobis facere volt. **A.D.** bonus bonis beneficeris.

lierum; sed hic est omnium gravissimus, quando sibi placent plus æquo, et student plus æquo placere viris. **A.N.** Nimi jucundum fuit, quod deprehensum est in visceribus victimarum nostrarum, soror, et quod haruspex pronuntiavit de utraque nostrum. **A.G.** Utinam dixerit aliquid de me. **A.N.** Nos fore liberas intra paucos dies, contra voluntatem nostri domini. Haud video quare id sperem, nisi Dii aut parentes faciant aliquid. **A.G.** Per Herculem haruspex pollicitus est libertatem, confisus mea fide, patrue, scio; quia scit hanc a me amari. **A.D.** Soror, sequere hac. **A.N.** Sequor. **H.A.** Antequam eatis, vos volo ambas. State, si plueret. **A.D.** Quis revocat? **A.G.** Ille qui vult vos beneficio afficere. **A.D.** Est locus faciendi. Sed quis est? **A.G.** Vester amicus. **A.D.** Nempe qui minime odit. **A.G.** Hic homo est probus, mea voluptas. **A.N.** Per Poltucem malum esse ejusmodi, quam improbum. **A.G.** Si amicitia cum quopiam est incunda, incunda est cum hoc. **A.D.** Haud precor. **A.G.** Vult vos afficere multis beneficiis. **A.D.** Oportet ut bonus beneficias

---

C. 2. *meo amore.* Ultimum sapit non legitur in C. C. 2. et B. 1.—34 *Cum nimis sibi B. 1. nimisque operam ut, omisso dant, C. et C. 2. dant abest etiam a B. 1.—35 B. 1. soror est.—38 Parei 3. qui sperem; C. 2. quod sperem.—39 Meas fiducia C. patruelis promisit Lips. et C. 2. patruslibus al.—40 C. equere hac.—41 *Priusquam habitis C. et C. 2. vos volerabas C. clamabas C. 2.—43 C.**

**H.** Gaudio ero vobis. **A.** at edepol nos voluptati tibi.  
**H.** Libertatique. **A.** isto pretio tuas nos facile feceris.  
**A.** Patrue mi, ita me Di amabunt, ut ego, si sim Juppiter,  
 Jam hercle illam uxorem ducam, et Junonem extrudam  
 foras. 50

Ut pudice verba fecit, cogitate, et commode !  
 Ut modeste orationem præbuit ! certo hæc mea est.  
**H.** Sed ut astu sum aggressus ad eas ! **A.** lepide hercle  
 atque commode. [qui sedent.]

**H.** Pergo etiam tentare ? **A.** in pauca confer : sitiunt  
**H.** Quid istic, quod faciundum est, cur non agimus ? in  
 jus vos voco. 55

**A.** Nunc tene, patrue. **H.** tu, frugi si bonæ es. **A.** Ag.  
 vin' ego hanc apprehendam ? **H.** tene.  
**A.** An patruus est, Agorastocles, tuus hic ? **A.** jam  
 faxo scibis.

Nunc pol ego te ulciscar probe ; nam faxo mea eris sponsa.  
**H.** Ite in jus, ne moramini. **A.** antestare me, atque  
 duce.

**A.** Ego te antestabor : postea hanc amabo, atque am-  
 plexabo : 60

Sed illud quidem volui dicere, immo dixi hercle quod vole-  
 bam.

*bonis.* **H.** Vobis afferam gaudium. **A.** Sed per ædem Pollucis tibi erimus  
 voluptati. **H.** Et libertatem. **A.** Nos reddideris facile tuas isiu mercede.  
**A.** Mi patrue, dispeream, nisi, si sim Jupiter, ego illam jam ducam uxorem, et  
 excludam Junonem. Ut loquitur pudice, sapienter, et facile ! Ut habuit modes-  
 tum sermonem ! Projecto hac est mea. **H.** Sed quam callide eas adiri ! **A.** Ag.  
 Pulchre per Herculem et renuste. **H.** Prosechor adhuc tentare ? **A.** Contrahere  
 paucis: spectatores sili laborant. **H.** Quid cunctamur ? Quare non facimus id  
 quod est agendum ? Vos voco in jus. **A.** Tene eas nunc, o patrue, ne effu-  
 giant. **H.** Si tu es probus, retine eas ipse, Agorastocles. **A.** Libetne ut  
 huic manus injiciam ? **H.** Injice. **A.** An hic est tuus patruus, Agorastocles ? **A.**  
 Faciom ut juu scias. Per Pollucem ego te ulciscur nunc navi-  
 ter; nam dabo operam, ut sis mea sponsa. **H.** Pergite in jus, ne cunctemini.  
**A.** An. Testem me voca, et duc in judicium. **A.** Testem te appellabo,  
 deinde amubo hanc et amplectar : sed volui dicere id, immo per Herculem dixi



**C. 2. B. 1.** Parei 3. inimicus non est.—46 Acidal. *bonis* beneficerit.—47 C. ad  
 edepol.—51 C. verba fecerunt . . . ed commode.—52 Verbum est deest in B. 1.—  
 53 Sed ut astus sum C. ad deest in B. 1. leppide h. adque C. 2.—54 Pergo etiam  
 temptaret in Pl. —55 C. quur non.—56 Pl. vin ego hanc uel prædam. Ultimum  
 tene deest in B. 1.—57 C. faxos cibus.—58 Nun pol B. 1.—59 Ite in ris C. 2.

**HA.** Moramini: in jus vos voco, nisi honestius prehendi.

**AD.** Quid in jus vocas nos? quid tibi debemus? **AG.** dice tu illi. [diato:

**AD.** Etiam me meae latrant canes? **AG.** at tu herele allu-Dato mihi pro offa savium, pro osse linguam objicito: 65 Ita hanc canem faciam tibi oleo tranquilliores.

**HA.** Ite, si itis. **AD.** quid nos fecimus tibi? **HA.** fures estis ambæ.

**AD.** Nosne tibi? **HA.** vos, inquam. **AG.** atque ego scio. **AD.** quid furti est id? **AG.** hunc rogato.

**HA.** Quia annos multos filias meas celavistis clam me: 69 Atque euidem ingenuas, liberas, summoque genere gnatas.

**AD.** Nunquam mecastor reperies tu istuc probrum penes nos.

**AG.** Da pignus, ni nunc perjures, in savium, uter utri det.

**AD.** Nihil tecum ago, abscede obsecro. **AG.** atque herele mecum agendum est. [cesse est.

Nam hic patruus meus est: pro hoc mihi patronus sim ne-  
Ei prædicabo, quomodo vos furta faciatis multa, 75

quod libebat. **HA.** Retardatis: vos appello in jus, nisi est honestius comprehendendi. **AD.** Quare nos appellas in judicium? Quid tibi debemus? **AG.** Dic tu illi. **AD.** Etiam meæ canes milii oblatrant? **AG.** Sed tu per Herculem obblandire: \* \* \* sic tibi faciam hanc canem quietiorem oleo. **HA.** Pergite, si sultis. **AD.** Quid tibi fecimus nos? **HA.** Vos estis amba fures. **AD.** Tibine nos suffuratae sumus aliquid? **HA.** Vos, inquam. **AG.** Et ego sum testis. **AD.** Quid est hoc furtum? **AG.** Interroga hunc. **HA.** Quia occultaristi meas natas, me inscio, multos annos, atque projecto ingenuas, liberas, et natas claro genere. **AD.** Per Castorem tu nunquam incenes illud probrum in nobis. **AG.** Certa mecum pignore pacto, uter utri det osculum. **AD.** Ego non discepto tecum; queso, abscede. **AG.** At per Herculem tibi est agendum mecum; nam hic est meus patruus; est necesse mihi, ut sim patronus pro hoc. Dicam pro eo quot faciatis furtæ, et quo-

\*\*\*\*\*

Ite in jurs ne C.—60 C. hanc amalo.—61 C. quid volui dece immo.—62 C. in-jussuos vocabo.—63 Quid in suo cas nos C. dicet illi C. et C. 2. dice illi B. 1.—64 Etiam ne me adlatrant canes B. 1. allatrant cones Lamb. at thu C. ad tu C. 2.—65 C. et C. 2. obicito; B. 1. abicito.—66 Parei 3. tibi ego oleo.—67 Ite sultis Parei 3. Ite scisitis B. 1. et a m. sec. Ite seitis; Pil. Ite sittis.—68 B. 1. C. et C. 2. quid id furti est.—72 B. 1. ne nunc. Mox, idem codex

#### NOTÆ

64 *Meæ latrant canes*] Id est, eti- quasi ignoto.  
anne ii, qui pro me facere debent, Alludiato] ‘Alludiare’ dicuntur  
mihi adversantur? Nam monstrò si- heri canibus suis, cum eos demul-  
mile fuerit, si canis oblatret domino, cent.

Quoque modo hujusce filias apud vos habeatis servas,  
Quas vos ex patria liberas surreptas esse scitis.

AD. Ubi sunt eae? aut quae sunt, obsecro? AG. satis sunt maceratae.

HA. Quin eloquar. AG. censeo hercle, patrue. AD. misera timeo, quid

Hoc sit negotiū, mea soror: ita stupida sine animo asto. 80

HA. Advortite animum, mulieres: primum, si id fieri possit,

Ne indigna indignis Di darent, id ego evenire vellem:  
Nunc quod boni mihi Di dant, vobis, vostræque matri,  
Eas Dis est æquum gratias nos agere sempiternas,  
Cum nostram pietatem approbant decorantque Di immorales: 85

Vos meæ estis ambæ filiæ: et hic est cognatus voster,  
Hujusce fratris filius, Agorastocles. AD. amabo,  
Num hi falso oblectant gaudio nos? AG. at me ita Di  
servent [nobis,

Ut hic pater est voster: date manus. AD. salve, insperate  
Pater: te complecti nos sine. HA. cupitæ atque expec-  
tatae. 90

*modo habeatis filias hujusce servas, apud vos, quas vos scitis esse liberas, et surreptas ex patria. AD. Ubi sunt illæ? Aut quæ sunt, quæso? AG. Sunt satis agitatæ. HA. Quin edicam. AG. Per Herculem sentio, patrue. AD. Metuo, infelix, quid sit, mea soror! Ita obstupui. HA. Adhibet mentem, mulieres: primum, si id possit fieri, ne Dii faccerent indigna indignis, ego optarem id continere: nunc est æquum nos agere gratias sempiternas Diis bonis propter benefia, quæ mihi impendunt, vobis, et vestræ matri; quando remunerantur nostram pietatem et exornant. Vos estis ambæ meæ filiæ: et hic est vester cognatus Agorastocles, filius hujus fratris. AD. Obsecro, hinc nos oblectant falsa latitia? AG. At sic Dii me serrent, ut hic est vester pater: præbete manus. AD. Salve, pater noster insperate: patere nos te complecti. HA. Exoptate atque lubenter. AN. Salve,*

\*\*\*\*\*

*uter irridet.—75 Et prædicabo B. 1. C. 2. I præd. C.—76 Quoqui C. hujus filias B. 1. habetis C. et B. 1.—78 Ubi sunt haec B. 1. aut quas obsecro C. C. 2. B. 1. innaceratae B. 1.—83 C. id id danunt.—84 Idem codex æquo graciae.—86 Vos estis ambæ meæ al. ap. Pareum.—90 Pater econplete nos sene C. adque expecta-*

#### NOTÆ

78 *Maceratae*] Idem hic quod cruentatæ. nisi mei fratris. Quando Hanno hoc dicit, se ipse indicat.

87 *Hujusce fratris*] Id est, Iachos.

**A.** Pater, salve: ambæ filiæ sumus: amplectamur ambæ.  
**A.** Quis me amplectetur postea? **H.** nunc ego sum fortunatus:

Multorum annorum miserias nunc hac voluptate sedo.

**A.** Vix hoc videamur credere. **H.** magis qui creditis dicam:

Nam vostra nutrix primum me cognovit. **A.** ubi ea, amo-  
bo, est? 95

**H.** Apud hunc est. **A.** quæso, qui lubet tam diu tenere collum,

Priusquam te mihi desponderit? **A.** omitto. **A.** spe-  
rata, salve. **A.** omitte

Salutem. **A.** et tu altera. **A.** nolo ego istuc: enicas me!

**H.** Condamus alter alterum ergo in nervom brachiale.

Quibus nunc in terra melius est? **A.** eveniunt digna  
dignis. 100

Tandem huic cupitum contigit: o Apella, o Zeuxis pictor!

Cur numero estis mortui? hinc exemplum ut pingeretis.

Nam alios pictores nihil moror hujusmodi tractare exempla.

**H.** Di Deæque omnes, vobis habeo merito magnas gratias,

Cum hac me lætitia tanta et tantis afflictis gaudiis, 105

Ut meæ gnatae ad me redirent in potestatem meam.

*pater: sumus ambæ filiæ: amplexemur iterum. A. Quis me amplectabitur postea? H. Ego sum nunc felix: sedo nunc hac voluptate calamitates multorum annorum. A. Vix videamur credere hoc. H. Aperiam, quo magis creditis id: nam vestra nutrix me cognovit primum. A. Ubi est ea, queso? H. Est apud hunc. A. Quæso, quare libet tenere tamdiu collum, antequam te desponderit mihi? A. Omitto. A. Salve, sperata. A. Omitte salutem. A. Et tu altera, salve. A. Ego nolo id: me discrucias. H. Ergo includamus eodem nerco brachia. Suntne jam in vita feliciores nobis? A. Merita contingunt meritis. Tandem huic evenit id quod cupiebat. O Apelles, o Zeuxis pictor! Quare estis mortui? Ut pingeretis hinc exemplum. Num parvi facio alios pictores tractare hujusmodi exempla. H. Omnes Di Deæque, vobis habeo magnas gratias, quando afflictis hoc tanto gaudio, et tanta jucunditate, ut meæ filiæ revertentur ad*

\*\*\*\*\*

*tae C.—93 Ph. hac v. sedeo.—94 Parei 3. videmur.—95 C. ibi amabo est; et a m. sec. ibi eam amabo; rō ea non legitur in C. 2.—96 C. tandiu.—97 C. et C. 2. sperate.—98 Salutem tua littera B. 1. Salute tua ut C. Salute tua litteram C. 2. istuc euicam C. C. 2. et B. 1.—101 O Appelle, O Zeuxis B. 1. a Zeuxis C. 2.—102 Cur nunc estis B. 1. hic B. 1. C. et C. 2. pingeretis C. 2.—103 C.*

#### NOTÆ

*97 Sperata] Sperata dicebatur, quam procul sperabat sponsam suam fore. Delph. et Var. Clas. Plaut.*

AD. Mi pater, tua pietas plane nobis auxilio fuit.

AG. Patrue, facito in memoriam habeas, tuam majorem filiam [miseris.

Mihi te despondisse. HA. memini. AG. et dotis quid pro me in meam potestatem. AD. Mi pater, tua pietas fuit omnino salutaris. AG. Patrue, da operam, ut habeas in memoriam te mihi despondisse tuam filiam majorem. HA. Memini. AG. Et quid dotis promiseris.

pinctores.—105 C. tum et tantis.—107 Idem codex, aux uo fuit.—108 Parei 3. ut habeas. Al. in memoria habeas.

### ACTUS QUINTI SCENA QUINTA.

ANTHEMONIDES, ADELPHASIUM, ANTERASTILIS,  
HANNO, AGORASTOCLES.

ANTH. Si ego minam non ultus fuero probe, quam lenoni dedi,

Tum profecto me sibi habento scurræ ludificatui.

Is etiam me ad prandium ad se adduxit ignavissimus,

Ipse abiit foras, me reliquit pro atrensi in ædibus,

Ubi nec leno, neque illæ redeunt, nec quod edim quicquam datur: 5

Pro minore parte prandii pignus cepi, abii foras:

Sic dedero: ære militari tetigero lenunculum.

ANTH. Si leno mihi non dederit pœnas graves, propter minam quam ei tribui, scurræ me exsibent. Me adduxit ad se ad prandium inertissimus ille. Ipse abiit foras, me reliquit, pro serro atrensi, in ædibus, in quas neque leno, neque virgines revertuntur, neque apponitur quicquam quod comedam; accepi hoc pignus pro prandio quod non dedit; excessi foras. Sic dabit pœnas: afficiam ære hoc mili-

1 Si ego mniam edd. quædam vett.—2 B. 1. habeant s. ludificum; Pl. habeant o scurræ ludificis caviis; C. 2. cavi is etiam; C. catii.—3 Is deest in B. 1. abduxit Parei 3.—4 Ipse habuit C. 2. me reliquid pro atrensi C.—5 Al. ap. Parvum edam.—6 Prom more C. Pro more C. 2. Pro mina experte prandii al. ap. Pareum. cepit ubiit B. 1.—7 Si dedero aërem B. 1. Sic d. aërem Pl. Sic deri-

### NOTÆ

6 Pro minore parte prandii] Quia vi-  
delicet invitaverat leno militem, et  
non affuerat ad prandium leno, miles  
coactus discedere incœnatus, aufert  
aliquid ab ædibus lenonis ad opso-

nandum.

7 Sic dedero] Verba hoc loco adju-  
vare oportet actionem: strictum for-  
te gladiimi tenebat manu miles, et  
percutienti similis, dicit, sic dedero.

Nactus est hominem, mina quem argenti circumduceret.  
 Sed mea amica nunc mihi irato obviam veniat velim !  
 Jam pol ego illam pugnis totam faciam, ut sit morula ; 10  
 Ita replebo atritate, atrior multo ut siet,  
 Quam Aegyptii, aut qui cortinam ludis per circum ferunt.  
 AD. Tene sis me arcte, mea voluptas : male ego metuo  
 miluos.

Mala illa bestia est : ne forte me auferat pullum tuum.  
 ANT. Ut nequeo te satis complecti, mi pater ! ANTH. ego  
 me moror. 15

Propemodum hoc opsonare prandium potero mihi.  
 Sed quid hoc est ? quid hoc ? quid hoc est ? quid ego vi-  
 deo ? quomodo ?  
 Quid hoc est conduplicationis ? quae haec est congeminatio ?  
 Quis hic homo est cum tunicis longis, quasi puer cauponius ?

turi hominem. *Est nactus hominem, quem fraudaret mina pecuniae. Utinam*  
*mea amica veniat nunc obviam irato ! Per Pollucem sic excipiam pugnis, ut*  
*sit tota morula ; sic opplebo nigredine, ut sit multo nigrior quam Aegyptii, ant-*  
*qui ferunt hydriam per circum in ludis. AD. Tene me fortiter, anabo, mea vo-*  
*luptas : ego pertimesco milios. Illa bestia est mala : ne me rapiat tuum pullum.*  
 ANT. Non possum te complecti satis, mi pater ! ANTH. Ego me retardo. Potero  
*mihi comparare integrum cænum, hoc quod sum furatus in adibüs lenoniis. Sed*  
*quid est id ? Quid hoc ? Quid hoc est ? Quid ego conspicio ? Quomodo ? Que*  
*est haec conjunctio duorum ? Quae est haec congeminatio ? quis est hic homo in-*  
*dutus longis tunicis, quasi servus cauponis ? Ego video satis oculis ? Estne illa*



sorem ære al. ap. Pareni. — 8 Nactus C. et C. 2. minaque argenti C. C. 2.  
 B. 1. circumduret Pli. — 10 B. ut sit merula ; Pli. ut sit merulea. — 12 Quam  
 Aegypti Pli. percircumfuerunt C. et C. 2. — 13 Tenes me ad te B. 1. — 15 B. 1.  
 satis te. — 16 Parei 3. hoc nunc. — 17 Sed quid hoc est quid ego video B. 1. — 21 Et

## NOTÆ

[*Aere militari tetigero*] Videtur in-  
 nere hoc loco miles se aliquid furto  
 abstulisse ex ædibus lenonis, quasi  
 in pignus minæ, quam dederat ipsi  
 lenoni pro Anterastili, et quod invi-  
 tatus ad prandium revertebatur in-  
 cœnatus. ‘Aes militare’ est pecu-  
 nia, quæ in stipendium penditur mi-  
 liti. ‘Tangere’ antem est circumve-  
 nire. Itaque ‘aere militari tangere,’  
 est lenoni minani adimere, qua frau-  
 daverat ipsum militem.

10 *Morula*] A ‘Manra,’ id est, ni-  
 gra : illius enim regionis propter so-  
 lem nimis imminentem homines sunt  
 nigri. *Morula* etiam significat avem  
 nigram, *un merle*.

12 *Aegypti*] Aegyptii Europeis  
 sunt atriores.

*Cortinam ludis per circum ferunt*] Homines sole pernisti, qui vas aqua  
 plenum Indis circensibus circumfe-  
 rent, ut equos cursu defessos repre-  
 sent. ‘Cortina’ genus vasis.

Satin' ego oculis cerno? estne illæc mea amica Anterastilis?

20

Et ea certo est: jampridem ego me sensi nihil pendier.

Non pudet puellam amplexari baliolum in media via?

Jam hercle ego illum excruciantum totum carnufici dabo.

Sane genus hoc muliebrosum est tunicis demissitiis.

Sed adire certum est hanc ad amatricem Africam.

25

Heus tu! tibi dico, mulier, ecquid te pudet?

Quid tibi negotii autem est cum istac, dic mihi?

HA. Adolescens, salve. ANTH. nolo, nihil ad te attinet.

Quid tibi hanc digito tactio est? HA. quia mihi lubet.

ANTH. Lubet? HA. ita dico. ANTH. ligula, i in malam crucem.

30

Tune hic amator audes esse, hallex viri?

Aut contrectare, quod mares homines amant?

Deglupta mæna, Sarrapis sementium,

Mastruga, ἄλσι ἀγροῖς ἄμα: tum autem plenior

*mea amica Anterastilis? Est ea pro certo! Jam ego dudum animadverti me pendi nihil. Puellam non pudet amplexari illum fuscum in media via? Jam per Herculem ego illum permittam carnifici excruciantum totum. Profecto genus hoc hominum indutum longis tunicis est deditum mulieribus. Sed est deliberatum adire ad hanc amatricem Africanam. Heus tu! te alloquor, mulier, nonne te pudet? Quid rei tibi est cum ista, dic mihi? HA. Adolescens, salvus sis! ANTH. Nolo, nihil ad te spectat. Quare tangis eam digito? HA. Quia mihi placet. ANTH. Placit? HA. Sic dico. ANTH. Homuncule, i in malam crucem. Audesne amare hic, hallex? \* \* \* Depilata baccha, Serapis sementium, vestis Sardica, salis*

*ea est certo B. I.—24 Al. mulierosum.—25 Sed ad re C.—26 C. etquid.—27 B. I. cum istoc.—28 Pll. nihil atte attin.—30 C. legula; al. lingula. Mox i deest in Pll.—31 Al. ap. Pareum allex.—33 Degluptumena B. I. Mox, idem codex sementium; al. ap. Pareum, Arra ipsa ementium.—34 Manstructa Pll. et B. I.*

#### NOTÆ

22 *Baliolum*] A colore ‘balio,’ qui est color tritici.

24 *Tunicis demissitiis*] Cicero: ‘Qnos pexo capillo nitidos et imberbes, aut hene harbatos videtis, manicatis ac talaribus tunicis, velis amictos, non togis.’

33 *Deglupta mæna* [mænas] Id est, Mænas recalva.

*Sarrapis sementium*] *Sarrapis* per geminum r, ad fulciendum versum.

*Sarapis* est Pluto, qui pingebatur ab Ægyptiis demissitia toga; ant Ægyptiorum Deus, qui annosus, et vultus rugis pleno repræsentabatur.

34 *Mastruga*] *Mastruga* est genus vestis laxum, quo Sardi utebantur, qui ut plurimum foetidi erant.

“*Apa*” Id est, *vas depresso*. Exprobrat hoc loco staturaë Pœni parvitatem.

Alli, ulpicique, quam Romani remiges. 35

AG. Num tibi, adolescens, malæ, aut dentes pruriunt,  
Qui huic es molestus, an malam rem quæritas?

ANTH. Cur non adhibuisti, dum istæc loquereris, tympanum?

Nam te cinædum esse arbitror magis, quam virum.

AG. Scin', quam cinædus sum? ite istinc, servi, foras: 40  
Efferte fustis. ANTH. heus tu! si quid per jocum  
Dixi, nolito in serium convortere.

ANT. Quid tibi lubido est, obsecro, Anthemonides,  
Loqui inclementer nostro cognato et patri?

Nam hic noster pater est; hic nos cognovit modo; 45  
Et hunc sui fratri filium. ANTH. ita me Juppiter  
Bene amet, bene factum! gaudeo, et volupe'st mihi,  
Siquidem quid lenoni obtigit magni mali;  
Cumque e virtute vobis fortuna obtigit.

ANT. Credibile ecaster dicit: crede huic, mi pater. 50

HA. Credo. AG. et ego credo: sed eccum lenonem Lycum,  
Bonum virum, eccum video, se recipit domum.

HA. Quis hic est? AG. utrumvis est, et leno et Lycus.

*acerrus, tum autem magis plena allii, ulpici, quam remiges Romani. AG. Dentesne tibi pruriunt, adolescens, qui es molestus huic, an quaris malum rem?* ANTH. *Quare non cepisti tympanum, dum haec loqueris? Nam existimo te existere magis cinædum, quam virum. AG. Seisne quantum sim cinædus? Adeste huc, servi; efferte fustes. ANTH. Hens tu! si dixi aliquid per jocum, noli accipere quasi serium. ANT. Quid libet, queso, Anthemonides, alloqui iurhæno nostrum cognatum et patrem? Nam hic est noster pater. Hic nos cognovit mox, et hunc filium sui fratri. ANTH. Ita me Jupiter bene amet, recte factum! tator, et oblector, si accidit lenoni aliquod malum ingens; et quando pro vestra virtute vobis fausta eveniunt. ANT. Per aedem Castoris dicit non a fide aliena: crede huic, mi pater. HA. Credo. AG. Et ego credo: sed ecce leno Lycus, bonus vir, ecce conspicor, se recipit domum. HA. Quis est hic? AG. Utrum volueris, est, et leno et*

*halagoras alii ulpique C. et C. 2. halagoras amantium autem B. 1.—35 Arulpique B. 1. sunt Romani Parei 3.—36 Al. ap. Pareum, male an dentes.—38 C. loquere; C. 2. loqueretur. Mox, te tympanum B. 1.—41 Et ferte B. 1. Efferte illi.—42 B. 1. in serum.—43 B. 1. C. et C. 2. lubido es. C. obsecro.—48 Si-*

#### NOTÆ

35 *Alli, ulpique]* Ulpici, allii species est. Colmelli, ‘Ulpicum, quod quidam allium Punicum vocant, Graeci autem ἄφροσκόρδον appellant, longe majoris est incrementi, quam al-

lium.’

38 *Tympanum]* Galli, sacerdotes Cybeles, homines semiviri, tympanum pulsabant.

In servitute hic habuit filias tuas,  
Et mihi hic auri fur est. HA. bellum hominem, quem no-  
veris. 55  
AG. Rapiamus in jus. HA. minume. AG. quapropter?  
HA. quia  
Injuriarum multam dici satius est.

*Lycus.* Hic retinuit tuas filias servitute, et hic est prædo mei auri. HA. Le-  
pidum hominem, quem noveris. AG. Rapiamus in jus. HA. Minime. AG.  
Quare? HA. Quia melius est agere cum eo lege injuriarum.

quidem lenoni B. 1.—50 Credibile C.—54 Douz. duas filias.—56 Rapiamus in-  
tus C. et C. 2.—57 Douz. multam indici; Pl. multo induci.

### ACTUS QUINTI SCENA SEXTA.

LYCUS, AGORASTOCLES, HANNO, ANTHEMONIDES.

LY. DECIPITUR nemo, mea quidem sententia,  
Qui suis amicis narrat recte res suas:  
Nam omnibus amicis meis idem unum convenit,  
Ut me suspendam, ne addicar Agorastocli.

AG. Leno, eamus in jus. LY. obsecro te, Agorastocles, 5  
Suspendere ut me liceat. HA. Leno, in jus te voco.

LY. Quid tibi mecum autem? HA. quia hasce aio liberas  
Ingenuasque esse filias ambas meas,  
Quæ sunt surreptæ cum nutrice parvolæ.

LY. Jampridem equidem istuc scivi, et miratus fui, 10  
Neminem venire, qui istas assereret manu.  
Meæ quidem profecto non sunt. AN. Leno, in jus eas.

LY. Nullus fallitur, meo quidem judicio, qui proponit recte sua negotia suis  
amicis: nam omnes mei amici consentiunt de codem, ut me suspendam, ne veniam  
in manus Agorastoclis. AG. Perge, leno, in jus. LY. Te rogo, Agorastocles, ut  
liceat me suspendere. HA. Leno, te appello in jus. LY. Quid habes negotii me-  
cum? HA. Quoniam dico hasce meas filias esse ambas ingenuas et liberas, quæ  
sunt surreptæ, quando erant parvule, cum nutrice. LY. Equidem cognovi jam  
dudum id, et fui miratus, nullum venire, qui istas vindicaret in libertatem. Sune-  
nou ad me pertinent. AN. Leno, perge in jus. LY. Tu loqueris de prandio;

3 B. 1. meis id denum convenit.—7 C. hasce moliberas; C. 2. B. 1. hasce  
modo liberas.—9 Te sunt Pli.—10 Particula equidem deest in C. Mox, idem

LY. De prandio tu dicis: debetur, dabo. [dem.]

AG. Duplum pro furto mihi opus est. LY. sume hinc qui-

HA. Et mihi suppliciis multis. LY. sume hinc quid lubet.

AN. Et mihi quidem mina argenti. LY. sume hinc quid

lubet. 16

Collo rem solvam jam omnibus, quasi bajolus.

AG. Numquid recusas contra me? LY. advorsum quidem.

AG. Ite igitur intro, mulieres: sed patrue mi,

Tuam, ut dixisti, mihi desponde filiam. 20

HA. Haud aliter ausim. AN. bene vale. AG. et tu bene  
vale.

AN. Leno! arrhabonem hoc pro mina mecum fero.

LY. Perii hercle! AG. immo haud multo post, cum in jus  
veneris.

LY. Quin egomet tibi me addico: quid prætore opus est?

Verum obsecro te, ut liceat simplum solvere. 25

Trecentos Philippo, credo, corradi potest:

Cras auctionem faciam. AG. tantisper quidem,

Ut sis apud me lignea in custodia. [diem]

LY. Fiat. AG. sequere intro, patrue mi, ut hunc festum

debetur, dabo. AG. Mihi debes duplum pro furto. LY. Sume hinc sane. HA.  
Et multas paenias.

LY. Sume hinc quid libet. AN. Et mihi debetur mina ar-  
genti. LY. Sume hinc sane; solvam modo omnibus vobis rem collo quasi bajulus.

AG. Recusasne mihi dare quod peto? LY. Ne verbum quidem. AG. Ite in ædes  
ergo, mulieres; sed, mi patrue, desponde mihi tuam filiam, ut dixisti. HA. Non  
ausim aliter.

AN. Bene vale. AG. Et tu vale bene. AN. Leno! aufero mecum  
hunc arrhabonem pro mina. LY. Interri per Herculem!

AG. Immo peribis modo, quando veneris in jus. LY. Quin egomet me addico tibi. Quid est opus prætore?

sed te rogo, ut liceat rependere simplum. Puto confici posse trecentos Philippo.

Cras faciam auctionem. AG. Ut quidem sis apud me aliquandiu in custodia lig-

nea. LY. Esto. AG. Veni in ædes, mi patrue, ut prætereamus hunc diem festum

\*\*\*\*\*

codex sivi.—14 Al. ap. Pareum, hinc quid lubet.—16 B. 1. minam; C. et C.  
2. minimam.—17 Colorem solvam C. C. 2. B. 1.—18 Turneb. haud verbum qui-  
dem.—19 Pl. patrue mihi.—23 B. 1. post intus; Pl. post cum intus.—24 Pl.

#### NOTÆ

14 *Sume hinc quidem*] Cum hæc dicit leno ostendit collum, et profite-  
tur se omnibus uno suspendio factu-  
rum satis.

17 *Quasi bajolus*] Bajuli collo vi-  
tam tolerant, et ære se liberant ali-  
eno. Sed leno pollicetur, non ærum-

nis, quod bajulus, sed laqueo, quod  
desperatus, ære se liberare alieno.

18 *Numquid recusas contra me*] Id  
est, nonne accusationem depellis?

'Recusare' opponitur 'accusatio-  
ni.'

Habeamus hilarem, hujus malo, et nostro bono. 30

Multum valete: multa verba fecimus.

Malum postremo hoc omne ad lenonem redit.

Nunc quod postremum est condimentum Fabulæ,  
Si placuit, plausum postulat Comœdia.

*læte, hujus malo, et nostro bono. Valete multum: fecimus multa verba. Denique omne hoc malum recidit in lenonem. Nunc si Comœdia placuit, expectat plausum, quod est ultimum condimentum Fabulæ.*

quod pro.—28 B. 1. igne in custodia.—30 Habeamus hilare Bipont.—31 B. 1. facimus.—32 Idem codex, postremo omne, omissio hoc.

## PŒNULO SUPPOSITA.\*

*Post Actus Quinti scenam sextam et ultimam, adjecerunt vett. editt. sequentem scenam.*

AGORASTOCLES, LYCUS, HANNO, ADELPHASIUM,  
ANTERASTILIS, ANTHEMONIDES.

Ag. Quam rem agit is miles, qui lubet patruo meo loqui inclementer?

Ne mirere, mulieres quod eum sequuntur: modo cognovit filias Suas esse hasce ambas. Ly. hem, quod verbum aures meas tetigit? nunc perii! [sum perditus.]

Unde haec perierunt? Ag. domo Carthaginenses sunt. Ly. at ego Illud ego metui semper, ne cognosceret eas aliquis: quod nunc factum est. 5

Vae misero mihi! perierte, opinor, duodeviginti minæ, qui hasce emi.

Ag. Et tu ipse periisti, Lyce: Carthaginenses sunt. Ly. at ego sum perditus. Ha. quis hic est? [duas?]

Utrum is est novelle novellicus, in servitute hic qui filias habuit

Ag. Et mibi auri fur est. Ha. bellum hominem, quem noveris: leno, rapacem

\* Haec scena, quamvis supposititia videatur, extat tamen in codd. C. C. 2. B. 1. Vatt. et Samb.—1 Pli. qui lubet; B. 1. qui jubet.—3 Suas hasce esse amissas B. 1.—5 Voc. cas deest in B. 1.—9 C. awifor. B. 1. quem noveris;

Te esse semper credidi; verum etiam furacem, qui norunt magis.  
 Ly. accedam. 10  
 Per ego te tua genua obsecro, et hunc cognatum quem tuum esse  
 intelligo. [venitatis supplici.  
 Quando bonis estis, ut bonos facere addecet, facite et vostro sub-  
 Jam pridem equidem istas scivi esse liberas, et expectabam si quis  
 eas assereret manu. [quod apud me est :  
 Nam meæ prorsus non sunt: tum autem aurum tuum reddam,  
 Et jusjurandum dabo, me malitiose nihil fecisse, Agorastocles. 15  
 AG. Quod mihi par facere tamen egomet consulam: omitte ge-  
 nua. Ly. mitto, [negotium?  
 Si ita sententia est. AG. heus tu, leno. Ly. quid lenonem vis inter  
 AG. Utinam mihi argentum reddas, priusquam hinc in nervom  
 abducere. Ly. Di [tum, collum,  
 Meliora faxint. AG. sic est, video: cœnabis foris: aurum, argen-  
 Lenostris, te nunc debes simul. HA. quid me hac re facere de-  
 ceat, egomet 20  
 Mecum cogito: si volo hunc uleisci, lites sequar in alieno oppido:  
 Quantum audivi ingenium, et mores ejus quo pacto sient. AD. mi  
 pater, [sorori.  
 Ne quid tibi cum istoe rei siet, te maxume obsecro. AN. ausulta  
 Abi, disjunge inimicitias cum improbo. HA. hoc agesis leno:  
 quanquam ego te  
 Meruisse ut pereas, seio; non experiar tecum. AG. neque si au-  
 rum mihi reddas, meeum, 25  
 Leno, quando ex nervo emissus compingare in careerem. Ly. jam  
 autem ut sole  
 Ego, Poene, tibi me purgatum volo, si quid dixi iratus advorsum  
 Animi tui sententiam, id uti ignoseas, quæso: et cum istas inve-  
 nisi filias,  
 Ita me Di ament, mihi volupta'st. HA. ignosco, et credo tibi.  
 ANTH. Leno, tu aut amicam mihi des facito, aut auri reddas mihi  
 minam. 30  
 Ly. Vin' tibicinam meam habere? ANTH. nihil moror tibicinam:  
 nescias,

\*\*\*\*\*

C. quem veris.—11 Per ego te tua te B. 1.—13 Jam pridem meque C. Mox, si  
 qui edd. vett. manum C.—16 PH. par facere sit quom egomet; B. 1. etiam  
 facere sit.—18 PH. abducere.—20 Lenos tris pe nunc PH. semel C. semel C. 2.  
 —21 C. sic volo.—22 C. quod pacto. Mox, PH. mi pater.—23 Ne quit C.—  
 25 C. et C. 2. reddes meum,—26 B. 1. ut soles.—27 Ego pene me tibi pugnatum

Utrum ei majores buccæne, an mammæ sient. Ly. dabo quod placeat.

Ag. Cura. Ly. aurum cras sat referam tuum. Ag. facito in memoria habeas.

Ly. Miles sequere me. ANTH. ego vero sequor. Ag. quid ais, patrue? quando hinc ire cogitas

Carthaginem? nam tecum una ire certum est. Ha. ubi primum potero. 35

Illico. Ag. dum auctionem facio, hic opus est aliquos ut mancas dies.

Ha. Faciam ita ut vis. Ag. agesis eamus, nos curemus. Plaudite.

\*\*\*\*\*

Pll.—29 B. 1. *voluptatis est.*—30 B. 1. *aut auri reddas omnia.*—32 *Utrum eim mores C.* *Utrum ei mores C.* 2. *minores ed. Sax.*—33 C. *crussa te referam;* C. 2. *cras sat ereferam;* Parei 3. *cras ad te referam.* Mox, *facto in memoria Pll.*—34 B. 1. *quid agis.*—36 B. 1. *facito hic.* Pll. *aliquid;* Parei 3. *aliquot.*

# M. ACCII PLAUTI P E R S A.

---

## DRAMATIS PERSONÆ.

TOXILUS,      } Servi.  
SAGARISTIO,    }  
SATURIO, *Parasitus.*  
SOPHOCLIDISCA, *Ancilla.*  
LEMNISELENE, *Meretrix.*  
PÆGNIUM, *Puer.*  
VIRGO.  
DORDALUS, *Leno.*

---

## ARGUMENTUM, UT QUIBUSDAM VIDETUR, PRISCIANI.

Profecto domino suos amores Toxilus  
Emit, atque curat, leno ut emittat manu,  
Raptamque ut emeret de prædone virginem,  
Subornata snadet sui parasiti filia :  
Atque ita intricatum ludit potans Dordalum.         5

Post discessum heri Toxilus mereatur suam amicam; et operam dat, ut leno  
eam manumittat, et ut meretur a prædone virginem furtiram, quæ est filia sui  
parasiti, quam summisit Toxilus; et sic intra pocula Toxilus irridet Dordalum  
irretitum.

---

3 *Raptamque vi* B. 1. *Raptamque vi* C. et C. 2.—4 *Parci 3. filiam.*—5 *Pll.*  
*intrichatum.*

### NOTÆ

1 *Profecto domino*] Trimarchides  
profectus fuerat ad Persas.

2 *Suos amores*] Id est, suam amicam  
Lemniselenem.

3 *Raptamque*] Non raptam quidem,  
sed quam raptam singebat Sagaristio  
syecophanta. Haec erat parasiti Sa-  
turionis filia.

4 *Subornata*] ‘Subornare’ signifi-  
cat decipere. Hic non est *subornata*  
parasiti filia, id est, decepta. Immo  
ea uititur ad decipiendum lenonem  
Dordalum Sagaristio. *Subornata* igitur,  
hoc loco, significat ‘ornatu Per-  
sico induita,’ ad decipiendum leno-  
nem.

## ALIUD ARGUMENTUM CAMERARII.

ARGUMENTUM Fabulæ est exile, amationis servilis; et jocosum ac plausible in lenonis circumventione. Etiam parasiticæ levitatis exagitationem continet, dum Saturio filiam suam, cibi causa, non dubitat vendere. Josephus Justus Scaliger Animadvers. in Ensebium, pag. 130. Constat hominem ex Perside Πέρσην dici, et Latine *Persam*: sic poëta Græcus, quisque is fuit unde Plautus *Persam* fabulam suam vertit, sine ullo dubio Πέρσην illam inscripserat, et recte Plautus vertit *Persam*. Ibi enim Parasitus pro homine Persa inducitur. At omnes edd. præ se ferunt *Persam* virginem filiam Parasiti vocatam fuisse. Tollatur ergo delirium. Nam *Persa* est nomen gentilium virile, non fœmininum.

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

## TOXILUS, SAGARISTIO.

To. Qui amans egens ingressus est princeps in amoris vias,  
Superavit ærumnis is suis ærumnas Herculis:

Nam cum leone, et cum excetra, cum cervo, cum apro  
Ætolico,

Cum avibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mavelim,  
Quam cum amore: ita fio miser quærendo argento mutuo; 5  
Nec quicquam, nisi, Non est, sciunt mihi respondere, quos  
rogo.

Sa. Qui hero suo servire volt bene servos servitutem,  
Næ edepol illum multa in pectore suo collocare oportet,

To. Amans qui præceps init stadium amoris inops, is vicit labores Herculis  
suis laboribus: nam malum dimicare cum leone, cum serpente, cum cervo, cum apro  
Erymanthico, cum Harpyiis, cum Antæo, quam cum amore. Adco evado infelix  
in querenda pecunia mutua; et i i a quibus peto norunt mihi reponere unum, nem-  
pe, Non habeo. Sa. Sercus, qui cupit sese exhibere bonum servum suo domino,

1 Pll. ingressus es. Mox, præceps al. ap. Pareum.—2 Hercul B. 1. C. et C.  
2.—3 B. 1. et cum hydra; C. et cum excetra; C. 2. et cum excedra; Parei 3.  
et cum ex etra.—4 B. 1. deluctarei; C. deluctari.—6 C. nomen est.—7 B. 1.

## NOTÆ

1 *Princeps*] Id est, primus; seu potius primum: alii *princeps*, pro *præceps*. Nam pri, pro *præ*, dicebant veteres. Festus, ‘privignus,’ pro ‘prævignus.’

3 *Cum excetra*] Toxilus labores Herculis, quos appellat ‘ærumnas,’ sex gravissimos, cum amoris molestii comparat. *Excetra* autem est *hydra*.

Quæ hero placere censeat præsenti atque absenti suo.  
 Ego neque libenter servio, neque satis sum hero ex sententia:  
 Sed quasi lippo oculo me herus meus manum abstinere  
 haud quit tamen,  
 Quin mihi imperet, quin me suis negotiis præfulciat.  
 Quis illic est, qui contra me astat? To. quis hic est, qui  
 contra me astat?  
 Similis est Sagaristionis. Sa. Toxilus hic quidem meus  
 To. Is est profecto. Sa. cum esse opinor. To. congregari.  
 Sa. contra aggrediar.  
 To. O Sagaristio, Di ament te! Sa. o Toxile, dabunt Di  
 quæ exoptes.  
 Ut vales? To. ut quoce. Sa. quid agitur? To. vivitur.  
 Sa. Satin' ergo ex sententia? To. si eveniunt quæ ex-  
 opto, satis.  
 Sa. Nimis stulte amicis utere. To. quid jam? Sa. quia  
 jam imperare oportet.

*debet inducere multa in suum animum, quæ putet esse jucunda suo hero præsenti et absenti. Ego obsequor hero invitus, et non sum hero satis jucundus; attamen siue lippus non potest prohibere manum ab oculis, sic meus herus non potest carere mea opera, quin mihi mandet aliquid, quin me quasi fulcrum suis rebus subdat. Quis est ille qui astat mihi ex adverso? To. Quis est hic, qui astat mihi ex adverso? Est similis Sagaristioni. Sa. Profecto hic est Toxilus meus amicus. To. Sane est ipse. Sa. Arbitror eum esse. To. Conveniam. Sa. Conveniam ex adverso. To. O Sagaristio, Dii tibi fareant. Sa. O Toxile, Dii tribuent ea, quæ cupis: quomodo vales? To. Ut possum. Sa. Quid facis? To. Vivo. Sa. Vivisne satis ex animo? To. Satis, si contingant ea quæ desidero. Sa. Uteris amicis nimis inconsulto. To. Quare? Sa. Quia debes præcipere*



bene seruituteu serrus.—10 Pll. lubenter.—11 B. 1. aut quid.—12 Quid mihi  
 C. et C. 2. præficiat al. ap. Parenim.—15 Pll. adgredior.—18 C. qui exopto.—

## NOTÆ

11 *Sed quasi lippo oculo]* Duo versus impeditis verbis, impeditoque sensu sic explicandi: tamen meus herus non potest a se impetrare, ut mihi non imperet, ut me suis negotiis non præficiat; similis homini, qui habet oculos lippos: tametsi dolent, quando tangit, tamen abstiuerre ma-

num ab iis non potest. Hic Sagaristio sese similem esse lippo oculo dicit, et dominum ei cui est lippus oculus.

12 *Præficiat]* Id est, quasi fulcrum suis negotiis labantibus subjiciat.

To. Mihi quidem tu jam eras mortuus, quia te non visitavi. 20  
 SA. Negotium edepol. To. ferreum fortasse. SA. plusculum annum

Fui præferratus apud molas tribunus vapularis.

To. Vetus jam istæc militia est tua. SA. satin' tu usque valuisti? To. haud probe.

SA. Ergo edepol palles. To. saucius factus sum: in Veneris prælio

Sagitta Cupido cor meum transfixit. SA. jam servi hic amant? 25

To. Quid ergo faciam? Disne aqvorser? quasi Titani cum Dis belligerem,

Quibus sat esse non queam?

SA. Vide modo, ulmeæ catapultæ tuum ne transfigant latus.

illis. To. Existimabam te futo functum, quia non te videbam. SA. Mihi erat negotium. To. Forsitan ferreum? SA. Fui paulo plus quam per annum rinctus ferro tribunus in perferendis verberibus apud molas. To. Tu es jam miles veteranus. SA. Valuistine bene semper? To. Non tam recte. SA. Idcirco expallescis. To. Sum vulneratus: amor transverberavit telo meum pectus in certamine Veneris. SA. Servi amant nunc hic? To. Quid agam ergo? Obluctaborne Diis? Bellabone cum Diis, more gigantum, quibus sum adeo impar? SA. Care ne catapultæ ulmeæ transfigant tua latera. To. Celebro regifco luxu festos ob

\*\*\*\*\*

20 Pll. non te.—21 Parei 3. edepol fuit.—24 B. 1. in ptio veneris.—26 Pll. ad-

#### NOTÆ

21 *Negotium ... ferreum*] Competes ferreos. *Negotium ferreum*, id est, durum ac difficile.

*Plusculum annum*] Majorem anni partem.

22 *Apud molas*] *Apud molas* dicit, quasi de colonia quadam, in qua tribunatum obtineat.

*Tribunus vapularis*] Jocns; quasi tribunus militaris. Non autem *tribunus vapularis*, a 'tribuendis' flagris dicitur, sed a recipiendis.

23 *Vetus jam militia est*] Id est, jam es veteranus miles, veteranus tribunus vapularis.

24 *Ergo palles*] Pallor est hic ex amore, non ex morbo convalescentis, ut videre est deinceps.

25 *Jam servi hic amant*] Vox servi ad servum, Sagaristionis ad Toxilum. Quia quemadmodum nuptiæ servorum non erant justæ, ut videre est ex Varrone, sicut notavimus in Prologo Casinæ versu 68. sic mirum videtur, quod servus amat, quasi ei ducere uxorem non licet, quam amet, sed quam dominus velit.

26 *Quasi Titani cum Dis belligerem*] Titani et Titanes. Hi dicti sunt filii Titani, qui erat frater Saturni, Cœli et Vestæ filius.

27 *Sat*] Id est, par.

28 *Ulmeæ catapultæ*] Virgæ: metaphoræ a militari ducta. Catapulta instrumentum bellicum executiendis telis, saxisque aptum.

To. Basilice agito eleutheria. Sa. quid jam ?

To. Quia herus peregre est. Sa. ain' tu, peregre est ? 30

To. Si tute tibi bene esse potes pati, veni ; vives mecum, Basilico accipiere victu. Sa. vah ! jam scapulæ pruriunt, Quia te istæc audivi loqui. To. sed hoc me unum exeruiat.

Sa. Quidnam id est ? To. hæc dies summa hodie est, mea amica sitne libera,

An sempiternam servitutem serviat. Sa. quid nunc vis ergo ? 35

To. Facere amicum tibi me potis es sempiternum. Sa. quemadmodum ? [pendam,

To. Ut mihi des nummos sexcentos, quos pro capite illius Quos continuo tibi reponam in hoc triduo, aut quatriduo.

Age ! si benignus, subveni.

Sa. Qua confidentia rogare tu a me argentum tantum audes, 40

Impudens ? quin si egomet totus veneam, vix recipi potessit

Quod tu me rogas : nam tu aquam a pumice nunc postulas, Qui ipsus sitiat. To. siccine hoc te mihi facere ? Sa.

quid faciam ? To. rogasne ?

Alicunde exora mutuum. Sa. tu fac idem, quod rogas me.

libertatem. Sa. Quare ? To. Quia dominus longe abest. Sa. Dicisne eum abesse longe ? To. Si tu vis excipi laute, veni ; manducabis mecum ; irritabere mensa regia. Sa. Vah ! humeri jam pruriunt, quoniam audiri te dicere hæc. To. Sed unum me angit. Sa. Quid est id ? To. Hæc dies est ultima, qua statuendum est, utruu mea amica fiat libera, aut an sit futura semper serva. Sa. Quid cupis igitur nunc ? To. Potes me efficere tuum amicum perpetnum. Sa. Quomodo ? To. Si mihi suppedites sexcentos nummos, quos numerem pro illius libertate ; tibi hos restituam statim, intra tres aut quatror dies. Age ! opitulare, si liberalis es. Sa. Qua fiducia audes tu a me petere tantum pecunia, impudens ? Quin si render egomet totus, vix id habere possim, quod tu a me petis. Nam tu expectas nunc aquam a pumice, qui arescit ipse. To. Oportetne te agere sic mecum ? Sa. Quid agam ? To. Postulasne ? Quare aliunde mutuum. Sa. Tu age idem, quod



verse.—28 C. et C. 2. ut meæ catapultæ.—31 Sicut et tibi C. Sit ut tibi C. 2.—33 C. me unam. Pil. excrucia.—34 Pil. hac de summa hodie est.—36 [Lacuna] cum tibi, omissis Facere ami, Pil. Facere ami desunt etiam in B. 1.—37 Ut des mihi B. 1. sexcentos C. et C. 2.—38 C. et C. 2. quadruplo.—39 Age sed C. 2.—41 Pil. veniam. Mox, C. C. 2. B. 1. potis est.—43 Pil. rogas, omissio ne,—

#### NOTÆ

29 *Eleutheria*] Libertatis solennia, Ἐλευθέρια.

To. Quæsivi, nusquam repperi. Sa. quæram equidem, si quis credit. 45

To. Nempe habeo in mundo. Sa. si id domi esset mihi, jam pollicerer: [te ad me.

Hoc meum est, ut faciam sedulo. To. quicquid erit, recipe

Sa. Quære tamen: ego item sedulo, si quid erit, faciam ut scias.

To. Obsecro te, resecro; operam da hanc mihi fidelem. Sa. ah! odio me enicas.

To. Amoris vitio, non meo, nunc tibi morologus fio. 50

Sa. At pol ego abs te concessero. To. jamne abis? Sa. bene ambulato. [stione:

Sed recipe te quam primum potes: cave fuas mihi in quæ-  
Usque ero domi, dum excoxero lenoni malum.

a me flagitas. To. Quæsiri, inveni nusquam. Sa. Evidem quæram, qui det matuum. To. Scilicet est mihi in arca. Sa. Si haberem domi, jam promitterem: meum est ut præstem il serio. To. Quicquid evenerit, veni ad me. Sa. Quære nihilominus. Ego operam dabo diligenter, ut fias certior, si aliquid contigerit. To. Te rogo etiam atque etiam, fer mihi opem fidam. Sa. Ah! tu me confidis odio. To. Culpa unoris, non mea, erado nunc tibi stultiloquus. Sa. Sed abeo a te. To. Proficiscerisne nunc? Sa. Perge recte; sed revertere hue quam primum poteris: vide ne sis mihi querendus: ero semper domi, donec machinatus fuero per-niciem lenonis.

\*\*\*\*\*

44 Parei 3. me rogas.—46 B. 1. C. et C. 2. abeo in mundo; Douz. habes in mundo. Mox, mihi ampollicerer Pll. si id bonum esset B. 1.—48 Quare B. 1. erit jam ut B. 1. C. et C. 2. erit faxo jan ut Parei 3.—50 C. et C. 2. morolocus.—53 C. malam.

#### NOTÆ

49 Obsecro te] Obsecro te, et red- obsecro: Je te prie et reprie. De 'obsecratione,' 'resecrationeque' alio sensu accepta, vide notam in Aulul. iv. 7. 4.

52 Care fuas mihi in quæstione] Ne quærendus sis.

53 Dum excoxero lenoni malum] Machinatus fuero. Metaphora est a rebus stomacho concoctis, quæ salutares sunt; crudæ letales. Quasi dicat, 'meditatns fuero.' Meditatio enim est genus quoddam concoctionis.

## ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

SATURIO.

VETEREM atque antiquom quæstum meum alimonie

Sa. Tucor et custodio, magnaue cum diligentia sequor meum anteactum el ve-

Servo atque obtineo, et magna cum cura colo.  
 Nani nunquam quisquam meorum majorum fuit,  
 Quin parasitando paverint ventres suos :  
 Pater, avos, proavos, abavos, atavos, tritavos, 5  
 Quasi mures semper edere alienum cibum,  
 Neque edacitate eos quisquam poterat vincere.  
 His cognomentum erat duris Capitonibus.  
 Unde hunc ego quæstum obtineo et majorum locum.  
 Neque quadruplari me volo : neque enim decet 10  
 Sine meo periculo ire aliena ereptum bona :  
 Neque illi, qui faciunt, mihi placent : plane loquor.  
 Nam publicæ rei causa quicunque id facit  
 Magis, quam sui quæsti, animus induci potest,

*tustum rationem quærendi victus. Nullus enim unquam extitit meorum patrum, qui non expleverit suum abdomen parasitacione: pater, avus, proavus, abavus, atavus, tritavus, manducaverunt semper escas non suas, veluti mures; neque ullus potuit eos superare voracitatem. Cognominabantur duri Capitones. Quo fit ut ego sequar hanc rationem quærendi cibi, et stationem patrum. Porro nolo profitari quadruplatorum partes; quia non est honestum irrumpere ad detrahendas fortunas aliorum citra discrimen: et illi qui agunt nunquam mihi probati sunt. Prædicto clare: facile enim credidero, eum, qui præstat id, non propter suam, sed propter reipublica*

1 C. quæstum malū [lacuna] Servo ; C. 2. quæstum malo Servo ; Grut. quæstum majorum meum. Voc. meum alimoniae desunt etiam in B. 1.—2 Malo serro B. 1. cum magna Parei 3.—8 Namque his Parei 3. Neque is C. Neque hus C. 2. erat deest in C. 2.—9 PII. majorem.—13 B. 1. C. 2. qui cum id facit ; al. ap. Parenū, qui

## NOTÆ

1 *Veterem atque antiquom]* Cornelius Fronto: ‘*Vetus* est quod est multorum annorum, *antiquum* quod excessit patrum memoriam.’ *Revera* utraqne hæc vox rationem significationis habet a re cui adjicitur. ‘*Vetus vinum*’ dicitur etiam quod est unius anni; ‘*vetus Falernum*,’ quod est plurium annorum: ‘*vetus homo*,’ qui sexaginta: ‘*veteres*,’ supple ‘*homines*,’ qui ante centum annos vixerunt: sic *antiquum*.

2 *Quæstum meum alimoniae]* Id est, quæstum meæ alimoniae, quæstionem, investigationem.

8 *Duris Capitonibus]* Erat Capitonum familia Romæ haud incelebris.

*Delph. et Var. Clas.*

Hie dñri Capitones sunt homines duræ frontis et perfictæ, qualem esse oportet parasitorum: dñri etiam capititis dicuntur parasiti, quod in eorum caput frangi interdum solerent olla, ut videre est in Captivis.

10 *Quadruplari me volo]* Id est, Nolo me fieri quadruplatorem: *quadruplari* enim hic passive ponitur, alioquin redundat *me*. Asconius: ‘*Quadruplatores, acensatores sive delatores criminum publicorum sub pena quadrupli: sive, quod ipsi ex damnatorum bonis, quos acensaverant, quartam partem consequebantur.*’ *Quadruplari, quadruplatoram* exercere: ‘*quadruplatores*’ etiam

*Plant.*

4 R

Eum esse civem et fidelem et bonum. 15  
 Sed legirupam qui damnet, det in publicum  
 Dimidium; atque etiam mea lege ascribitor;  
 Ubi quadruplator quempiam injexit manum,  
 Tantidem ille illi rursus injiciat manum,  
 Ubi æqua parti prodeant ad Tresviros: 20  
 Si id fiat, ne isti faxim usquam appareant,  
 Qui hic albo rete aliena oppugnant bona.  
 Sed sumne ego stultus, qui rem euro publicam,  
 Ubi sunt magistratus, quos curare oporteat?  
 Nunc huc introibo, visam hesternas reliquias, 25  
 Quieverint recte, necne: num infuerit febris,

*utilitatem, esse hominem et fide et probitate præditum: sed qui accusat violato-rem legum, cogatur tribuere medium partem prædæ reipublicæ; atque meo decreto scribatur in albo delatorum; quando quadruplator immisit manum in aliquem, hic vicissim in quadruplatorem immittat manum in pœnas pares, ut se sistant æquatis rationibus ad Tresviros. Si id agatur, sine dubio, qui candidis retibus insidiantur fortunis alienis, nullibi occurrent: sed nonne ego sum amens, qui curam suscipio rerum publicarum? Sunt in urbe magistratus, quos oportet earum curam gerere. Nunc ingrediar huc, videbo utrum cibi qui superfuerunt heri bene dormi-*

*non il facit.—14 Al. ap. Parenm animus hant induci.—15 B. 1. et fidelem bonum;* al. ap. Parcum, *Eum et fidelem et civem esse et virum bonum.—16 Sed lege ru-pam Pll. legirupam quidem ni duit in, &c. al. ap. Parenm.—17 Pll. in ea lege. C. adscribier; C. 2. adscribere.—18 Pll. quempiam inlexi manum.—21 Al. pro usquam legunt nusquam.—22 Pro albo rete, qnod servant codd. C. C. 2. B. 1. albo pariete exhibent alii; albod ariete al.—24 Ubi sint C. C. 2. et Parei 3.—26 Qui evenierint B. 1. C. C. 2. Quierint al. ne recte necne Pll. invenit febris al. ineiverit febris al.*

## NOTÆ

sunt portorii et vectigalium conduc-tores. *Des traitans.*

**16 Sed legirupam qui damnet]** Quinque versus impediti, sic explicari possunt: Sed quadruplator et delator ejus qui leges violaverit, polliceantur pendere median partem prædæ reipublicæ, si judicio vincatur; et ea lege scribatur in albo delatorum: et quando injiciet manum in quempiam, ille, cui injecit manum, ipsi quadruplatori injiciat tantidem, id est, ad similem muletam et pœnam si vincatur, ut æquis conditionibus sese sis-tant apud Tresviros.

**18 Injicit manum]** Injicerit ma-

num.

**19 Tantidem]** Id est, in pares pœ-nas.

**20 Æqua parti]** Utrumque propo-sito periculo ad prætorem eant: parti, pro parte.

**22 Albo rete]** Id est, occulte et in-sidiose, vel charta alba in quam re-feruntur instrumenta litium, quæ veluti retia sunt, quibus illaqueantur litigatores. Itaque albo rete, est alba Tresvirorum charta, tanquam rete albo oppugnant, vel legibus, alioquin innoxii et candidis, veluti retibus, captant.

**26 Num infuerit febris]** Allegoria

Opertæne fuerint, ne quis obreptaverit.

Sed aperiuntur ædes, remorandus est gradus.

*verint, necne: utrum febrem senserint, fuerintne tecti, ne quis obrepserit. At reseruntur fores, oportet coercere gressum.*

#### NOTÆ

est ab ægris et febri laborantibus, quorum diligentior cura geritur.

### ACTUS PRIMI SCENA TERTIA.

TOXILUS, SATURIO.

To. OMNEM rem inveni, ut sua sibi pecunia  
Hodie illam faciat leno libertam suam.  
Sed eccum parasitum, quojus mihi auxilio est opus.  
Simulabo quasi non videam, ita alliciam virum.  
Curate istic vos, atque appropere ocyus,      5  
Ne mihi moræ sit quicquam, ubi ego intro advenero.  
Commisce mulsum; struthea colutheaque appara,

To. *Excogitari penitus rationem, qua leno redditat hodie Lemniseleenam suam libertam suo ære. Sed adest parasitus, cuius ope indigeo. Fingam me eum non conspicari; sic aucepabor hominem. Vos coequi curam gerite horum, et instruite celeriter, ne res ulla me retardet quando ego hue reversus fuero. Infunde mulsum; du operam struthea et bellaria bene calida sint in scutellis, et injice lignum*

4 B. 1. ita elicias verum; C. ita allicitam verom; C. 2. ita alictam verum; al. ap. Parenm, ita elicium verum.—5 B. 1. C. 2. atque a. oculos; C. atque a. oculus.—7 Pro mulsum, quod servant C. C. 2. et B. 1. alii habent murham; al. ita legunt, Misce mulsum struthea, coluthea myrrhina. C. et C. 2. colute-

#### NOTÆ

1 *Omnem rem inveni]* Data videlicet a lenone pecunia pro filia Satrionis parasiti Toxilus redemit Lemniseleenam. Itaque revera Toxilus facit Lemniseleenam libertam suam, non leno: sed id dicit ad irridendum lenonem, de quo circumveniendo rationem omnem excogitavit.

7 *Commisce mulsum]* Patet ex Plinio xxii. 24. mulsum factum fuisse ex vino et melle; dictumque videtur a mulcendo, quia si quid est in vino

acerbi a melle mulcetur. Itaque ‘commisce mulsum’ nihil aliud est, quam misce mel cum vino, et fac mulsum.

*Struthea]* *Struthea sunt mala Cydonia, quæ incoquabantur mulso.*

*Coluthea]* Ex Theophrasto iii. 17. patet ‘colutteam esse fructum arboris sylvestris exelsum siliquis.’ Hic scribitur per aspirationem, et patet esse pomii genus, ut Cydonia mala eodem mulso condiendum.

Bene ut in scutris concalcant, et calatum injice.

Jam pol ille hic aderit, credo, congerro meus.

SA. Me dicit, euge! To. lautum credo a balneis 10

Jam hic affuturum. SA. ut ordine omnem rem tenet!

To. Collyræ facite ut madeant et colliphia:

Ne mihi incocta detis. SA. rem loquitur meram:

Nihil sunt crudæ, nisi quas madidas glutias.

Tum nisi cremore crasso est jus collyricum; 15

Nihil est macrum illud, epicrocum, pellucidum:

Quasi juream esse jus decet collyricum.

Nolo, in vesicam quod eat, in ventrem volo.

To. Prope me hic nescio quis loquitur. SA. o mi Juppiter  
Terrestris, te coëpulonus compellat tuus. 20

*odoratum. Ille meus confabulator veniet modo huc, sicut puto. SA. Me nominat, euge! To. Spero fore ut huc veniat e balneis postquam laverit. SA. Quam noscit universe rei seriem! To. Curate ut panes conditi oleo et caseo sint jurulenti; crudos ne mihi hos apponatis. SA. Dicit res ut sunt! incocti nihil valent. Ne comedas nisi coctos. Praterea nisi succus, in quem merguntur panes conditi oleo, est crassus, nihil valet: ille qui est tenuis, limpidus, fluidus, nihil etiam valet. Succus collyrarum debet esse similis placenta jurlentæ: non probo illum qui descendat in vesicam, sed mihi probatur qui descendat in ventrem. To. Est aliquis qui facit verba hic juxta me. SA. O qui es meus Jupiter in terra, tuus*

quam.—8 *Bene ut instrutris concalcat B. 1. in stutris C. et C. 2. calumnifice Pll.*—9 *C. 2. congero.*—10 *C. et C. 2. a balinccinis.*—12 *Collyræ Pll. colyphia C. colyphia C. 2.*—14 *Edd. antiq. Nihili sunt crudæ. C. C. 2. B. 1. glutias.*—15 *B. 1. crasso socias collyricum;* *C. cresso sotius coll.* *C. 2. crasso solvis coll.*—16 *Nihil est magnum B. 1. C. et C. 2. epigro cum B. 1. epigrocum Pll.*—17 *Quasi jure amesse B. 1. Quasi jure anasse vis C. 2.*—20 *C. 2. coëpulanus.*—

#### NOTÆ

8 *Scutris*] Sentulæ et sentellæ, quod sentis sint similes: *pluts, assiettes.*

Calatum injice] ‘Calamus’ est lignum odoratum. Plinius xv. 13. ‘Lantissima apud priscos vina erant odore myrrha condita: ut appareat in Plantæ Fabula, quæ Persa inscribitur; quanquam et in ea et calatum addi jnbet.’

9 *Congerro*] Festus, ‘Gerrones leves et inepti a cratibus dicti, quos Græci gerras appellant.’ ‘Gerræ sunt erates raris et pellucidis textæ viminibus.

12 *Collyræ*] Placentulæ, aut in sartagine frixa, aut in pinguiori jure concoctæ.

*Colliphia]* Panes cum recenti caseo subacti et concocti.

16 *Epicrocum]* Festus, ‘Epicrocum genns amiculi croco tinctum, tenne et pellucidum.’ De jure collyrico loquitur poëta, id est, in quo collyræ sunt concoctæ, quod nisi pingue est et crassum, nihil est; id est, nihil valet.

18 *Nolo, in vesicam quod eat]* Id est, jus collyricum, quod adeo est limpidum, ut sit instar potus.

To. O Saturio, opportune advenisti mihi.

Sa. Mendacium edepol dicis, atque haud te decet:  
Nam Esurio venio, non advenio Saturio.

To. At edis! nam jam intus ventris fumant focula.

Calefieri jussi reliquias. Sa. pernam quidem 25

Jus est apponi frigidam postridie.

To. Ita fieri jussi. Sa. ecquid alecis? To. vah! rogas?

Sa. Sapis multum ad Genium. To. sed ecquid meministi,  
here,

Qua de re ego tecum mentionem feceram?

Sa. Memini: ut muræna et conger ne calefierent: 30

Nam nimio melius oppectuntur frigida.

Sed quid cessamus prælium committere?

Dum mane est, omnes esse mortalvis decet.

To. Nimis pæne mane 'st. Sa. Mane quod tu occuperis  
Negotium agere, id totum procedit diem. 35

To. Quæso animum advorte: hoc enim jam here narravi  
tibi,

Tecumque oravi, ut nummos sexcentos mihi

*convira te alloquitur.* To. O Saturio, advenisti ad me tempestive. Sa. Profecto mentiris, quod est indignum te.

Nam accedo ad te Esurio, non Saturio. To. At manducas!

Cibi jam impositi foco calent in culina. Statim mandavi imponi igni reliquias ciborum. Sa. Certe æquum est ministrari pernam frigidam reliquam heri.

To. Maudavi sic fieri. Sa. Nihilne apponetur salsamentorum.

To. Vah! petis? Sa. Tuus gustus valde accommodatus est ad meam mentem.

To. Verum recordatusne es carum, de quibus verba feceram tecum hesterna die?

Sa. Recordor: ut muræna et conger non imponerentur igni.

Nam carpuntur multo commodius, quando non calent. Sed quid cunctetur committere certamen?

*Omnis homines debent edere matutino tempore.* To. Est ferme nimis manc.

Sa. Illa res quam tu ordinaris facere mane, it recte toto die.

To. Obscro animadverte: nam tibi narravi hoc jam hesterna die; rogavi a te ut mihi commodares



24 PII. intus Veneris.—25 Tale fieri B. I.—27 PII. hallegis.—28 C. hecquid;  
C. 2. haecquid.—30 PII. nec calefierent.—36 Particula enim deest in C. et C. 2.  
narrata ut tibi C. narravit tibi C. 2.—37 C. sescento.—38 Dare utendos C.—

#### NOTÆ

24 *Fumant focula*] Nonins, ‘*Focula* dieta sunt nutrimenta; unde et *foculari* dicitur, ut fovere.’

27 *Alecis*] Est aut ab ‘*halex*’ fœminini, aut ab ‘*halec*’ neutrini, significatque pisces et succum e pisibus expressum.

28 *Sapis multum ad Genium*] Id est, ad meam sententiam.

31 *Oppectuntur frigida*] Digitis quasi pectine circumcarpuntur et comeduntur. *Muræna*, quæ Latinis est ‘*lampetra*,’ a lambendis petris dicta, Ausonio ‘*mustella*.’

Dares utendos mutuos. SA. memini et scio,

Et te me orare, et mihi non esse quod darem.

Nihili parasitus est, quo argentum domi est.

40

Lubido extemplo cōpere est convivium,

Tuburcinari de suo, si quid domi est.

Cynica esse e gente oportet parasitū probe :

Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium,

Marsupium habeat, iuibi paulum præsidii,

45

Qui familiarem suam vitam oblectet modo.

To. Jam nolo argentum, filiam utendam tuam

Mihi da. SA. nunquam edepol quoiquam etiam utendam  
dedi. [To. scies.

To. Non ad istoc quod tu insimulas. SA. quid eam vis ?

Quia forma lepida et liberali est. SA. res ita 'st.

50

To. Hic leno neque te novit neque gnatam tuam.

SA. Me ut quisquam norit, nisi ille qui præbet cibum ?

To. Ita est: hoc tu mihi reperire argentum potes.

SA. Cupio hercule. To. tum tu me sine illam vendere.

*sexcentos nummos, quibus habeo opus.* SA. Recordor et teneo, et te a me petivisse,  
et me non habuisse, ut tibi commodarem. Parasitus est nihili faciendus, qui  
servat domi pecuniam. Statim libet inire conviria, helluari de sua re, si quid rei  
est domi. Parasitus debet esse discipulus Cynicorum: sit illi lugena, strigilis,  
cymbium, socci, pallium, crumena; est aliquid auxilii positum in crumena, quo  
sustentet vitam suæ familie. To. Nolo jam pecuniam. Sed opus est mihi tua  
filia. SA. Profecto nemini unquam tradidi utendum. To. Non rogo ad id quod  
tu suspicaris. SA. Quid placet eam agere? To. Audies. Quia est pulchritudine  
egregia et venusta. SA. Sic se res habet. To. Hic leno neque te cognoscit,  
neque tuam natam. SA. Ut ullus me cognoscat, nisi ille qui det escum? To.  
Res ita se habet. Tu potes mihi invenire hanc pecuniam. SA. Profecto optarem.



40 Parei 3. *domid est*; C. *domid esse*; C. 2. *domi id est*; B. 1. *domi id est*.

41 C. 2. *extempo coperest*; al. ap. Pareum, *extempo cæpere est*.—42 *Turbucinari* C. *Turbucinari* C. 2.—43 *Cynicum esse egentem* B. 1. *Cynicum esse gentem*  
*parasitum* PII. *parasitum probum* Douz.—45 *Marsupium habitat* C. *Marsupium* C. 2.—46 *Gulielm. oblectet domi*.—48 PII. *etiam vendaa dedi*.—54 C. a m. pr.

#### NOTE

43 *Cynica esse e gente*] Sic loquuntur veteres de philosophorum sectatis, quasi non solum sentiendi communione, sed etiam sanguinis fuissent coniuncti. Cynica profitebatur impudentiam.

44 *Ampullam*] Vas olearium quo in

balneis ad unctiones nti solebant; strigilem quo se defricabant; scaphium vas potorium.

46 *Familiarem vitam oblectet*] Id est, vitam domesticam, et inter familiares actam.

S.A. Tun' illam vendas? To. immo alium allegavero 55  
 Qui vendat, qui esse se peregrinum prædicet:  
 Siquidem hic leno nondum sex menses Megaribus  
 Huc est cum commigravit. S.A. pereunt reliquiae.  
 Posterius istuc tamen potest. To. scin' quam potest?  
 Nunquam hercle hodie hic prius edis (ne frustra sis) 60  
 Quam te hoc facturum, quod rogo, affiras mihi.  
 Atque nisi gnatam tecum huc jam, quantum potest,  
 Adducis, exigam hercle ego te ex hac decuria.  
 Quid nunc? quid est? quin dicis, quid facturus sis?  
 S.A. Quæso, hercle, me quoque etiam vendas, si lubet, 65  
 Dum saturum vendas. To. hoc si facturus, face.  
 S.A. Faciam equidem quæ vis. To. bene facis, propera,  
     abi domum:  
 Præmonstra doce, præcipe astu filiæ,  
 Quid fabuletur, ubi se natam prædicet,  
 Qui sibi parentes fuerint, unde surrepta sit: 70  
 Sed longe ab Athenis esse se gnatam autumet:  
 Et ut affleat, cum ea memoret. S.A. etiam tu taces?

To. Itaque patere tu ut illam vendam. S.A. Tunc illam vendas? To. Non, sed  
 summittum alium, qui vendat, qui profiteatur se esse adrenam; nam nondum sunt  
 sex menses ex quo hic leno concessit Athenas a Megaribus. S.A. Esca que  
 superfuerunt corruptiuntur: tamen hæc venditio potest fieri postea. To. Ca-  
 pisne quomodo potest fieri postea? Ne fallaris; non manducabis hic, hodierna  
 die, antequam mihi pollicitus fueris te acturum quod a te peto. Et nisi adduxeris  
 huc quoniam tuum filium tecum, per Herculem ego te expungam ex hac mi-  
 litia. Quid ages nunc? Quid est? Quare non loqueris id quod es facturus?  
 S.A. Obscro, rende me quoque, si placet, dummodo vendas pransum. To. Si hoc es  
 acturus, age. S.A. Profecto agam que juss eris. To. Facis recte, acceler a; profici-  
 cere domum; institue sapienter tuam filium, quid dicat, ubi dicat se ortam; da filiæ  
 præcepta callida; quos parentes habuerit; unde fuerit farto ablata. Dicat se esse  
 ortam longe ab Athenis: et ut collacrymetur, quando hæc loquetur. S.A. Tu taces

illam vedere; et a m. sec. illum redat.—57 Sicut istic leno non dum B. I.  
 C. C. 2. Parei 3.—58 Huc commigravit B. I. omissis est cum.—62 Pll.  
 quantum tua potest.—64 Quid nunc quidem B. I.—65 C. me q. etiam rendes  
 clubet; C. 2. me quique ut jam vendas clubet.—70 Pro surrepta, quod

## NOTÆ

57 *Megaribus*] Pro 'Megaris.' dignitatis gradu, seu ex hac statione.  
 Megara urbs est Achaiæ in confinio Supra a prælio duxit metaphoram  
 Atticæ, et Peloponnesi. parasitus; hic a hello dicit Toxilus,

60 *Ne frustra sis*] Ne erres.

63 *Ex hac decuria*] Id est, ex hoc

minaturque parasitum expungere ex  
 albo convivarum.

Ter tanto pejor ipsa est, quam illam tu esse vis.

To. Lepide hercle dicis: sed scin' quid facias? cape  
Tunicam atque zonam, et chlamydem afferto et causiam, 75  
Quam ille habeat, qui hanc lenoni huic vendat. SA. heu  
probe. [gnatam tamen

To. Quasi sit peregrinus. SA. laudo. To. et tu tuam  
Ornatam adduce lepide in peregrinum modum.

SA. Πόθεν ornamenta? To. abs chorago sumito.

Dare debet: præbenda ædiles locaverunt. 80

SA. Jam faxo hic aderunt: sed ego horum nihil scio.

To. Nihil hercle vero: nam ubi ego argentum accepero,  
Continuo tu illam a lenone asserito manu.

SA. Sibi habeat, si non extemplo ab eo abduxero.

To. Abi, et istuc cura: interibi ego puerum volo 85

Mittere ad amicam meam, ut habeat animum bonum,  
Me esse effecturum hodie: nimis longum loquor.

*adhuc? Illa est tertio tanto pejor, quam tu exoptas. To. Per Herculem dicis festive; sed nostine quid agas? Accipe togam, atque cingulum, et affer chlamydem et causiam, quam ille circumponat qui hanc vendat lenoni. SA. Heu! recte. To. Quasi sit adrena. SA. Approbo. To. Et tu nihilominus adduc tuam filiam ornatam scite in modum advenarum. SA. Unde sumam ornamenta? To. Sume a duce chori. Est ejus commodare: ædiles conduxerunt ut comodarentur. SA. Curabo ut hic sint quamprimum. Sed ego simulabo nihil scire horum. To. Nihil per Herculem; nam statim atque mihi numerata fuerit pecunia, statim assere eam manu et abduc a lenone. SA. Si non abduxero statim ab eo, habeat sibi. To. Ahi et gere curam horum: interim ego volo mittere puerum ad meam amicam, nuntiatum me esse affuturum hodie, ut sit æquo animo. Loquor nimis diu.*

servat B. 1. surrupta legitur in Pli. surpta in aliis.—74 Pli. et Parei 3. qui facias.—75 C. et campsem; C. 2. et causem.—77 Pro tamen, quod servant C. C. 2. et B. 1. al. habent item.—79 Sed πόθεν Parei 3. Ποτε ornamenta, omisso sed, C. et C. 2. choragro C. 2.—80 Parei 3. locaverunt inde petito.—81 C. nihil horunc; C. 2. horunc nihil.—83 Pli. ale non adserito.—84 Sibi haat C.—85 Voc. interibi deest in B. 1. curam me tibi ego C. et C. 2.—86 Matere C. 2.

#### NOTÆ

85 *Interibi*] Id est, interim.

### ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

SOPHOGLIDISCA, LEMNISELENE.

So. SATIS fuit indoctæ, immemori, insipienti dicere toties.

So. Sufficeret rudi, obliviousæ, stultæ inculcare id toties. Animadverto me ubs

Nimis tandem me quidem pro barda et pro rustica reor  
habitam [consuevi simul bibere  
Esse abs te: quanquam ego vinum bibo, at mandata non  
Una: me equidem jam satis tibi spectatam censueram  
esse, et meos mores.  
Nam equidem te jam sector quintum hunc annum: cum  
interim, credo, 5  
Cuculus si in ludum iret, potuisset jam fieri ut probe literas sciret; [infans,  
Cum interim tu meum ingenium fans non edidicisti, atque  
Potin' ut taceas? potin' ne moneas? memini et scio, et  
calleo, et commemini. [dum tibi  
Amas pol misera: id tuus scatet animus: ego istuc placi-  
Ut sit, faciam. LE. Miser est, qui amat. 10  
So. Certo is quidem nihil est, qui nihil amat: quid ei ho-  
mini opus vita est?  
Ire decet me, ut heræ obsequens fiam, libera mea opera  
ocrys ut sit.

*te esse existimatum nimis stolidam et agrestem. Tamen si ego poto vinum, tamen non sum solita exsorbere jussa cum vino. Profecto existimaveram me tibi esse satis cognitam, et rationem meæ vitæ; nimirum sum tua discipula, jam a quinque annis. Interea si cuculus frequentusset scholam, potuisset fieri ut teneret recte literas; cum igitur per hoc tempus, nequivisti agnoscere meam mentem, aut quando locuta sum, aut quando silui, vis tacere? vis abstinere a monitis? Recordor et teneo, et percipio, et sum memor. Amas per Pollucem infelix: tua mens id clamat. Ego daho operam ut id tibi sit in tuto. LE. Est infelix, qui amat. So. Et ille est flocci faciens, qui amat nihil. Quid ille homo indiget vita? Oportet me pergere, ut obsequar heræ, ut fiat statim libera mea ope. Adibo illum Toxilum:*

\*\*\*\*\*

1 Pll. indotæ.—3 C. et C. 2. ad mandata. Mox, consui simul C. dibere C. 2.—4 Unum equidem B. 1. Unum quidem Pll. et Parei 3. Nam me quidem al. ap. Parenm.—5 Parei 3. quom interea tam credo; Pll. quom intercam.—6 Cuius B. 1. C. 2. Cuis C. Cuculus al. ap. Parenm.—7 Pronomen tu deest in B. 1.—9 Palm. id tuus caret animus.—11 Pll. nihil est.—12 Id decet me eræ C. 2. olyius in eodem codice.

#### NOTÆ

5 *Sector*] Id est, te habeo magistrum: unde philosophorum sectæ.

6 *Cuculus si in ludum iret*] Alii cucus, enjus diminutivam cuculus. Cucus autem, seu cuculus, avis est quæ arte nulla cincnari potest, nedium in nostris verbis edendis condece fieri.

9 *Scatet animus*] Scatet opponi vi-

detur placido: metaphora nostraque a freto dueta; id est, tuus amore jacatur, fervet animus.

12 *Heræ obsequens fiam*] Lemnise- lenæ, enjus dicitur supra scatere animus, id est, significare suum amo rem.

Conveniam hunc Toxilum: ejus aures, quæ mandata sunt,  
onerabo.

*implebo ejus aures iis mandatis quæ mihi sunt facta.*

---

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

TOXILUS, PÆGNIUM, SOPHOCLIDISCA.

To. SATIN' hæc tibi sunt plana et certa? satin' hæc memini-  
nistri et tenes? [caput?

PÆ. Melius, quam qui docuisti. To. ain' vero, verbereum  
PÆ. Aio enimvero. To. quid ergo dixi? PÆ. ego recte  
apud illam dixero. [memini et scio.

To. Non edepol scis. PÆ. da hercle pignus, ni omnia  
To. Evidem si scis tute, quot habeas hodie digitos in  
manu, 5

Eodem pignus tecum. PÆ. audacter, si lubido est perdere.  
To. Bona pax sit potius. PÆ. tum tu igitur sine me ire.

To. et jubeo et sino. [censeam.

Sed ita volo te curare, ut domi sis, cum ego te esse illi  
PÆ. Faciam. To. quo ergo is nunc? PÆ. domum; uti  
domi sim, cum illi censeas.

To. Scelus tu puer es: atque ob istam rem ego aliquid te  
peculiabo. 10

To. Illa tibine sunt satis clara et perspeeta? Recordarisne et capis satis hæc?  
PÆ. Capio melius, quam tu qui tradidisti. To. Audesne dicere id, verbero?  
PÆ. Dico. To. Quid igitur locutus sun? PÆ. Ego repetivero probe apud il-  
lam. To. Profecto nescis. PÆ. Certa mecum deposito pignore, me recordari et  
tenere universa. To. Profecto si tu tenes hodierna die quot sint digitii in manu,  
deponam tecum pignus. PÆ. Animose! si vis vinci. To. Sit potius pax inter  
nos. PÆ. Tum tu ergo patere me pergere. To. Et mando et patior. Sed opto  
te sic accelerare, ut sis domi quando ego putabo te esse illic. PÆ. Perficiam. To.  
Quo vadis igitur? PÆ. Domum, ut sim domi quando putabis me esse illic. To.  
Tu es scelestus puer: et idcirco aliquo te munere afficiam. PÆ. Sane non ignoro

---

2 Parei 3. verbeeum.—3 C. illam dixi ero.—5 B. 1. a m. pr. quod habeas.—  
6 Eo ondem C. si lubido prodere, omissio est, B. 1.—7 Pronomen tu deest in

### N OTÆ

2 Verbeeum capul] 'Mastigia,' 'ver- veicum, id est, stupidum. Juvenalis,  
bero,' 'stimulorum seges,' 'ulmorum 'Vervecum in patria crassoque sub  
seges,' convicia sunt in servos contu- aëre nati.'

maces solita contorqueri. Alii, ver- 10 Aliquid] Alii, aliqui; id est, ali-

PÆ. Scio fidei hercle herili ut soleat impudicitia opprobrari: [dicem.

Nec subigi queantur unquam, ut pro ea fide habeant ju-  
So. Abi modo. PÆ. ego laudabis faxo. To. sed has ta-  
bellas, Pægnium,

Ipsi Lemniselenæ fac des, et quæ jussi nuntiato.

So. Cesso ire ego, quo missa sum? 15

PÆ. Eo ego. To. i sane: ego domum ibo: face rem hanc  
cum cura geras.

Vola curriculo. PÆ. istuc marinus passer per circum solet.

Illic abiit hinc intro huc: sed quis hæc, quæ me advorsum  
incedit?

So. Pægnium hic quidem est. PÆ. Sophoclidisca hæc  
peculiaris est ejus,

Quo ego sum missus. So. Nullus esse hodie hoc puerο  
pejor perhibetur. 20

Compellabo. PÆ. commorandum 'st apud hanc obicem.

So. Pægnium, deliciæ pueri, salve! quid agis? ut vales?

PÆ. Sophoclidisca, Di me amabunt. So. quid me? utrum?  
PÆ. hercle nescio.

*moris esse exprobrari impudicitiam servo qui est fidus hero: et nunquam adluci possunt, ut audiant judicem, qui faveat fidei servi. To. Vade jam. PÆ. Ego dabo operam ut approbes meam diligentiam. To. Sed cura, Pægnium, ut reddas has literas ipsi Lemniselenæ, et ei referas ea quæ mandavi. So. Ego cunctor pergere, quo sum missa? PÆ. Ego vado. To. Vade sane: ego vadam domum. Connare id facere accurate, convola currendo. PÆ. Struthiocamelus consuevit sic ire per circum. Toxilus ingressus est hinc huc. Sed quæ est illa, quæ venit obviam mihi? So. Projecto adest Pægnium. PÆ. Adest Sophoclidisca, ancilla ejus, ad quem ego sum jussus ire. So. Dicunt neminem esse nequiorēm hoc puerō: eum alloquar. PÆ. Mihi est consistendum ad hoc obstaculum. So. Pægnium, puer suavissime, sis sulcus! quid facis? quomodo vales? PÆ. Sophoclidisca, Dii mihi favebunt. So. Quid? Nonne mihi favebunt etiam? PÆ. Projecto nescio.*

edd. quibusdam vett.—8 B. 1. esse illic.—10 Douz. aliqui.—11 C. et C. 2. opprobari.—12 Nec subici queant B. 1. habeant indicem Pist.—16 C. i san ego. Mox, Pil. curas geras.—17 C. marinus.—18 Illichabit C. quis hæc est Pil. et Parei 3.—20 C. peribetur.—21 B. 1. C. et C. 2. commemorandust apud hanc objeci; Douz. apud hanc inebram.—22 C. deletiet pueris.—23 Verbum nescio

#### NOTÆ

qua re, aliquo modo.

Peculiabo] Id est, aliquid peculii ti-  
bi dabo. Muneris suut qui obscene  
dictum notent.

17 *Marinus passer*] Est struthiocamelus, qui ita volat, ut pedibus currat, volat curriculo.

21 *Obicem*] Sophoclidiscam.

- Sed si, ut digna es, faciant, odio hercle habeant, et faciant male.
- So. Mitte male loqui. PÆ. cum, ut digna es, dico, bene, non male loquor. 25
- So. Quid agis? PÆ. sceminam scelestam te astans contra contuor. [nem.
- So. Certe equidem puerum pejorem, quam te, novi nemici. PÆ. Quid mali facio? aut cui male dico? So. cui pol cumque occasio est.
- PÆ. Nemo homo unquam ita arbitratus est. So. at pol multi esse ita sciunt.
- PÆ. Heia! So. heia! PÆ. tuo ex ingenio mores alienos probas. 30
- So. Fateor ego profecto me esse, ut decet lenonis familiæ.
- PÆ. Satis jam dictum habeo. So. sed quid tu? confitere, ut te autumno?
- PÆ. Fatear, si ita sim. So. jam abi, vicisti. PÆ. abi nunc jam. So. ergo hoc mihi expedi,
- Quo agis? PÆ. quo tu? So. dic tu: prior rogavi. PÆ. at post scies.
- So. Eo ego hinc haud longe. PÆ. et quidem ego haud longe. So. quo ergo, scelus? 35
- PÆ. Nisi sciero prius ex te, tu ex me nunquam hoc, quod rogitas, scies. [vero.
- So. Nunquam ecastor hodie scibis, priusquam ex te audi-

*Sed si tecum agant ut mereris, tibi erunt infesti, et malo afficient. So. Noli mihi male dicere. PÆ. Quando loquor sicut mereris, non male dico, sed bene. So. Quid facis? PÆ. Conspicor nequam mulierem stans stantem ex adverso. So. Profecto nullum novi puerum nequiorente. PÆ. Quid facio mali? aut cui male loquor? So. Malefacis et maledicis curvis, quando locus sese offert. PÆ. Nullus unquam sic existimavit. So. Immo complures norunt rem ita se habere. PÆ. Eia. So. Eia. PÆ. Metiris rationem ritæ alienæ ex tua. So. Equidem confiteor me esse ejusmodi, qualem oportet me esse in ædibus lenonis. PÆ. Mihi satis dixisti. So. Sed quid dicis tu de te? confiterisne, sic ut existimo de te? PÆ. Faterer, si essem ejusmodi. So. Perge jam, me superasti. PÆ. Perge jam. So. Igitur dic mihi, quo vadis? PÆ. Quo tu? So. Fare tu: postulavi prior. PÆ. Dican postea. So. Non vado procul hinc. PÆ. Et ego non vado procul hinc. So. Quo vadis igitur, sceleste? PÆ. Nisi didicero antea exte id quod peto, nunquam tu disces ex me hoc quod petis. So. Per ædem Castoris nunquam disces*

deest in B. 1. C. et C. 2.—24 Sed deest in B. 1.—27 C. quanto te.—31 Fateor ergo C. et C. 2.—33 Faciar C.—34 Quo is B. 1. Quo abis al. ap. Pareum;

PÆ. Itane est? So. itane est? PÆ. mala es. So. scelestus. PÆ. decet me. So. me quidem haud decet.

PÆ. Quid ais? certumne est celare, quo iter facias, pessuma?

So. Offirmastin' occultare, quo te immittas, pessume? 40

PÆ. Par pari respondes dicto: abi jam, quando ita certa res est.

Nihili facio scire: valcas. So. asta. PÆ. at propero. So. et pol ego item.

PÆ. Ecquid habes? So. ecquid tu? PÆ. nihil equidem. So. cedo manum ergo. PÆ. estne haec manus?

So. Ubi illa altera est fortifica lœva? PÆ. domi: eccam, huc nullam attuli.

So. Habes nescio quid. PÆ. ne me attracta, subagatrix. So. sin te amo? 45

PÆ. Male operam locas. So. qui? PÆ. quia enim nihil amas, cum ingratum amas. [tulam;

So. Tempori hanc vigilare oportet formulam, atque æta-Ne, ubi capillus versipellis fiat, fœde semper servias:

*hodie ex me, antequam didicero a te. PÆ. Siccine se res habet? So. Siccine se res habet? PÆ. Es nequam. So. Es nequam. PÆ. Oportet me esse nequam. So. Sed non oportet me esse. PÆ. Quid dicens? Estne deliberatum non dicere, quo habeas iter, pessima? So. Statiuistine tacere, quo te conferas, pessime? PÆ. Remetiris verbum verbo simile simili: proficisci jam, quandoquidem ul animo fixum habes: non curo dicere; vale. So. Mane. PÆ. Accelero. So. Ego etiam. PÆ. Estne tibi aliiquid? So. Estne tibi aliiquid? PÆ. Nihil equidem. So. Ostende ergo manum. PÆ. Estne haec manus? So. Ubi est illa altera lœva præda-trix? PÆ. Domi. Adest illa quam attuli huc. So. Portas aliiquid. PÆ. Ne me attracta, impura. So. Si te uno? PÆ. Tempus male perdis. So. Quare? PÆ. Quia quando amore prosequeris immemorem beneficium, amas nihil. So. Oportet hanc venustatem puerilem, utque tenerum atatem, operam dare oblectationibus tempestive, ne quando color capillorum mutabitur, sis semper serrus turpiter:*

*Quo te agis al. ibid. posterior scies al.—35 C. aud longe.—40 Offirmasti B. 1. quod imbitus al. ap. Parenum.—41 Par piri C. dicitio B. 1. C. 2.—42 Nihilo C. C. 2. B. 1. So. at sta Douz, ego ite C. ego ire C. 2.—44 Pli. lera.—45 C. 2. subagatrix; B. 1. subagatrix.—46 C. et C. 2. ingratuam.—47 Tempri Pli.—48 Ne ibi C. versibellis C. 2. fias B. 1. C. et C. 2. Ne capillo versipelle fæde*

## NOTÆ

*46 Ingratum amas] Id est, ingratum ex apologis, in quibus pelle-  
tus, immemorque beneficium accepti, subiunde mutant bellua, ut sese mun-  
qui amoris mutuo non respondet.*

*tum ex apologis, in quibus pelle-  
tus, immemorque beneficium accepti, subiunde mutant bellua, ut sese mun-  
qui amoris mutuo non respondet.*

*48 Versipellis fiat] Versipellis sun-*

*tuo decipient. Vide in Amphitruone.*

Tu quidem haud etiam es octoginta pondo. PÆ. at confidentia

Illa militia militatur multo magis, quam pondere. 50

Atque ego hanc nunc operam perdo. So. quid jam? PÆ.  
quia peritæ prædico.

Sed ego cesso. So. mane. PÆ. molesta es. So. ero quoque, nisi scio

Quo agis te. PÆ. ad vos. So. et pol ego ad vos. PÆ.  
quid eo? So. quid id ad te attinet?

PÆ. Enim non ibis nunc vicissim, nisi scio. So. odiosus  
es. PÆ. lubet.

Nunquam hercle istuc exterebrabis tu, ut sis pejor quam  
ego siem. 55

So. Malitia certare tecum, miseria est. PÆ. merx tu  
mala es.

So. Quid est, quod metuas? PÆ. idem istuc, quod tu.  
So. dic ergo, quid est?

PÆ. Ne hoc cuiquam homini edicerem, omnes muti ut loquerentur prius. [crederem,

So. Et edictum est magnopere mihi, ne cuiquam homini  
Omnes muti ut loquerentur prius hoc, quam ego: at tu hoc  
face: 60

*tu nondum es octoginta librarum.* PÆ. *Illa militia exercetur multo magis audacia,*  
*quam pondere.* Et ego ludo nunc hanc operam. So. Quare? PÆ. Quia doceo  
doctam. Sed ego cunctor pergere. So. Mane. PÆ. Es importuna. So. Ero ad  
huc molesta, nisi scio quo vadis. PÆ. Ad vos. So. Et per Pollucem ego vado  
etiam ad vos. PÆ. Quid is factum? So. Quid id ad te pertinet? PÆ. Non  
ibis nunc, nisi dixeris vicissim. So. Es molestus. PÆ. Lubet. Per Herculem  
nunquam extorquebis illud, ut advenias pejor quam ego. So. Est miserum conten-  
dere de nequitia tecum. PÆ. Tu es nequam mulier. So. Quid est quod timeas?  
PÆ. Idem illud quod tu metnis. So. Dic igitur, quid est? PÆ. At retitus sum,  
ne hoc aperirem cuiquam, et ut omnes muti dicerent hoc prius quam ego. So. Et  
mihi est imperatum magnopere, ne crederem cuiquam homini, ut omnes muti erulgan-  
rent hoc ante quam ego. Sed tu fac hoc! Detegamus nobis id mutuo data fide.

Grat.—52 C. molest' es. Pl. ergo quoque.—53 Quo agas B. 1. a te attinet C.  
—54 C. nisi cito.—55 Pl. ut sis prior.—56 C. et C. 2. mers tu.—57 C. di ergo.  
Voc. quid est desunt in B. 1. C. et C. 2.—58 C. et C. 2. omnes multi ut.—

#### NOTÆ

49 *Octoginta pondo]* Id est, octo- amore rudis, sive peritus erit.  
ginta libras.

55 *Istuc exterebrabis]* Nonius, 'Vi

*Confidentia]* Id est, audacia.

*extorquebis.'*

51 *Peritæ]* Propertius, 'Sive in

Fide data credamus. PÆ. novi: omnes sunt lenæ levifidæ:

Neque tippulæ levius pondus est, quam fides lenonia.

So. Dic, amabo. PÆ. dic, amabo. So. nolo ames. PÆ. facile impetas.

So. Tecum habeto. PÆ. et tu hoc taceto. So. tacitum erit. PÆ. celabitur.

So. Toxilo has fero tabellas tuo hero. PÆ. abi: eccillum domi. 65

At ego hanc ad Lemnisclenem tuam heram obsignatam abietem. [nescio:

So. Quid istic scriptum? PÆ. juxta tecum, si tu nescis, Nisi fortasse blanda verba. So. abeo. PÆ. at ego abiero.

So. ambula.

PÆ. Scio. Omnes lenæ sunt fluxæ fidei: neque tippula est levior quam fides lenæ. So. Fare, amabo! PÆ. Fare, amabo! So. Nolo ut ames. PÆ. Consequeris facile. So. Sit penes te tuum secretum. PÆ. Et tu ne delege hoc. So. Erit tectum. PÆ. Erit celatum. So. Porto has epistolæ ad Toxilum tuum herum. PÆ. Abi! est domi. At ego gero has tabellas abieguas obsignatas ad Lemnisenen tuam heram. So. Quid est scriptum in illis? PÆ. Si tu ignoras, ignoro perinde atque tu: nisi forte amatiora verba. So. Pergo. PÆ. Et ego pergo etiam. So. Perge.

\*\*\*\*\*

59 *Et deest in B. 1. Et editum C.*—60 *Omnis Pll.*—61 *C. C. 2. et B. 1. levifide.*—62 *Neque stipulæ C. et C. 2. fides lenoniae Pll. lenoniae fide, al. ut utrumque sit patrii casus, ἀρχαῖκῶς.*—65 *B. 1. hero tuo.* Mox, ecillum Pll.—68 *Al. ap. Pareum, et ego abiero.*

#### NOTÆ

61 *Levifidae*] Propertins: ‘Cynthia formipotens, Cynthia verbilevis.’

rens non desidat.’

*Fides lenonia*] Fluxa et futilis. Af-

fine proverbio, ‘ut fides Punica.’

62 *Tippulae*] Festus, ‘Tippula bes-

tiolæ genus sex pedes habentis, sed

tantæ levitatis, ut super aquam cur-

nas. Metonymia causæ.

## ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

### SAGARISTIO.

Jovi opulento, inclyto, Ope gnato, supremo, valido, viri-

potenti,

SA. *Obgestio lubenter et jure Jovi locupleti, eximio, Opis filio, summo, forti, do-*

\*\*\*\*\*

1 *Pll. induito; Parei 3. et al. vett. incluto.* Mox, C. supremo; C. 2. sup-

Opes, spes, bonas copias commodanti lubens meritoque  
vitulor;

Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam

Danunt argenti mutui, uti egenti opem afferam:

Quod ego non magis somniabam, neque opinabar, neque  
censebam

5

Eam fore mihi occasionem, ea nunc quasi decidit de cœlo:

Nam herus meus me Eretriam misit, domitos boves uti sibi  
mercarer;

Dedit argentum; nam ibi mercatum dixit esse die septimi.

Stultus, qui hoc mihi daret argentum, cuius ingenium no-  
verat.

Nam hoc argentum alibi abutar: boves, quos emerem, non  
erant.

10

Nunc et amico meo prosperabo, et Genio meo multa bona  
faciam. [erit! non curo.]

Diu quod bene erit, die uno absolvam: tax, tax, tergo meo

*mino hominum, largienti divitias, spes, bonas fortunas; quia commodat amice pecuniam mutuan, ut feram auxilium meo amico, qui ea indiget: ea occasio, quam ego non fingebam animo, neque arbitrabar, neque existimabam mihi eventuram esse, est mihi oblata, velut e cœlo: nam meus herus me jussit ire Eretriam, ut emerem boves domitos: numeravit pecuniam: nam dixit ibi nundinas esse, in septimum diem. Amens, qui mihi numeravit hanc pecuniam, cuius noverat mentem. Nam insunnam in aliis rebus hanc pecuniam. Dicam; non erant boves, quos mercarer. Nunc et consulam fortuna mei amici, et indulgebo meo genio: conferam, intra unum diem, id quod erit felicitatis diuturnæ. Meis scapulis erit tax, tax! non curo. Dabo*

\*\*\*\*\*

*premo.—2 B. 1. C. et C. 2. lubens vitulorumque merito.—4 Lips. danit. Mox, ut legenti Pll.—6 Eam fore sibi B. 1. Hic vs. et sequens transpositi sunt in B. 1. C. et C. 2.—7 Num erus Pll. meeretsiam C. me [laecuna] iam C. 2. et ab al. manu, Erythiam; et sic Pass. in marg. ed. Gronov. meus ad me jam misit B. 1. sibi deest in edd. quibusdam vett.—8 C. et C. 2. septimei.—12 Pll. tux cax.—*

#### NOTÆ

**2 Merito vitulor**] Id est, lubens merito. Est solennis formula precum Diis ethnicis fundendarum. ‘Vitulari’ a ‘vita’; dicitur laeta et jucunda. Unde apud veteres, Vitula erat Dea hilaritatis. Varro ‘vitulari’ a ‘vitulo’ dici putat: nullum enim est ferme animal hilarius.

**4 Danunt**] Alii, *danit*, pro dat. ?

**6 Decidit de cœlo**] Vulgare loquen-

di genus antiquis, ut ‘cœlo missos’ dicerent, quos inopinato cernerent. Tibullus: ‘Tunc veniam subito: nec quisquam renuntiet ante. Sed videar cœlo missus adesse tibi.’

**7 Eretriam**] Ubi Eretria fuerit non bene constat. Nisi sit Eretria Eu-  
boæ.

**12 Tax, tax**] Verba strepitum verberum exprimentia. Taxatores in fa-

Nunc amico homini bobus domitis mea ex crumena largiar.  
Nam id demum lepidum est, triparcos homines, vetulos,  
avidos, aridos

Bene admordere, qui salinum servo obsignant cum sale. 15  
Virtus est, ubi occasio admonet, dispicere: quid faciet  
mihi?

Verberibus cædi jusserit; compedes imponi: vapulet!  
Ne sibi me credit supplicem fore: vœ illi! mihi jam nihil  
novi [gnium eccum.

Offerri potest, quin sim peritus: sed Toxili puerum Pæ-  
nunc homini amico pecuniam ex crumena de pretio boum domitorum. Nam deni-  
que iltud est festivum recte arrodere homines sordidos, vetulos, cupidos, sicos, qui  
abscondunt servo salinum cum sale. Est laus observare quando occasio se offert.  
Quid mihi faciet? Mandabit plecti flagris; imponi compedes. Vapulet! ne pu-  
let me sibi fore supplicem. Vœ illi! nihil potest jam mihi infligi, in quo non sim  
eruditus. Sed ecce Pægnium puerum Toxili.

13 *Pll. hominibus domitis.* Voc. *homini* deest in B. 1.—15 C. et C. 2. *quis alienum*; B. 1. *qui alienum*; al. ap. *Pareum, qui allium.*—17 C. *jussirit.* Mox, idem codex *ipono.* B. 1. *vapulem.*—18 C. et C. 2. *suplicem.*—19 *Offeri C. sum peritus* al. Mox, *Parei 3. sed Toxili ecom!* *puerum, Pægnium.*

## NOTÆ

bulis dicebantur ii, qui mores aliorum *Qui salinum obsignant]* Id est, qui  
reprehenderent. *magis necessaria vitae negant ser-*  
*vis.*

13 *Bobus domitis]* *Precio boum.*

15 *Bene admordere]* Id est, insigni *17 Vapulet]* *Est servi nequam ver-*  
aliquo danno afficere. *bera, compedes, omnia flocei facere.*

## ACTUS SECUNDI SCENA QUARTA.

## PÆGNIUM, SAGARISTIO.

PÆ. PENSUM meum, quod datum 'st, confeci: nunc pro-  
pero domum. SA. mane, etsi  
Properas, Pægnium, ausulta. PÆ. emere oportet quem  
tibi obedire velis. [beam,  
SA. At sta. PÆ. exhibeas molestiam, ut opinor, si quid de-

PÆ. Obiri munus quod mihi demandatum fuerat. Nunc revertar celeriter in  
œdes. SA. Expecta, Pægnium, tametsi tibi accelerandum est; audi. PÆ. Tibi  
emendus est quem volueris tibi obtemperare. SA. Sed consiste. PÆ. Fueris im-  
Delph. et Var. Clas. Plaut. 4 S

**Qui nunc sic tam es molestus.** SA. scelerate, etiam respicis?

**PÆ.** Scio ego, quid sim ætatis, eo istuc maledictum impune auferes. 5

**SA.** Ubi Toxilus est tuus herus? **PÆ.** ubi illi libet: neque te consulit.

**SA.** Etiame dicis, ubi sit, venefice? **PÆ.** nescio, inquam, ulmitriba tu.

**SA.** Maledicis majori. **PÆ.** prior promeritus, perpetiare.

Servam operam, linguam liberam herus me jussit habere.

**SA.** Dicisne mihi, ubi sit Toxilus? **PÆ.** dico, ut perpetuo pereas. 10

**SA.** Cædere hodie tu restibus. **PÆ.** tua quidem, cucule, causa:

Non hercle, si os perciderim tibi, metuam, morticine.

**SA.** Video ego te: jam incubitus es. **PÆ.** ita sum: quid id attinet ad te? [hercle vero:

At non sum ita, ut tu, gratis. **SA.** confidens! **PÆ.** sum Nam ego me confido liberum fore, tu te nunquam speras. 15

portunus, ut arbitror, si tibi debeam aliquid, qui es nunc adeo importunus. SA. Impure! etiam retro aspicis? **PÆ.** Ego recordor que sit mea ætas, idecirco non suman panas pro illo maledicto. **SA.** Ubi est tuus herus Toxilus? **PÆ.** Ubi illi placet, etiam te inconsulto. **SA.** Furcifer, dicisne ubi sit? **PÆ.** Nescio, inquam, ulmorum pernicies. **SA.** Conciariis majori natu. **PÆ.** Tu qui prior es meritus, perfer. Meus herus mihi imperavit ut haberem laborem servum, et linguam liberam. **SA.** Mihine aperis ubi sit Toxilus? **PÆ.** Dico, ut percas in sempiternum! **SA.** Tu plecteris hodie flagris. **PÆ.** Plectar, cucule, tua causa: o pallide, per Herculem non timeam, si tibi contundero os. \* \* \* **SA.** Audax! **PÆ.** Sum audax per Herculem. Nam ego spero me fore liberum; tu non speras unquam

\*\*\*\*\*

1 Pl. nunc pro domum.—3 Asta B. 1. C. et C. 2. exibeas C.—5 Al. ap. Parvum sim ætatis.—7 Etiam edicis B. 1. Etiam dicis C. et C. 2. in qua mulnit ribatu C. in quam nudiribatu C. 2.—8 Malidicis C. pro meritis perpetiar B. 1. —9 Parei 3. erus meus me.—11 Cædere odie C.—12 Pl. percider.—13 Pro incubitus, quod servant B. 1. C. et C. 2. alii legunt intercuditus, al. impudica-

#### NOTÆ

5 *Scio ego, quid sim ætatis]* In pueris, videlicet, quidvis andere solent, utpote infirmos.

7 *Ulmitriba]* Id est, mastigia, a f rendis ulmis, quia incussæ scapulis

ulmæ deteruntur.

12 *Os perciderem tibi]* Pugno ceciderim.

*Morticinus]* ‘Morticinus’ est qui pallida et cadaverosa est facie.

**S.A.** Potin' ut molestus ne sies? **PÆ.** quod dicis, facere non quis. [parata præs est.]

**S.A.** Abi in malam rem. **PÆ.** at tu domum: nam ibi tibi

**S.A.** Vadatur hic me. **PÆ.** utinam vades desint, in carcere ut sis!

**S.A.** Quid hoc? **PÆ.** quid est? **S.A.** etiam, scelus, male loquere? **PÆ.** tandem ut licet,

Cum servos sis, servom tibi maledicere. **S.A.** itane? specta,

Quid dedero. **PÆ.** nihil: nam nihil habes. **S.A.** Di Deæque me omnes perdant, 21

Nisi te hodie, si prehendero, defigam in terram colaphis.

**PÆ.** Amicus sum, eveniant volo tibi quæ optas, atque id fiat: Tu me defigas; te cruci ipsum propediem affigent alii.

**S.A.** Quin te Di Deæque! scis quid hinc porro dicturus fuerim, 25

Ni linguæ moderari queam: potin' abeas? **PÆ.** abigis facile: [perdant!]

Nam umbra mea intus vapulat. **S.A.** ut istunc Di Deæque Tanquam proserpens bestia, est bilinguis et scelestus.

*te fore liberandum.* **S.A.** Potesne impetrare a te, ut mihi non sis molestus? **PÆ.** Tu nequis agere quod loqueris. **S.A.** Perge in malam crucem. **PÆ.** At tu perge domum: nam tibi est fixa ibi. **S.A.** Hic me in jus vocat. **PÆ.** Utinam desint vades, ut sis in carcere. **S.A.** Quid est hoc? **PÆ.** Quid est? **S.A.** Impure, adhuc maledicis? **PÆ.** Ut licet tandem servu tibi maledicere intereadum sum servus. **S.A.** Sicne? vide quid tribuero. **PÆ.** Nihil: nam nihil est tibi. **S.A.** Omnes Dii et Deæ me perdant, nisi te affigam in terram colaphis, si te comprehendero. **PÆ.** Sum amicus. Volo ut quæ optas tibi contingant, atque id fiat: si tu me in terram agas, atii te affigent in crucem propediem. **S.A.** Quin te Dii Deæque! Intelligis quid sim additurus his verbis, nisi possem continere lingua: fngiesne? **PÆ.** Expellis facile: nam mea umbra dat pœnas in ædibus. **S.A.** Ut Dii Deæque perdant istum! Tanquam bestia serpens, est bilinguis et nequam. Per Her-

-----  
*tus.—14 Voc. gratis deest in edd. quibusdam vett.—17 Pll. tibi parata præsto 'st.—21 Al. ap. Parenim jam nihil habes. Mox, Pll. Di Deæque te.—24 Tun me B. 1. Tunc me Pll. propendenti adfigent B. 1. affigant Diss.—26 C. C. 2.*

#### NOTÆ

17 *Parata præs est*] Festus: ‘*Præs* dictus est, quod interrogatus a populo si præsset, respondebat, *præs*:’ supple ‘sum.’ ‘*Præsesse*’ antiquitus significabat ‘adesse.’ Unde manet etiamnum ‘præsens.’

22 *Colaphis*] Alapa sit palma; id

est, deducta et explicata manu.

27 *Umbra mea intus vapulat*] Id est, jam do pœnas, antequam venero, ut umbra interdum antecedit corpus. Uno verbo jamjam do pœnas, quia si vapulat umbra, non longe est corpus.

Hercole illum abiisse gaudeo : fores aperite : eccere autem,  
Quem convenire maxume cupiebam, egreditur intus. 30

*culem laetor illum abiisse. Aperite fores : per Cererem, ille quem optabam maxime adire, prodit ex aedibus.*

---

B. 1. *potin habeas.*—28 C. et celestus.—29 Pist. foris aperitur. Mox, ecce autem B. 1. aperi tecere autem C.—30 Al. ap. Parenim, egreditur foras ; τὸ intus deest in B. 1.

---

## ACTUS SECUNDI SCENA QUINTA.

TOXILUS, SAGARISTIO, SOPHOCLIDISCA.

To. PARATUM jam esse dicio, unde argentum sit futurum : Jubeto habere animum bonum, dic me illam amare multum : Ubi se allevat, ibi me allevat : quae dixi ut nuntiares, Satin' ea tenes ? So. magis calleo, quam aprugnum callum callet.

To. Propera, abi domum. Sa. nunc ego huic graphice facetus fiam. 5

Subnixis alis me inferam, atque amicibor gloriose.

To. Sed quis hic ansatus ambulat ? Sa. magnifice conscreabor. [valetur ?

To. Sagaristio hic quidem est : quid agitur, Sagaristio ? ut

To. Nuntia Lemnisenæ, o Sophoclidisca, me invenisse unde accipiam pecuniam : dic illi meis verbis, esse bono animo : nuntia illi illam a me diligi valde. Quando se levat ægritudine, tum me levat. Tenesne recte ea quæ notavi, ut eam faceres certiorem de his ? So. Magis calleo, quam callum apri callet. To. Acceler, perge ad aedes. Sa. Ego eradam nunc elegans in primis apud hunc. Ambulabo ad illum sublati lacertis, et manibus ad utrumque latus admotis, et vestiar amictu superbo. To. Sed quis ansatus spatiatur ? Sa. Despuam superbe. To. Hic est Sagaristio. Quid fit, Sagaristio ? Quomodo tales ? Quid nuntias

---

1 Paratum jam esse dicto Pli.—3 Ubi se adluat C. C. 2. B. 1. Ven. 1. ibi me adluat B. 1. Ubi se adjurat, ibi me adjurat Grut.—7 Pro conscreabor, Pli.

### NOTÆ

2 *Amare*] Id est, amanter orare. Unde ‘amabo,’ quod idem est ac ‘quæso,’ ‘rogo,’ &c.

3 *Allevat*] Id est, ægritudinem remittit. Idem est quod superiori ver-

su ‘habere bonum animum.’ Cicero,  
‘Allevor cum loquer tecum absens.’

7 *Magnifice conscreabor*] Procul spure, clare exscreare, est hic signum quoddam eminentiæ, et auctoritatis.

**E**cquid, quod mandavi tibi? estne quid in te speculæ?  
SA. adito.

**V**idebitur, factum volo: venito: præmoneto. 10

**T**o. Quid hoc hic in collo tibi tumet? SA. vomica 'st,  
pressare parce:

Nam ubi qui mala tetigit manu, dolores coorintur.

**T**o. Quando istæc innata 'st nam tibi? SA. hodie. To.  
secari jubeas.

SA. Metuo ne immaturam secem, ne exhibeat plus negotii.

**T**o. Inspicere morbum tuum lubet. SA. abi, atque cavesis 15

A cornu. To. quid jam? SA. quia boves bini hic sunt  
in crumenæ.

To. Emitte sodes, ne enices fame, sine ire pastum.

SA. Enim metuo, ut possim in bubilem rejicere, ne vagen-  
tur. [commadabo.

**T**o. Ego rejiciam: habe animum bonum. SA. creditur,  
Sequere hac sis: argentum hic est, quod me dudum ro-  
gasti. 20

de iis quæ tibi commendavi? Estne nonnihil spei in te? SA. Accede ad me.  
Videro, actum vola: adesto: admone me prius hujus rei rogasti. To. Qua-  
lis est tumor in tuo collo? SA. Est abscessus, noli premere: nam statim atque  
aliquis admovit manum graviorem, excitantur dolores. To. Quando num hic tibi  
est subortus? SA. Hodierna die. To. Manda pertundi. SA. Timeo ne si ape-  
riam immaturam, afferat plus doloris. To. Velim nihili detegi hunc abscessum.  
SA. Recede, et care, si placet, a cornu. To. Quare? SA. Quia sunt hic duo  
bores in marsupio. To. Si placet, sine eos egredi, ne intereant inedia; patere eos  
proficisci ad pascua. SA. Certe timeo ne diffagiant, adeo ut nequeant revocari in  
bubile. To. Ego revocabo: esto æquo animo. SA. Credo, commadabo. Sequere  
hac, si vis! Pecunia quam u me petivisti est hic. To. Quid dicis tu? SA. He-

\*\*\*\*\*

habent constabor; al. contestabor.—9 Voc. quid deest in Pl. —10 Pl. promoto;  
Ven. 1. promoreto; al. ap. Pareum præmonito.—11 Quid hoc sic Douz.—  
12 Nam ubi quis edd. quædam vett.—13 C. odie.—15 Parei 3. ah! abi; atque;  
C. ah bi atque.—16 C. boves boni.—17 C. 2. sinere ire; B. 1. ne enicet fames in-  
ire.—18 Pl. imbibilem; Acidal. et Parei 3. in bubile. Mox, C. 2. rugientur;

#### NOTÆ

11 *Quid in collo tibi tumet?*] Videlicet veteres crumenam de collo pen-  
dente, ante pectus gerebant.

*Vomica 'st, pressure parce]* Vomica,  
est abscessus puris plenus. Hic face-  
te significat crumenam, nummis dis-  
tentam e collo Sagaristionis depen-

dentem. Parce pressare, ne pressa, ne  
preme.

18 *In bubilem rejicere]* Bubilem, pro  
bubile. Loquitur hic Sagaristio de  
pretio bonum, sicut de bobus ipsis.  
Et 'bubile' crumenam appellat ele-  
ganti joco.

To. Quid tu ais ? Sa. dominus me boves mercatum Ere-  
triam misit. [cete loquere.

Nunc mihi Eretria erit hæc tua domus. To. nimis tu fa-  
Atque ego omne argentum tibi actutum incolumē redigam :  
Nam jam omnes sycophantias instruxi et comparavi,  
Quo pacto ab lenone auferam hoc argentum. Sa. tanto  
melior. 25

To. Et mulier ut sit libera, atque ipse ultro det argentum.  
Sed sequere me : ad eam rem usus est tua mihi opera.  
Sa. utere ut vis.

*rūs me jussit Eretriam ire ad emendos boves. Tua domus mihi erit Eretria. To. Tu loqueris nimis festire ; et ego tibi reddam omnem pecuniam mox salvam : nam rem composui, et adornavi omnes machinas, quibus auferam hanc pecuniam ab lenone. Sa. Tanto melius. To. Et ut mulier manumittatur, et ut ipse suppeditet ultro pecuniam. Sed sequere me : ad eam rem perficiendam est mihi opus tuo auxilio. Sa. Uttere ut lubet.*

C. ne vi agentur.—19 Pll. reicam.—21 Pll. robis pro boves. Mox, Eretria misit B. 1. Erythiam misit al. ap. Pareum.—23 Pro actutum, Pll. habent hoc tutum.

### ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

SATURIO, VIRGO.

Sa. Quæ res bene vortat mihi et tibi et ventri meo,  
Perennitatisque adeo huic perpetuo cibo,  
Ut mihi supersit, suppetat, superstitet :  
Sequere hac, mea gnata, me, cum Diis volentibus.  
Quoi rei opera detur, scis, tenes, intellegis : 5

Sa. Quod mihi succedat feliciter, et tibi, et meo abdomini, atque adeo huic escæ jugi, et sempiternæ, ut mihi hac esca sit abunde, udsit semper, et mihi sit superstes : sequere me hac, mea filia, Diis jubentibus. Capis, animadvertis, non

1 B. 1. vortant.—2 Perhennitatisque C. 2. Perennitatis quod adeo B. 1.—3 C.

### NOTÆ

- 1 *Quæ res bene vortat*] Faustæ ap- enni ; vel, perennitati ciborum.  
precationis formula. 4 *Cum Diis volentibus*] Pro bene-  
2 *Perennitatis cibo*] Id est, cibo per- volentibus.

Communicavi tecum consilia omnia.

Ea causa ad hoc exemplum te exornavi ego.

Venibis tu hodie, virgo. **VI.** amabo, mi pater,

Quanquam libenter escis alienis studes,

Tuin' ventris causa filiam vendis tuam ?

10

**SA.** Mirum, quin regis Philippi causa, aut Attali

Té potius vendam, quam mea, quæ sis mea.

**VI.** Utrum tu pro ancilla me habes, an pro filia ?

**SA.** Utrum hercle magis in ventris rem videbitur :

Meum, opinor, imperium in te, non in me tibi 'st.

15

**VI.** Tua istæc potestas est, pater ; verumtamen,

Quanquam res nostræ sunt, pater, pauperculæ,

Modice et modeste melius est vitam vivere :

Nam si ad paupertatem admigrant infamiæ,

Gravior paupertas fit, fides sublestior.

20

**SA.** Enimvero odiosa es. **VI.** non sum, neque me esse arbitror,

Cum parva natu recte præcipio patri.

Nam inimici famam non ita, ut nata est, ferunt.

*ignoras cui rei opera detur : te feci participem omnium consiliorum. Idcirco te indui hoc modo. Tu renderis hodie, virgo. VIR. Queso, mi pater, tametsi ambis ultro mensus alienas, venundabisne tuam natam propter tuum abdomen ? SA. Mirum si non te rendam potius propter regem Philippum, aut Attalum, quam propter me, ad quem pertinet. VIR. Mene ducis servam, an natam ? SA. Ut rur esse magis utile abdomini : puto te esse in mea potestate, non me in tua. VIR. Habes imperium in me, pater, tametsi res nostræ sunt angustæ, est satius ducere vitam modicam et modestam : nam si dedecus accedit ad inopiam, inopia evadit molestior, et fides levior. SA. Profecto molesta es. VIR. Non sum, neque existimo me esse, quando juvenis moneo bene patrem. Nam hostes non dicunt, sicut acceperunt, famam talam esse qualis est. SA. Dican, et vadant in*

\*\*\*\*\*

*puppetat.—5 Vœ, opera omissum est in Gronov.—6 B. 1. consilia mea, omissa omnia.—15 C. et C. 2. imperium 'st in te.—19 Nam ad p. si adnigratur fama B. 1. Nam ad p. si admigrant C. C. 2. Parei 3.—21 Enim vero diosa es Pl.—*

#### NOTÆ

8 *Venibis*] Id est, venderis.

modice, et malum fortiter ac leviter ?

17 *Res pauperculæ*] Id est, minus copiosæ, angustaæ.

20 *Sublestior*] Id est, levior, infirmior. Vinum sublestissimum.

18 *Modice et modeste*] Laudat mediocritatem. Cicero, 'Non eos optime vixisse qui duitissime, sed qui modestissime ;' id est, modice. Varro, 'Sapiens et bonum ferre potest

23 *Nam inimici*] Id est, nam inimici non ferunt, id est, non suscipiunt, et de ea sermonem conferunt, sicut nata est, id est, sicut sese iis offert, et sicut sese habet, sed pro sui odio

SA. Ferant, eantque in maxumam malam crucem ;  
 Non ego inimicitias omnes pluris æstimo, 25  
 Quam mensa inanis nunc si apponatur mihi.  
 VI. Pater, hominum immortalis est infamia,  
 Etiam tum vivit, cum esse credas mortuam.  
 SA. Quid ? metuis ne te vendam ? VI. non metuo, pater.  
 Verum insimulari nolo. SA. at nequicquam nevis. 30  
 Meo modo istud potius fiet, quam tuo  
 Fiat : quæ hæ res sunt ? VI. cogita hoc verbum, pater :  
 Herus si minatus est malum servo suo,  
 Tamenetsi id futurum non est, ubi captum 'st flagrum,  
 Dum tunicas ponit, quanta afficitur miseria ! 35  
 Ego nunc, quod non futurum 'st, formido tamen.  
 SA. Virgo atque mulier nulla erit, quin sit mala,  
 Quæ præter sapiet, quam placet parentibus.  
 VI. Virgo atque mulier nulla erit, quin sit mala,  
 Quæ reticet, si quid fieri perverse videt. 40  
 SA. Malo cavere melius est te. VI. at si non licet  
 Cavere, quid agam ? nam ego tibi cautum volo.  
 SA. Malusne ego sum ? VI. non es : neque me dignum 'st  
     dicere :  
 Verum ei rei operam do, ne alii dicant quibus licet.

*maximam malam crucem. Ego non pluris facio cuncta odia, quam si mihi apponatur nunc mensa inanis.* VIR. *Dedecus, o pater, est sempiternum : vivit etiam tum cum arbitraris esse extinctum.* SA. *Quid ? Times ne te renundem ?* VIR. *Non timeo, pater : sed nolo accusari.* SA. *Sed incassum repugnas. Illud fiet non tuo arbitrio, sed meo.* Quid est hoc ? VIR. *Pater, reputu hoc dictum : si dominus communianus est pænam suo servo, quanquam il non est eventurum, quando accepta sunt verbera, quando detractæ sunt ei restes, quanta cruciatur calamitate !* Ego metuo nunc, quod non est eventurum ; metuo tamen. SA. *Nulla virgo et mulier non erit mala, quæ sentiet præter quam sentiet pater.* VIR. *Nulla virgo et mulier non erit mala, quæ occultaverit, quod animadverterit fieri male.* SA. *Est satius te cavere a malo.* VIR. *Sed quid faciam, si non licet cavere ? Nam ego opto tibi consultum esse.* SA. *Sumne ego nequam ?* VIR. *Non es ; neque esset par me affirmare ; sed provideo ne alii, quibus licitum est, prædicient.* SA. *Quivis gurriat*

\*\*\*\*\*

22 B. 1. *natura esse te præcipio.*—25 C. et C. 2. *pluris existumo ; et sic Parei 3.*  
—27 C. *infamia.*—32 *Fiat [lacuna] que hæ res, &c.* Pli.—39 B. 1. *nulla est.*—

#### NOTÆ

ratione.

27 *Immortalis est infamia]* Hinc Clandius Cæsar, cum euidam infa-

miæ notam ademisset, addidit, ‘Li-

tura tamen,’ inquit, ‘extat.’

31 *Meo modo]* Id est, arbitratu.

- SA. Dicat, quod quisque volt: ego de hac sententia 45  
**N**on demovebor. VI. at, meo si liceat modo,  
**S**apienter potius facias, quam stulte. SA. lubet.  
**V**I. Lubere per me tibi licere intellego:  
**V**erum lubere haud lubeat, si liceat mihi.  
**S**A. Futura es dicto obediens, an non, patri? 50  
**V**I. Futura. SA. scis nam, tibi quæ præcepi? VI. omnia.  
**S**A. Et id, ut surrepta fueris? VI. docte calleo.  
**S**A. Et qui parentes fuerint? VI. habeo in memoria.  
**N**ecessitate me, mala ut fiam, facis.  
**V**erum videto, ubi me voles nuptum dare, 55  
**N**e hæc fama faciat repudiosas nuptias.  
**S**A. Tace, stulta: non tu nunc-hominum mores vides?  
**Q**uojusmodi hic cum fama facile nubitur.  
**D**um dos sit, nullum vitium vitio vortitur.  
**V**I. Ergo istuc facito, ut veniat in mentem tibi, 60  
**M**e esse indotatum. SA. cavesis tu istuc dixeris.  
**P**ol Deum virtute dicam, et majorum meum,  
**N**e te indotatum dicas, quoi dos sit domi.

*quod libeat: ego non deducar ab hac mente. VIR. Sed, si liceat te monere mea ratione, age potius quod sapientis est, quam quod fatui. SA. Lubet. VIR. Scio tibi per me licere quicquid volueris: verum si sit in mea manu, nolim te velle. SA. Obtemperabuse patri, an non? VIR. Obtemperabo. SA. Tenesne quænam tibi mandavi? VIR. Universa. SA. Tenesne et id, quemadmodum fueris furto ablata? VIR. Probe teneo. SA. Et qui fuerint parentes? VIR. Recordor. Me cogis esse malum. Sed cogita, ubi tibi proposueris me collocare in matrimonium, ne hæc fama reddat meas nuptias obnoxias repudio. SA. Sile, insana. Tu non animadvertis mores hominum nostri temporis? Quia cum fama mulieres nubunt facile. Dummodo dos suppetat, nullum crimen tertitur criminii. VIR. Fas igitur ut recorderis me esse sine dote. SA. Vide, si vis, ne dixeris istud. Efficiam virtute Deum, et majorum meorum, ne te dicas esse sine dote, utpote cui sit dos*

44 *Virum ei rei operam donec alii B. 1.—47 B. 1. faciam.—49 Verum l. hau liceat, si jubeat C. Verum l. hau liceat, si lubeat C. 2. Parei 3.—51 C. præcipi.—51 Pronomen me deest in B. 1.—55 B. 1. videto me ubi voles.—58 C. et C. 2.*

## NOTÆ

57 *Nunc-hominum*] ‘Nunc-homines,’ uno verbo, sunt qui nunc vivunt. Virgilius, ‘Ante-mala,’ id est, præterita mala. Tibullus, ‘Ante-comæ,’ id est, comæ in frontem deluentes. Catullus, ‘Olim-furores,’ ‘semper-lenitas,’ ‘semper-De-

us,’ ‘semper-pauper,’ ‘semper-leges.’

58 *Quojusmodi*] Id est, enjusquemodi, enjusvisu modi.

59 *Dum dos*] Juvenalis: ‘Protinus ad censum: de moribus ultima fiat Quæstio.’

Librorum eccillum habeo plenum soracum.  
 Si hoc accurassis lepide, quo rei operam damus, 65  
 Dabuntur dotis tibi inde sexcenti logi,  
 Atque Attici omnes, nullum Siculum acceperis:  
 Cum hac dote poteris vel mendico nubere.  
**Vl.** Quin tu me ducis, si quo ducturus, pater,  
 Vel tu me vende, vel face quod tibi lubet. 70  
**SA.** Bonum æquumque oras: sequere hac. **VI.** dicto sum  
 audiens.

*domi. Ecce habeo vchicum plenum libris. Si accurate obiveris id quod contenus a te, numerabuntur hinc sexenta dicta in dotem, atque omnia Attica, nulla habebis Sicula: cum hac dote queas nubere vel mendico. Vir. Quare tu non me ducis, pater, si es ducturus aliquo? vel tu vende me, vel fac quod tibi lubet. SA. Postulas bonum æquumque: sequere hac. Vir. Obtempero tuis dictis.*

-----  
*cum mala fama.—66 C. C. 2. Parei 3. sescenti.—69 Quid tu C. et C. 2.—70 B. 1. ut face quid.*

#### NOTÆ

64 *Soracum*] Festus: ‘Soracum, ‘dialogus,’ ‘catalogus,’ ‘epilogus,’ vel sorracum, genus vehiculi, quo ornamenta portantur scenicorum.’

66 *Sexenti logi*] Dos parasitica; pro sexcentis nummis. *Logi* hic sunt parasitici joci, inanes et futilis, movendoque tantum risui idonei. Interdum *logi* accipiuntur Latine, ut Græce, pro sermone, seu serio, seu ludicro: hinc ‘elogium,’

68 *Vel mendico*] Cum risu dictum: postquam enim enumeravit dotem amplissimam, quam pollicetur suæ filiae, expectabant ut diceret, cum ista dote, ‘nubere posse vel ditissimo;’ sed dicit, ‘nubere posse vel mendico.’

## ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

### DORDALUS.

**QUIDNAM** esse acturum hunc dicam vicinum meum,  
 Qui mihi juratus est sese hodie argentum dare?  
 Quod si non dederit, atque hic dies præterierit,

Do. *Quid facturus est mens vicinus Toxilus, qui mihi juravit hodie se mihi numeraturum pecuniam? Si non numeraverit, et hic dies elapsus fuerit,*

-----  
 1 *Quidnam esse facturum* B. 1.—3 *Pro hic dies, quod servant* C. C. 2.

#### NOTÆ

1 *Quidnam esse acturum*] Id est, meo vicino, qui mihi juravit, &c. quid acturus est. Seu quid dicam de

Ego argentum, ille jusjurandum amiserit.

Sed ibi concrepuit foris: quisnam egreditur foras? 5

*ego perdam pecuniam, ille jusjurandum. Sed ecce crepuit janua. Quis prodit foras?*

---

B. 1. et Ven. 1. al. ap. Pareum habent *hæc dies*.—5 Pro *foras*, Pl. exhibent *fores*.

#### NOTÆ

4 *Jusjurandum*] Apuleius *jusjurandum* dici putat, quasi ‘*Jovis jurandum*’.

---

### ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

TOXILUS, DORDALUS.

To. CURATE istuc intus: jam ego domum me recipiam.

Do. Toxile, quid agitur? To. echo! lutum lenonium,  
Commictum cœnum, sterquilinium publicum:

Impure, inhoneste, injure, illex, labes populi,  
Pecuniæ accipiter, avide atque invide,  
Procax, rapax, trahax! trecentis versibus  
Tuas impuritias traloqui nemo potest.

Accipin' argentum? accipe sis argentum, impudens,  
Tene sis argentum: etiam tu argentum tenes?

Possum te facere, ut argentum accipias, lutum? 10

To. Curam gerite harum rerum in ædibus: jamjam ego revertar huc. Do.  
Toxile, quid moliris? To. Echo tu! cœnum lenonium; lutum lotio maceratum;  
sentina recipublicæ; sordide, utienissime ab omni honore, æquitate, lege; ruina  
recipublicæ, vultur diritiarum, inexplicibili cupiditate et inridia, procacitate, rapaci-  
tate, voracitate! nullus valet explicare tuas sordes trecentis versibus. Assumesne  
pecuniam? Assume, effrons, habe, si vis, pecuniam. Tunc pecuniam habes? Pos-  
sum a te impetrare, o cœnum, ut assumas pecuniam? Qui noluisti mihi credere

---

2 *Ob Toxile C. O Toxile C. 2.—3 Commixtum Pl. Commixtum sterquilini-  
num B. 1. Commixtum noster cilium C. 2. stercilium Pl.*—4 Non. *injurie.*  
*B. 1. illex. C. 2. in labe populi; Parei 3. labes populi.*—5 *Pecuniarum al. ap.*

#### NOTÆ

3 *Commictum cœnum*] Jactum id in ‘injurias’: Non ins legit *injurie*.  
contemptum lenonis. Nihil enim tur- 7 *Traloqui*] Ab initio ad finem di-  
pius et fœtidius singi potest, quam cere aliiquid. Sic ‘tralegere,’ ‘tran-  
latum, quod permixerint animalia. sciudere,’ ‘transvolare.’

4 *Impure [injure]*] Ab ‘injurus,’ seu

Qui nisi jurato mihi nihil ausus credere.  
 Do. Sine respirare me, tibi ut respondeam.  
 Vir summe populi, stabulum servitricium,  
 Scortorum liberator, subiculum flagri,  
 Compedium tritor, pistrinorum civitas, 15  
 Perenniserve, lurco, edax, furax, fugax,  
 Cedo sis mihi argentum : da mihi argentum, impudens :  
 Possum a te exigere argentum : argentum, inquam, cedo.  
 Quin tu mihi argentum reddis ? nihilne te pudet ?  
 Leno te argentum poscit, solida servitus, 20  
 Pro liberanda amica, ut omnes audiant.  
 To. Tace obsecro hercle : næ tua vox valide valet !  
 Do. Referundæ ego habeo lingnam natam gratiæ.  
 Eodem mihi pretio sal præhibetur, quo tibi.  
 Nisi mē hæc defendet, nunquam delinget salem. 25

*quicquam, nisi interposito jurejurando.* Do. Patere ut accipiam spiritum, ut tibi reponum, ultime ex plebe, stabulum servitute tritum, liberator meretricum, perpetuo subiecte flagro, detritor compedium, colonus pistrinorum, serre perpetue, helluo vorax, furandi, fugiendi cupide : da mihi, si vis, pecuniam : da mihi pecuniam, effrons : possum accipere a te pecuniam ? Da, inquam, pecuniam. Quare tu mihi non restitus pecuniam ? Non te pudet ? Leno a te flagitat pecuniam, o serre sempiterne, ad donandam libertate amicam, ut nemo non audiat. To. Sile, quæso : prefecto tua vox est validissima ! Do. Est mihi lingua idonea ad agendas gratias. Sal mihi venditur tanti, quanti tibi. Nisi lingua me tueatur, nunquam allambet

\*\*\*\*\*

Pareum.—12 *Sene respirare* Pll. *me deest* in B. 1.—13 *Vir s. popli* C. et Pa-rei 3. *servitutium* Col.—15 *Compendium* C. 2. *Pro tritor*, quod servant C. C. 2. et B. 1. al. ap. Pareum habent *contritor*. Mox, *pristinorum* C.—16 *Per-ennis serve* *lurche* B. 1. *lurchedax* C. et C. 2.—17. 18 *Cedosis mihi argentum inquam cedo* B. 1. omissis intermediiis.—21 Al. *audiunt*.—22 Pll. *ne tua*.—24 C. *sal* [lacuna] *prehibetur*; al. *perhibetur*.—25 B. 1. C. 2. *delinquet salem*.—

#### NOTÆ

13 *Stabulum servitricium*] Id est, stabulum in quo est omne genus tricarum servilium.

14 *Subiculum flagri*] Assidue subiecte flagro.

16 *Perenniserve*] ‘Perenniservus,’ ut ‘perennivivax,’ ‘perennisanctum,’ ‘perenicremum;’ id est, qui perpetuo servit, vivit, sanctus est, crematur.

*Lurco*] Festus: ‘Lura, os culci, vel

etiam utris. Unde Lurcones capaces gulæ homines, et bonorum suorum consumitores.’ Unde ‘lora,’ pro ipso utre. Nonius, ‘Lurcare est cum aviditate cibum sumere.’ Lucilius: ‘Vivite lurcones, comedones, vivite ventres.’

24 *Sal præhibetur*] Syneccdoche pro victu toto. Sal enim condimentum mensæ tenuioris.

- To. Jam omitto iratus esse : id tibi succensui,  
Quia te negabas credere argentum mihi.  
Do. Mirum, quin tibi ego crederem, ut idem mihi  
Faceres, quod partim faciunt argentarii :  
Ubi quid credideris, citius extemplo a foro                   30  
Fugiunt, quam ex porta ludis cum emissu'st lepus.  
To. Cape hoc sis. Do. quin das? To. nummi sexcenti  
    hic erunt  
Probi, numerati : fac sit mulier libera,  
Atque huc continuo adduce. Do. jam faxo hic erit.  
Non hercle, cui nunc hoc dem spectandum, scio.               35  
To. Fortasse metuis in manum concredere.  
Do. Mirum : quin citius jam a foro argentarii  
Abeunt, quam in cursu rotula circumvortitur.  
To. Abi istac avorsis angiportis ad forum,  
Eadem istæc facito mulier ad me transeat                   40  
Per hortum. Do. jam hic faxo aderit. To. at ne propalam.

*sal.* To. Nunc finem facio irascendi : *idcirco* tibi iratus sum, quia nolebas mihi  
credere pecuniam. Do. Mirum, si ego non tibi crederem, ut ageres mecum sicut  
egerunt nonnulli trapezite. Statim atque tu eis credideris uliquid, fugiunt statim  
celerius quam cum lepus dimittitur ex ostio caveæ in ludis. To. Accipe hoc, si  
vis. Do. Da. To. Sunt hic sexcenti nummi boni in hac crumena numerati:  
cura Lemnesele libetur, et adduc hic quamprimum. Do. Curabo ut sit hic  
statim. Nescio cui tradum spectandum hanc pecuniam. To. Forsitan times mili  
hanc committere. Do. Mirum : quia danistæ cedunt foro citius quam rota gyra-  
tur in cursu. To. Proficiscere hac ad forum aviis angiportis; cura ut Lemnise-  
lene ad me veniat per hortum. Do. Dabo operam ut adsit jam hic. To. Sed ne

\*\*\*\*\*

- 26 *Pli. suscensui.*—28 *Parei* 3. *ut ipse idem, contra codd.*—30 *C. cicius.*—  
32 *Scaphe* *hoc C.* *Sape* *hoc C. 2.*—33 *Probi* *deest in C. 2.* *Brobi* *legitur in C.*  
*neumerati* *C.*—34 *Idem codex, continuo adluge.*—35 *Non ercle C.*—36. 37 *B. 1.*  
*C. 2.* *Fortasse metuis jam a foro,* *omissis intermediis.*—38 *C. circumvortetur.*—  
39 *Abiis tracta vorsis C. 2.* *Abis tucta vorsis C. et a m. sec. Abiis;* *al. ap. Pa-*  
*reum travorsis.*—41 *Pcr ortum C.*

#### NOTÆ

- 30 *A foro fugiunt]* Foro cedunt.  
'Foro cedere' dicebantur argentarii  
cum tabernis, id est, mensis suis ce-  
dentes, quæ in foro Romano erant po-  
sitæ, alio habitatum migrabant : faire  
banqueroute.

31 *Ex porta]* In caveis, sive circo,

erant portæ, quas 'ostia' appellat  
Varro, ad bestias emittendas.

35 *Dem spectandum]* Erant Romæ  
spectatores pecunia, seu probatores,  
qui videbant probane esset, an im-  
proba.

**Do.** Sapienter sane. **To.** supplicatum cras eat.

**Do.** Ita hercle vero. **To.** dum stas, redditum oportuit.

*transeat palam. Do. Prudenter profecto. To. Pergat crastina die supplicatum Diis. Do. Ibit sine dubio. To. Ex quo moraris, deberes rediisse.*

#### NOTÆ

42 *Supplicatum cras eat*] Non hoc datum Diis irent, quasi libertatis suæ die. Mos erat antiquitus ut manus auctoribus missi, seu servi, seu ancillæ, suppli-

### ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

#### TOXILUS.

Si quam rem accures sobrie an frugaliter,

Solet illa recte sub manus succedere.

Atque edepol, ferme ut quisque rem accurat suam,  
Sic ei procedunt postprincipia denique.

Si malus aut nequam 'st, male res vortunt, quas agit: 5

Sin autem frugi 'st, eveniunt frugaliter.

Hanc ego rem exorsus sum facete et callide:

Igitur proventuram bene confido mihi.

Nunc ego lenonem ita hodie intricatum dabo,

To. *Si tractes aliquid prudenter et sapienter, id consuerit fluere ex animi sententia. Et quidem pro ratione, qua quilibet orditur sua negotia, quæcumque tanquam consequuntur, ei sere succedunt feliciter. Si est homo improbus aut iniucus, negotia quæ suscipit non recte cedunt: sin autem est bonus, fluant bene. Ego suscepit hoc festive et astute; itaque spero mihi cessurum bene. Nunc ego ita irretiam leno-*

1 B. 1. *aut frugaliter*.—2 C. et C. 2. *recte summaus*; Parei 3. *recte sub manus*.—3 C. et C. 2. *firme*.—4 *Principio sic ei procedit post denique Acidal. ei procedit post principio Pl. ei procedat post principio B. 1.*—8 B. 1. *proventura*.—

#### NOTÆ

1 *Sobrie an frugaliter*] *Frugaliter* hic est a 'frugi;' itaque significat bene.

2 *Sub manus succedere*] *Sub manus* idem est, atque ad arbitrium, quia quæ *sub manus* sunt ad arbitrium tractamus.

4 *Postprincipia*] Castrense proverbium est, 'A postprincipiis incipere: in postprincipiis stare: in post-

principiis esse.' Varro apud A. Gelium: 'Sed hæc de mathematicis disciplinis loquitur: aut omnino non discimus, aut prius desistimus quam intelligamus cur discenda sint. Voluptas autem, vel utilitas talium disciplinarum in postprincipiis existit; cum perfectæ absolutæque sunt: in principiis vero, ipsis ineptæ et insuaves videntur.'

Ut ipsus sese, qua se expediat, nesciat. 10  
 Sagaristio, heus! exi, atque educe virginem,  
 Et istas tabellas, quas consignavi tibi,  
 Quas tu attulisti ab hero meo usque e Persia.

*nem, ut ignoret qua evulat. Sagaristio, heus! prodi, atque adduc virginem, et affer illas literas, quas obsignavi, quas tu apportasti a meo hero usque a Perside.*

---

9 C. *hodie*.—13 B. 1. *michi ab hero meo.*

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

SAGARISTIO, TOXILUS.

SA. NUMQUID moror? To. euge! euge! exornatus basilice!

Tiara ornatum lepide condecorat tuum.  
 Tum hanc hospitam autem crepidula ut graphice decet!  
 Sed satin' estis meditati? SA. tragicci et comici  
 Nunquam æque sunt meditati. To. lepide hercle adjuvas.

*SA. Retardone tua consilia? To. Euge! euge! es induitus in regium modum! Pileus ille Persicus decorem affert scilicet tuis vestibus. Hic vera calceus angustus, quam est aptus pedi hujus hospitæ! Sed estisne satis parati ad sustinendam vestram personam? SA. Tragicci et comici nunquam fuerunt perinde parati. To. Profecto mihi adjumento es tempestive. SA. Age, absiste longe ab*

---

1. 2 Klock. exornatus basilice Tiara! theatrum lepida condecoras schema; PII. basillice; al. ap. Pareum, Tiara tuum lepida lepide decorat schema; al. ibid. Tiara ut lepidum lepide condecorat schema; B. 1. condecoratum tuum.—4 Al. atque

### NOTÆ

1 *Numquid moror?*] Dicit hoc Sagaristio ad commendandam suam diligentiam in ornandis et se, et Saturionis parasiti filia, vestibus Persicis.

2 *Tiara ornatum*] Pileus Persicus, sine ulla oræ latitudine, qui in columnum assurget.

3 *Graphice decet*] Quasi pietà; γράφω evim et scribo et pingō: un soulier à peindre.

4 *Estis meditati?*] Id est, meditatum

animo tenetis fallaciam.

Tragicci et comici] Antequam enim tragicci et comici veniant in scenam, et suas partes obeant, debent habere meditatas, ne aut extra numeros se moveant, aut titubet memoria. Tum demum enim merentur applausum histriones, quando illis adeo meditata sunt omnia, ut non ab arte, sed a natura ipsa fluere videantur.

SA. Age, illuc abscede procul e conspectu, et tace. 6  
 Ubi cum lenone me videbis colloqui,  
 Id erit adeundi tempus : nunc agite, ite vos.

*oculis, et sile. Quando me conspicuberis confabulantem cum lenone, id erit tempus accedendi : nunc agite, pergite vos.*

*comici.—6 B. 1. aspice de procul in conspectu tace ; Pl. aspice de procul in conspectum [lacuna] tace.—8 C. et C. 2. nunc agerite vos.*

## ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

DORDALUS, TOXILUS.

Do. Cuī homini Di propitii sunt, aliquid objiciunt lucri.  
 Nam ego hodie comprehendis binos panes indies,  
 Ita ancilla mea quæ fuit hodie, sua nunc est: argento vicit:  
 Jam hodie alienum cœnabit, nihil gustabit de meo.  
 Sumne probus? sum lepidus civis, qui Atticam hodie ci-  
 vitatem 5  
 Maxumam majorem feci, atque auxi civi foemina.  
 Sed ut et ego hodie fui benignus! ut ego multis credidi!  
 Nec satis a quiquam homine accepi: ita prorsum crede-  
 bam omnibus. [rassit.  
 Nec metuo quibus credidi hodie, ne quis mihi in jure abju-

Do. Dū commodant semper aliquem quastum ei homini cui farent. Nam ego lucratus sum hodie duos panes in dies singulos, quia ancilla, quam habui ad hunc usque diem, est nunc libera: consecuta est id sua pecunia: comedet hodie alium cibum; nihil attinet ex meo. Sumne frugi? Sum bonus civis, qui reddidi hodie Athenas de maximis majoribus, et ei addidi unam civem. Sed quam ego fui hodierna die liberalis! ut ego credidi pecuniam compluribus! Nec sponsorem accepi a quoquam homine: adeo confidi universis. Neque ego pertimesco, ne quis

1 C. homini depropitiū.—2 B. 1. C. 2. feci non panes.—3 Al. hodie fuit.—  
 7 Sed ut ego B. 1.—8 C. 2. quoquam. C. accepi. Pl. itu prosum; et sic Parei

## NOTÆ

7 *Benignus*] Id est, liberalis.

8 *Nec satis a quiquam homine acce-*

*pi]* A quiquam, pro, a quoquam. ‘Sa-

ejus fide nixus creditor pecuniam credit.

9 *In jure abjurassit*] Id est, apud prætorem perjurio negarit.

Bonus volo jam ex hoc die esse : quod neque fiet, neque  
fuit. 10

To. Hunc ego hominem hodie in transennam doctis ducam  
dolis,

Itaque huic insidiæ paratae sunt probe : aggrediar virum.

Quid agis? Do. credo To. unde agis te, Dordale? Do.  
credo tibi. [rem ?

To. Di dent, quæ velis : echo, an jam manu emisisti mulie-  
Do. Credo pol, credo, inquam, tibi. To. jam liberta auc-  
tus es? Do. enicas. 15

Quin tibi me dico credere. To. dic bona fide : jam libera  
est? [re mihi non vis :

Do. I, i ad forum, ad prætorem, exquire; siquidem crede-  
Libera, inquam, est : ecquid audis? To. at tibi Di bene-  
faciant omnes.

Nunquam enim posthac tibi, nec tuorum, quod nolis, volam.

Do. Abi, ne jura: satis credo. To. ubi nunc tua liberta 'st?  
Do. apud te. To. ain', 20

Apud me est? Do. aio, inquam : apud te est, inquam.  
To. ita me Di ament, ut ob istam rem

*eorum, quibus credidi pecuniam hodie, deneget debitum apud judicem. Jam ex  
hoc die mihi propono esse beneficus ; quod nec faciam, nec feci. To. Ego alliciam  
hodie hunc hominem in laqueum meditatis astutii. Itaque insidiæ huic sunt optime  
structæ. Adoriar rirum. Quid facis? Do. Credo pecuniam. To. Unde venis,  
Dordale? Do. Tibi credo pecuniam. To. Dii annuant optatis. Echo, an jam  
manumisisti mulierem? Do. Tibi credo pecuniam, per Pollucem ; tibi credo,  
inquam. To. Nunc habes libertam? Do. Me interficis. Quin aio me tibi cre-  
dere. To. Fare serio : jamne est libera? Do. Perge, perge ad forum, ad præ-  
torem, exquire ; nisi vis mihi fidem habere : est libera, inquam : audisne? To.  
Sed omnes Dii tibi benefaciant ; equidem nunquam optabo deinceps, aut tibi, aut  
cuiquam tuorum, quod non optaceris. Do. Vade, ne jura: tibi confido satis. To.  
Ubi est nunc tua liberta? Do. Apud te. To. Dicisne vero eam esse apud me?  
Do. Dico ; euimvero, est apud te, inquam. To. Ita me Dii ament, idcirco multæ*

3.—9 Nec metue al. ap. Pareum.—11 C. in transennam ; C. 2. in trasennam.—  
13 Parei 3. unde agis te nunc. Mox, tibi deest in B. 1.—14 Di tibi dent B. 1.  
—15 Credo edepol B. 1. C. et Ven. 1. Credo epol C. 2.—20 C. et C. 2. libertas.

#### NOTÆ

11 *Transennam*] Est sive extensus moris erat, ut manumissorum, seu  
funis, sive laqueus, in quem inserunt servorum, seu ancillarum nomina, in  
capit aves et capiuntur. Nostri au- acta publica referrentur, manumis-  
cupes vocant une sauterelle. sionisque causa.

17 *Ad prætorem*] Apud antiquos

Delph. et Var. Clas.

Plaut.

Tibi multa bona instant a me: nam est res quædam, quam  
occultabam [facias:

Tibi dicere: nunc eam narrabo, unde tu prægrande lucrum  
Faciam, ut mei memineris, dum vitam vivas. Do. benedictis

Tuis benefacta aures meæ auxilium expostulant. 25

To. Tuum promeritum 'st, merito ut faciam: et ut me scias  
esse facturum,

Tabellas tene has, pellege. Do. hæ quid ad me? To. im-  
mo ad te attinent,

Et tua refert: nam e Persia ad me allatæ modo sunt istæ  
a meo domino.

Do. Quando? To. haud dudum. Do. quid istæc narrant?

To. percunctare ex ipsis,

Ipsæ tibi narrabunt. Do. cedo sane mihi. To. at clare  
recitato. 30

Do. Tace, dum pellego, To. haud verbum faciam.

Do. ' Salutem dicit Toxilo Timarchides,

Et familie omni: si valetis, gaudeo.

Ego valeo recte, et rem gero, et facio lucrum:

Neque isto redire his octo possum mensibus: 35

Itaque hic est, quod me detinet, negotium.

Eleusipolim Persæ cepere urbem in Arabia,

*opes tibi jamjam præbebuntur a me: nam est non nihil, quod repugnabam tibi  
aperire: nunc id patefaciam ex quo tu cupius maximum questum: dabo operam,  
ut recordaris mei tamdiu, quandiu rices. Do. Meæ aures expectant ut benefacta  
succurrant benedictis. To. Es meritus ut tibi faciam bene merito: atque ut in-  
telligas me facturum, accipe has literas; pellege. Do. Quid hæ spectant ad me?  
To. Immo pertinent ad te, et tua interest. Nam ad me allatae sunt modo Persia  
a meo hero. Do. Quando? To. Non ita pridem. Do. Quid dicunt hæ? To.  
Scisciture ab ipsis; ipsæ tibi referent. Do. Da mihi. To. Sed lege alta voce.  
Do. Sile, dum pellego. To. Non addam verbum. Do. ' Trimarchides salutat  
Toxilum, et universam familie: si valetis, lator. Ego bene valeo, et bene ad-  
ministro meas res, et facio quæstrum: et nequeo repetere patriam intra octo menses:  
tanta sunt hæ negotia, quæ me prohibent. Persæ expugnaverunt in Arabia Eleu-*

-----

—23 Pl. unde tu prægrande; Non. Marcelli. præ grandem.—24 C. 2. et Parei  
3. dum vitu vivas.—27 Pl. pellige.—29 Pl. quid istæ.—31 C. et C. 2. dum pel-  
lico.—35 Neque istoc B. 1. reddere Pl. his osti C.—37 Deusipolim B. 1.—

#### NOTÆ

24 Benedictis] Id est, benedictis benefacta respondeant.

**Plenam bonarum rerum, atque antiquum oppidum :**

**Ea comparatur præda, ut fiat auctio**

**Publicitus : ea res me domo expertem facit :** 40

**Operam atque hospitium ego isti præhiberi volo,**

**Qui tibi tabellas affert : cura, quæ is volet :**

**Nam is mihi honores suæ domi habuit maximos.**'

**Quid id ad me, aut ad meam rem refert, Persæ quid rerum gerant,**

**Aut quid herus tuus ? To. tace, stultiloque : nescis quid instet boni.** 45

**Nequicquam tibi fortuna faculam lucrificam allucere volt.**

**Do. Quæ istæc fortuna lucrifica est ? To. istas, quæ norunt, roga.**

**Ego tantundem scio, quantum tu, nisi quod pellegi prior.**

**Sed, ut occepisti, ex tabellis nosce rem. Do. bene memones.**

**Fac silentium. To. nunc ad illud venies, quod refert tua.**

**Do. 'Iste, qui tabellas affert, adduxit simul** 51

**Forma expetenda liberalem mulierem,**

**Furtivam, advectam ex Arabia penitissuma :**

**Eam te volo accurare, ut istic veneat,**

*sipolin urbem, refertam diritiis, et antiquam urbem : sese accingunt ad auctionem publicam hujus prædæ. Id me privat patria. Jubeo adjuvare et accipere hospitio istum hominem, qui tibi reddit epistolam. Fuc ea quæ illi libuerit : nam ille affectit me summis honoribus apud se.' Quid ad me attinet, aut ad meas res, quid faciant Persæ, aut quid tuus herus ? To. Sile, stultiloque : ignoras quid boni jamjam ostendatur. Incassum fortuna optat tibi illucescere face ad quæstum faciendum. Do. Quæ est ista fortuna, quæ quæstum præbet ? To. Interroga istas tabellas de iis quæ sciunt. Ego non amplius scio, quam tu, nisi quod eas pellegi prior. Sed tu cognosce rem, ut cœpisti, ex epistola. Do. Me mones bene ; sile. To. Nunc perrenies ad id, quod tua interest. Do. 'Iste qui reddit epistolam, abducit secum mulierem liberam formosan furto ablatam ex Arabia ultima ; rolo te operam dare, ut ea vendatur Athenis, ac ut is qui eam emet, eam emat suo*

-----

39 C. præ ut fiat.—40 Pollicitus B. 1.—41 Parei 3. præhiberi.—45 C. quid te instet.—46 Nequicquam PII. faculam lucrificam B. 1. C. 2. Ven. 1. faculam lucrificam C. allicere volt C. 2.—47 Parei 3. lucri ficia est.—50 C. et C. 2. ad illud

#### NOTÆ

46 *Faeniam lucrificam*] Allegoria syntaxis heteroclitæ, pro 'lucet fac pro lucri faciendi occasionem, et cula lucrifica.'

facultatem præbere fortuna lucet : 52 *Liberalem mulierem*] Festus, 'Liberales dicuntur, non solum benigni,

Ac suo periculo is emat, qui eam mercabitur : 55  
 Mancipio neque promittet, neque quisquam dabit.  
 Probum et numeratum argentum ut accipiat, face.  
 Hæc cura, et hospes cura ut curetur. Vale.'  
 To. Quid igitur, postquam recitasti quod erat ceræ creditum,  
 Jam mihi credis ? Do. ubi nunc ille 'st hospes, qui hasce attulit ? 60  
 To. Jam hic credo aderit : arcessit illam a navi. Do. nihil mihi opus est [foras ?  
 Litibus, neque tricis : quamobrem ego argentum numerem Nisi mancipio accipio, quid eo mihi opus mercimonio ?  
 To. Tacen', an non taces ? nunquam ego te tam esse matulam credidi.  
 Quid metuis ? Do. metuo hercle vero : sensi ego jam compluries : 65  
 Neque mihi haud imperito eveniet, tali ut in luto hæream.  
 To. Nihil periculi videtur. Do. scio istuc, sed metuo mihi.

*periculo : neque quisquam promittet mancipio, neque dabit. Cura ut ei detur proba et præsens pecunia. Curam gere horum, et operam da, ut habeatur cura hospitis. Vale.'* To. Quid igitur, postquam legisti quod erat commissum ceræ, jam mihi fidem habes ? Do. Ubi est nuuc ille hospes, qui attulit hasce literas ? To. Puto eum jamjan affuturum hic : addacit illum mulierem a navi. Do. Non est mihi opus litibus, neque negotiis, que me intrident. Quare autem ego mittam longe meam pecuniam ? Quid indigeo illa merce, nisi eam accipio mancipio ? To. Silebisne ? Nunquam ego arbitratus sum te esse tam stolidum. Quid times ? Do. Timeo per Herculem : ego jam captus sum saepius : neque mihi continget id iuexperto, ut hæsitem in ejusmodi luto. To. Videtur nullum esse periculum. Do.

\*\*\*\*\*

ventes.—53 C. 2. B. 1. *adductam* ; C. *adrectam*.—60 C. *qui asce*.—61 C. et C. 2. *arcessivit* ; et sic Parei 3.—62 Pll. *trichis*. Mox, *ego deest* in C.—65 C. et C. 2. *compluriens* ; et sic Parei 3.—66 Pll. *tali ut in ludo*.—67 *Nihil pericli* C.

#### NOTÆ

sed etiam ingenuæ formæ homines.' Apuleius, 'Virgo filo liberalis.'

55 *Ac suo periculo*] Interdum spondebatur venditor, quod fugitivum non venderet; et qui emebat, interdum periculo suo emebat. Porro servi, quorum nomine venditor nihil præstaret, pileati venum soliti erant,

quia non satis constabat de eorum conditione.

56 *Mancipio promittet*] 'Mancipio dare,' est, præstare emtorem immunitum ab evictione ejus quod vendit.

64 *Matulam*] Id est, vilem.

66 *Tali in luto hæream*] In tali difficultate.

To. Mea quidem istuc nihil refert; tua ego refero gratia;  
Ut tibi recte conciliandi primo facerem copiam.

Do. Gratiam habeo: sed te de aliis, quam alios de te  
suavius' st

70

Fieri doctos. To. ne quis vero ex Barbaria penitissima  
Persequatur: etiam tu illam destinas? Do. videam modo  
Mercimonium. To. æqua dicis: sed optume eccum ipse  
advenit

Hospes ille, qui has tabellas attulit. Do. hiccine est?  
To. hic est.

Do. Hæccine illa 'st furtiva virgo? To. juxta tecum  
æque scio,

75

Nisi quia aspexi: equidem edepol liberali'st, quisquis est.

Do. Sat edepol concinna est facie. To. ut contemtim  
carnufex!

[tuum.]

Taciti contempleremur formam. Do. laudo consilium

*Intelligo istud, sed timeo mihi.* To. *Istud quidem non mea interest: ego nuntio  
id ut gratum faciam; ut mea ope possis primus eam emere.* Do. *Gratissimum  
michi fecisti; sed est jucundius te fieri sapientem periculo aliorum, quam alios  
fieri sapientes tuo.* To. *Ne quis vero eam consequatur ex penitissima Barbaria.  
Tu eam non mercaberis?* Do. *Conspicabor modo illam mercem.* To. *Recte  
dicas; sed ecce ille hospes, qui redditit has tabulas; ipse adrenit commode.* Do.  
*Hiccine est?* To. *Est hic.* Do. *Estne illa virgo, que farto ablata est?* To. *Scio  
perinde atque tu, nisi quia vidi. Per aedem Pollucis est liberali facie, quacumque  
tandem est.* Do. *Per aedem Pollucis est satis scito rulta.* To. *Ut hic furefer  
eam laudat contemtim! Contempleremur pulchritudinem taciti.* Do. *Probatur  
michi tuum consilium.*

\*\*\*\*\*

C. 2. Parei 3.—70 B. 1. suavius est.—71 Parei 3. ex Arabia.—73 Pl. ipse  
addunt [lacuna] Hospes, &c. Parei 3. ipse advenit et adducit eum Hospes, &c.  
C. ipse adunt.—75 C. scio eque.—76 Nisi q. aspexi B. 1. liberalis 'st. C. 2.  
quisque est edd. vett.

## ACTUS QUARTI SCENA QUARTA.

SAGARISTIO, VIRGO, TOXILUS, DORDALUS.

SA. SATIN' Athenæ tibi visæ fortunatæ atque opiparæ?

VI. Urbis speciem vidi, hominum mores prospexi parum.

SA. Athenæ tibine videntur satis felices, atque magnificæ? VIR. Conspicata  
sum pulchritudinem civitatis; non bene novi mores civium. To. Nonne in initio

To. Numquid in principio cessavit verbum docte dicere ?

Do. Haud potui etiam in primo verbo perspicere sapien  
tiam.

SA. Quid id, quod vidisti? ut munitum muro tibi visum  
'st oppidum? 5

VI. Si incolæ bene sunt morati, pulchre munitum arbitror.  
Perfidia et Peculatus ex urbe et Avaritia si exulant,  
Quarta Invidia, quinta Ambitio, sexta Obtrectatio,  
Septimum Perjurium. To. euge! VI. octava Indili-  
gentia,

Nona Injuria, decimum, quod pessumum aggressu, Sce-  
lus : 10

Hæc nisi inde aberunt, centuplex murus rebus servandis  
parum est. [sodalibus :

To. Quid ais tu? Do. quid vis? To. tu in illis es decem  
Te in exilium ire hinc oportet. Do. quid jam? To. quia  
perjurus es.

Do. Verba quideni haud indocte fecit. To. ex tuo, in-  
quam, usu est: eme hanc.

Do. Edepol qui cum hanc magis contemplo, magis placet.  
To. si hanc emeris, 15

Di immortales, nullus leno te alter erit opulentior.

*protulit statim sapiens dictum?* Do. Nequeo etiam satis admirari ejus sapientiam  
in primo verbo. SA. Quid est quod observasti? quomodo urbs tibi visa est septa  
manibus? VIR. Existimo eam satis vallatam, si cires sunt bonis maribus; si  
Fraus; si Furta publicæ Pecuniae; si Cupiditas Divitiarum absit; si quarta, Invi-  
dia; quinta, Ambitio; sexta, Maledicentia; septimum, Perjurium. To. Optime!  
VIR. Octava, Negligentia; nona, Iniquitas; decimum, Scelus, quod est difficilli-  
mum expugnatum. Nisi hæc excludantur ex civitate, centum muri sunt parum rei-  
publicæ tuendæ. To. Quid dicas tu? Do. Quid vis? To. Tu habes locum in  
illis vitiis; tibi abeundum est in exibum. Do. Quare? To. Quia es perjurus.  
Do. Sanes sermonem habuit non ineruditum. To. Tibi erit, inquam, utilis: merca-  
re illam. Do. Prefecto, quo attentius eam considero, ea impensis mihi grata esse  
videtur. To. Si hanc mercatus fueris, Dii immortales, nullus alius leno erit te bea-



2 C. speciem. Mox, perspexi edd. quædam vett.—3 Douz. verbum doctum.—  
5 C. opidum.—7 Perfidia et Peculatus B. 1.—11 Hæc ni inde Parei 3. Hæc  
unde aberunt Pl. Hæc nisi urbe aberunt al. ap. Pareum. Mox, par sit Pl.—

#### NOTÆ

10 Quod pessumum aggressu, Scelus] tum in moribus civitatis, quod est  
Id est, Scelus inveteratum et inoli- expugnatum difficile.

Evortes tuo arbitratu homines fundis, familiis:  
 Cum optumis viris rem habebis: gratiam cupient tuam:  
 Venient ad te comissatum. Do. at ego intromitti non  
 sinam.

To. At enim illi noctu occentabunt ostium, exurent fores:  
 Proinde tu tibi jubeas concludi ædes foribus ferreis : 21

Ferreas ædes commutes, limina indas ferrea:  
 Ferream seram atque annulum: ne si ferreo parseris,  
 Ferreas tute tibi impingi jubeas crassas compedis.

Do. I in malum cruciatum. To. i sane, hanc eme atque  
 ausulta mili. 25

Do. Modo ut sciam, quanti indicet. To. vin' huc vocem ?  
 Do. ego illo accessero.

To. Quid ais, hospes ? Sa. venio, adduco hanc, uti du-  
 dum dixeram :

Nam heri in portum noctu navis venit : venire hanc volo,  
 Si potest: si non potest, ire hinc volo quantum potest.

Do. Salvos sis, adolescens. Sa. siquidem hanc vendidero  
 pretio suo. 30

tior. Spoliabis ad libitum omnes, prædis, servis. Tractabis negotia cum egregiis  
 hominibus: ambient tuam amicitiam: venient ad te ad epulandum. Do. Sed ego  
 nou patiar excipi. To. Sed illi conviciabuntur ante januam de nocte, accendent ja-  
 nuam. Itaque tu manda claudi tuam domum januis ferreis: compara domum fer-  
 ream, adde limina ferrea, seram ferream, et annulum, ne si non insumeris satis  
 ferri, tu postea mundes tibi cudi graves compedes ferreas. Do. Vade in malam  
 crucem. To. Vade profecto ! mercare illum, mihi crede. Do. Velim scire, quod  
 pretium huic præficiat. To. Visne ut hunc vocem ? Do. Ego eo ad illum. To.  
 Quid dicis, hospes ? Sa. Adsum, adduco hanc, ut dixi: nam heri per noctem  
 navis appulit ad portum: rolo hanc rendi, si fieri potest: si vendi non potest, est  
 animus hinc fugere, quantum in me erit. Do. Salve, adolescens. Sa. Si hanc

\*\*\*\*\*

18 Pro cupient, quod servant C. 2. B. 1. concipient legitur in C. et Parei 3.  
 Pareus vero conj. concupient.—19 C. 2. et Parei 3. commissatum ; C. comissa-  
 tum. Mox, voc. non sinam desunt in B. 1.—20 Hac enim B. 1.—23 Pll. ne  
 sis.—26 Pll. uti sciam, B. 1. quantum dicet. Mox, C. uicerseo.—27 Quid ages

#### NOTÆ

21 *Foribus ferreis*] Hoe et versi-  
 bus sequentibus tribus alludit ad tur-  
 rim, in qua inclusam Danaën fabulan-  
 tur. Ovidius, ‘Ærati postes, ferrea  
 turris erat.’ Propertius, ‘Ferratam  
 Danaës transiliamque domum.’

25 *I sane*] Quia Dordalns dixit, ‘i  
 in malum cruciatum,’ Toxilns, non  
 sine joco, reponit, *i sane*, in quo est  
 ambiguum. Potest enim significare,  
 ‘i sane, et eme virginem,’ aut, ‘i ipse  
 in malum cruciatum.’

- To. Atqui aut hoc emtore vendes pulchre, aut alio non potes. [lum colunt.  
 SA. Esne tu huic amicus? To. tanquam Di omnes qui cœ-  
 Do. Tum tu mihi es inimicus certus: nam generi lenonio  
 Nunquam ullus Deus tam benignus fuit, qui fuerit pro-  
 pitius.  
 SA. Hoc age, opusne 'st hac tibi emta? Do. si tibi venisse  
 'st opus, 35  
 Mihi quoque emta est: si tibi subiti nihil est, tantundem  
 'st mihi. [est.  
 SA. Indica, fac pretium. Do. tua merx est, tua indicatio  
 To. Aequom hic orat. SA. vin' bene emere? Do. vin' tu  
 pulchre vendere? [gnariter.  
 To. Ego scio hercle utrumque velle. Do. age, indica pro-  
 SA. Prius dico, hanc mancipio nemo tibi dabit: jam scis?  
 Do. scio. 40  
 Indica, minimo datus qui sis, qui duci queat.  
 To. Tace, tace, nimis tu quidem hercle homo stultus es  
 pueri lter. [tari volo,  
 Do. Quid ita? To. quia enim te ex puella prius percon-

*vendam suo pretio.* To. *Atqui aut vendes care hoc mercatore, aut non vendes alii.*  
 SA. *Esne tu hujus amicus?* To. *Ut cuncti Dii qui in cælo habitant.* Do. *Itaque tu es sine dubio meus inimicus:* nam nunquam ullus Deus fuit tam clemens, ut faverit lenonibus. SA. *Dic mihi, estne tibi opus hanc emere?* Do. *Si tibi opus est hanc vendere, mihi quoque opus est eam emere:* si nihil est cur properes vendere, neque est mihi cur properem emere. SA. *Assigna, statue pretium.* Do. *Est tua merx, est tuum indicare pretium.* To. *Hic dicit vere.* SA. *Cupisne bene mercari?* Do. *Cupisne tu bene vendere?* To. *Ego novi prefecto optare utrumque.* Do. *Audacter, statue pretium aperte.* SA. *Monco in primis, nemo tibi hanc trudet mancipio.* Jam tenes? Do. *Teneo.* Assigna mihi, quo pretio minimo sis venditurus, ut possim eam abducere. To. *Sile, sile;* prefecto tu es homo amentior et nimis infans. Do. *Quare?* To. *Quoniam optem te sciscitari antea ex puella*

\*\*\*\*\*

C.—28 Pro venire, Pl. habent ventri.—32 Estne Pl. celum C. et C. 2.—  
 35 C. hec tibi; C. 2. haec tibi.—36 B. 1. si tibi subjici.—37 B. 1. et Pl. tua  
 mers est.—38 Equo mihi curat B. 1.—39 Ego scio ercle C. prognaviter Lamb.

#### NOTÆ

37 *Indica, fac pretium]* ‘Indicare’ 40 *Hanc mancipio nemo tibi dabit]*

vendentis est, ut ‘mercari’ et ‘li- Id est, hanc tibi ea lege nemo ven-  
 ceri’ emtoris. ‘Indicare caros pis- det, ut velit subire periculum evic-  
 ces,’ id est, assignare pretium carum, tionis: personne ne vous la garantira.  
 in Aul. II. 8.

Quæ ad rem referunt. Do. et quidem hercle tu me monu-  
isti haud male.

Vide sis, ego ille doctus leno pæne in foveam decidi, 45  
Ni hic adesses. Quantum est adhibere hominem amicum,  
ubi quid geras! [rentibus;

To. Quo genere, aut qua in patria sit nata, aut quibus pa-  
Ne temere hanc te emisse dicas suasu atque impulsu meo.  
Nisi molestum est, percontari hanc paucis hic volt. Sa.  
maxume,

Suo arbitratu. To. quid stas? abi tute, atque ipse itidem  
roga, 50

Ut tibi percontari liceat quæ velis, etsi mihi  
Dixit dare potestatem ejus: sed ego te malo tamen  
Eum ipsum adire, ut ne contemnat te ille. Do. satis recte  
mones. [quid lubet.

Hospes, volo ego hanc percontari. Sa. a terra ad cœlum,  
To. Jubendum ea huc accedat ad me. Sa. i sanc, ac mo-  
rem illi gere. 55

Percontare, exquire quid vis. To. age, age nunc tu, i  
præ: vide, [To. tace.

Ut ingrediare auspicato. Do. liquidum est auspicium.  
Concede sis, jam ego illam adducam. Do. age, ut rem  
esse in nostram putas.

*quæ ad rem pertinent. Do. Et quidem monnisti sapienter. Vide quaso! Ego qui habeor tam versulus leno decidissem in foveam, nisi opitulatus isses. Quantum est hominem adjungere sibi amicum, quando facias aliquid! To. Ex quo genere sit orta, aut in qua natione, aut ex quibus parentibus; ne conqueraris te esse cum mercatum imprudenter meo consilio, atque hortatu. Si non est incommodum, hic cupit interrogare hanc paucis. Sa. Bene, faciat suo arbitrio. To. Quare stas? Perge tu, et eum interroga ut scisciteris ab ea quæ cupias: quamvis mihi innuit se mihi dare copiam iūs rei, attamen ego existimo prestare te eum convenire ipsum, ut ille non te aspernetur. Do. Doces me satis bene. Hospes, ego cupio hanc interrogare. Sa. Roga quicquid volueris ab imo ad summum. To. Manda dum ut eu reniat ad me. Sa. Perge, sane, ac illi obtempera. Interroga, sciscitare quicquid volueris. To. Perge, perge jam, incipe! animadverte, ut incipias bonis avibus. Do. Auspicium est apertum. To. Sile. Secede illuc quæso, ego illam adducam nunc. Do. Fuc sicut arbitraris esse e nostra re. To. Sequere me*

---

*prægnaviter al. ap. Parenim; prognaviter al. ibid.—41 B. 1. qui scis.—44 C. C. 2. et qui hercule.—45 B. 1. bene in foveam.—46 Nisi hic al. ap. Pareum; Nisi hic adesset al. ibid.—47 Parei 3. qua patria.—53 Ill. contemnat.—55 Nonnulli hunc versum pro spurio habent; quare deest plane in ed.*

To. Sequere me : adduco hanc, si quid vis ex hac percontarier.

Do. Enim volo te adesse. To. haud possim, quin huic operam dem hospiti, 60

Quoi herus jussit : quid si hic non volt me adesse una ?  
SA. immo i modo.

To. Do ego tibi operam. Do. Tibi ibidem das, ubi tu tuum amicum adjuvas.

To. Exquire : heus tu, advigila. VI. satis est dictum : quanquam ego serva sum, [eloquar.

Scio ego officium meum, ut quae rogitet, vera, ut accepi,

To. Virgo, hic homo probus est. VI. credo. To. non diu apud hunc servies. 65

VI. Ita pol spero, si parentes facient officium suum.

Do. Nolo ego te mirari, si nos ex te percontabimur

Aut patriam tuam, aut parentes. VI. cur ego id mirer, mi homo ?

Servitus mea mihi interdixit, ne quid mirer meum

Malum. To. Di istam perdant ! ita cata est et callida. 70 Habet cor ! quam dicit, quod opu'st ! Do. quid nomen

tibi est ? [tria fuit.

To. Nunc metuo, ne peccet. VI. Lucridi nomen in pa-

To. Nomen atque omen quantivis est pretii : quin tu hanc emis ?

*Hanc adduco, si cupis sciscitari nonnihil ex hac. Do. Optarem te præsentem esse. To. Non possum non opitulari huic hospiti, sicut herus mandarit. Quid si hic ægre ferat me simul adesse ? SA. Immo adesto. To. Itaque ego tibi feram open. Do. Tibi fers ipse, quando tu opitularis tuo amico. To. Percontare, Dordale. Heus tu, virgo, adverte mentem ! VIR. Satis dixisti: tametsi ego sum ancilla, ego teneo quid mihi incumbat, nimirum, quando interrogaverit, respondeam vera, ut audiri. To. Virgo, hic est vir frugi. VIR. Arbitror. To. Non servies diu apud eum. VIR. Ea spes est, si parentes agunt quod decet. Do. Ne mireris, si nos rogaverimus, quæ sit tua patria, qui parentes. VIR. Quare admirer id, mi homo ? Mea servitus mihi prohibet mirari, quicquid mali accidat. To. Dii perdant istam ! adeo est versuta et astuta. Profecto pollet ingenio ! quam bene loquitur quod decet ! Do. Quo nomine vocaris ? To. Jam timeo ne erret. VIR. Vocabar Lucris in patria. To. Hoc nomen atque omen est maximi pretii ! Quin mercaris tu hanc ?*



Bipont.—56 C. nunc tu in proe ; C. 2. nunc in imper.—60 B. 1. haud possum.—63 C. satis ego dictum.—67 PII. minari sin os.—69. 70 B. 1. C. mirer malum Meum, &c. PII. ne quid mirer meum malum Dii istam perdant ; Lamb. malum meum. To. Noli fovere. VI. ah ! To. Dii, &c. B. 1. ita acuta cauta est et.—

Nimis pavebam, ne peccaret: expedivit. Do. si te emam,  
Mihi quoque Lucridem confido fore te. To. tu si hanc  
emeris, 75

Nunquam hercle hunc mensem vortentem, credo, servabit  
tibi. [ram addito.

Do. Ita velim quidem hercle. To. optata ut eveniant, ope-  
Nihil adhuc peccavit etiam. Do. ubi tu nata es? Vi. ut  
mihi

Mater dixit, in culina, in angulo ad lævam manum.

To. Hæc erit tibi fausta meretrix: nata est in calido loco,  
Ubi rerum omnium bonarum copia est sæpissime. 81

Tactus est leno, qui rogarat, ubi nata esset, diceret.

Lepide lusit. Do. at ego patriam te rogo, quæ sit tua.

Vi. Quæ mihi sit, nisi hæc, ubi nunc sum? Do. at ego  
illam quæro, quæ fuit.

Vi. Omne ego pro nihilo esse ducto, quod fuit quando  
fuit: 85

Tanquam hominem, quando animam efflavit, quid eum  
quæras, qui fuit?

*Metuebam magnopere ne erruret. Scse hinc extricavit.* Do. Si te emam, spero  
quoque te mihi futuram Lucridem. To. Si tu hanc mercatus fueris, puto eam non  
esse tibi servitaram toto hoc mense. Do. Optarem id sane! To. Fac ut conti-  
ngat quod cupis. Nondum erravat hucusque. Do. In quo loco es nata? Vir. In  
culina, ut mater mihi dixit, in angulo ad lævam manum. To. Hæc mulier tibi  
erit fortunata: est edita in lucem in loco caiido, in quo frequenter abundant omnes  
res optimæ. Leno, qui ub ea petiverat, ut aperiret ubi nata esset, est captus. Vir-  
go se felicit festire. Do. Ego peto a te, quæ est tua patria. Vir. Quæ est, nisi  
hæc in qua nunc versor? Do. Sed ego a te peto, quæ fuerit. Vir. Ego habeo  
pro nihilo, quod fuit, quia fuit; veluti hominem, quando functus est fato: quid enim



72 Non te metuo ne putet Pli.—75 Parei 3. fore re, contra codd.—76 C. her-  
cule.—77 Pli. opta ut.—79 Pli. inculina, junctim.—81 Aeidal. copia est. To.  
scitissime Tactus est homo; C. copia est sepsiæ; C. 2. copiosa est sepiissime; al.  
ap. Pareum, copissima.—82 B. 1. uti nata.—83 Lepide jussit C.—85 B. 1. quid

#### NOTÆ

75 *Mihi quoque Lucridem*] Solebant veteres e re quavis sumere auspicium futuri temporis, at præsertim e nominibus. Sic, quia ‘Lucris’ singitur hic appellari filia Saturionis, et id nominis idem habet initium atque ‘lucrum,’ Dordalus Lucridem fore

Iuero confidit. Patet ex Tacito duces adhibere solitos milites ad res difficileas, quorum essent fausta nomina.

76 *Mensem vortentem*] Id est, mensem integrum.

- To. Ita me Di bene ament, sapienter! atque equidem miseret tamen.
- Do. Sed tamen, Virgo, quæ patria est tua? age mihi actutum expedi: quid taces?
- VI. Dico equidem patriam: quandoquidem hic servio, hæc patria est mea.
- To. Jam de istoc rogare omitte: non vides nolle eloqui, 90  
Ne suarum se miseriarum in memoriam inducas? Do.  
quid est? [perdidit.]
- Captusne est pater? VI. non captus, sed quod habuit, id
- To. Hæc erit bono genere nata; nihil scit, nisi verum loqui.
- Do. Quis fuit? dic nomen. VI. quid illum miserum memorem, qui fuit?
- Nunc et illum Misericordum et me Misericordiam aequum est nominarier. 95
- Do. Quo jussusmodi is in populo habitus est? VI. nemo quisquam acceptior:
- Servi liberique amabant. To. hominem miserum prædicas,  
Cum ipsis prope perditus est, et benevolentis perdidit.
- Do. Emam, opinor. To. etiam, Opinor? Do. summo genere esse arbitror.
- To. Divitias tu ex istac facies. Do. ita Di faxint. To.  
eme modo. 100

*ab eo petas qui fuerit? To. Dicit docte, ita me Di bene ament! et profecto ejus dolce vicem. Do. Attamen, Virgo, quæ est tua patria? Age, aperi mihi quamprimum. Quid taces? VIR. Aperiam quæ est patria. Est hæc mea patria, quandoquidem sum hic serua. To. Desine interrogare de patria. Non animadvertis nolle dicere, ne refices recordationem suarum calamitatuum? Do. Quid est? Tuus pater estne captus? VIR. Non est captus, sed amisit ea quæ sibi erant. To. Hæc est orta bono genere; nihil norit, nisi loqui verum. Do. Quis fuit? Dic nomen. VIR. Quid dicum, qui fuit, ille miser? Nunc par est eum appellari Misericordum, et me Misericordiam. Do. Quomodo estimatus est in civitate? VIR. Nullus unquam fuit ei gratior: serri et liberi amore conlectebantur. To. Commemoras hominem infelicem, qui est ferme perditus ipse, et perdidit amicos. Do. Emenda est milii, arbitror. To. Etiam, Arbitror? Do. Reor esse summo genere. To. Tu acquires opes ex ista. Do. Sic Di faciant.*



*fuit.—86 PII. ecflavit; al. et flavit.—88 PII. virgoque . . . age; mihi actutum. Pronomen mihi deest in Parei 3.—89 C. hic servio.—91 Parei 3. inducat; C. in memoriam inducas.—96 Quolus modi C.—98 Cum prope ipsis edd. quædam vett.—99 C. sommo genere opinor Divitias, &c.—100 Divitiast: vexist: ac facies B.*

**VI.** Jam hoc tibi dico: jam actutum ecastor meus pater,  
ubi me sciet

Venissee **huc**, aderit hic, et me absentem redimet. **To.** quid  
nunc? **Do.** quid est? [sunt tamen.

**To.** Audin' quid ait? **VI.** nam, etsi res sunt fractæ, amici  
**Do.** Ne sis plora, libera eris actutum, si crebro cades.

Vin' mea esse? **VI.** dum quidem ne nimis diu tua sim,  
volo. 105

**To.** Satin' ut meminit libertatis! dabit hæc tibi grandes  
bolos. [hanc tibi.

Age, si quid agis: ego ad hunc redeo, sequere, reduco

**Do.** Adolescens, vin' vendere istanc? **SA.** magis lubet,  
quam perdere.

**To.** Tum tu pauca in verba confer: qui datur, tanti indica.

**SA.** Faciam ita, ut te velle video: ut emas, habe tibi cen-  
tum minis. 110

**Do.** Nimium 'st. **SA.** octoginta. **Do.** nimium 'st. **SA.**  
nummus abesse hinc non potest,

**Quod nunc dicam.** **Do.** quid id est ergo? eloquere actu-  
tum, atque indica.

**To.** Eme jam. **VI.** Jam hujus te monitum velim: quando meus pater accipiet  
me venisse **huc**, celeriter veniet, et me redimet absentem. **To.** Quid nunc? **Do.**  
Quid est? **To.** Audisne quod dicit? **VI.** Nam, quanquam ejus opes sunt ever-  
se, tamen habet amicos. **Do.** Ne lacrymare, si placet; intra breve tempus eris  
libera, si cadas sape. Visne esse mea? **VI.** Assentior, dummodo non sim diu-  
tius tua. **To.** Ut recordatur subito libertatis! hujus opera tibi fient magni juctus  
pecuniae! Fuc, si quid facis: ego revertor ad huic. Sequere, tibi hanc reduco.  
**Do.** Adolescens, lubetne illam vendire? **SA.** Magis lubet, quam amittere. **To.**  
Tum tu confer in pauca verba: indica tanti quanti vis tibi dari. **SA.** Faciam ita,  
ut intelligo tibi lubere. Eme eam centum minis, et habe. **Do.** Est nimis. **SA.**  
Octoginta. **Do.** Est nimis. **SA.** Non potest detrahi nummus de pretio, quod  
dicam nunc. **Do.** Quid est id igitur? Statim dic, atque assigna. **SA.** Hoc da-

1. ita Difacient B. 1.—102 Venisse hic al. ap. Pareum. me deest in edd. qui-  
busdam vett.—109 B. 1. qd datur; Pll. quid datur.—110 B. 1. ut te velle  
videam. Pll. habe trecentis minis; al. ap. Pareum. habe tercentum minis; B. 1.

#### NOTÆ

102 *Venisse hic*] Alii, *venisse hic*, id est, venditam esse hic.

103 *Etsi res sunt fractæ*] Metapho-  
ra ducta a naufragiis, 'fortune frac-  
tae' dicitur.

104 *Si crebro cades*] Dignum le-

none solatium; pollicetur enim vir-  
gini dotem esse quæsituram corpore,  
quod alibi de Tusciis dicit Plantus.

106 *Grandes bolos*] Id est, grandes  
jactus tibi fient pecuniarum ab ama-  
toribus; te cumulabunt muneribus.

- Sa. Tuo periculo sexaginta hæc datur argenti minis.  
 Do. Toxile, quid ago? To. Di Deæque te agitant irati,  
     scelus,  
 Qui hanc non properes destinare. Do. habeto. To. heu,  
     prædatus probe! 115  
 Abi, argentum effer huc.  
 Non edepol minis trecentis cara 'st: fecisti lucri.  
 Sa. Heus tu! etiam pro vestimentis huc decem accendent  
     minæ. illum vides  
 Do. Abscedent enim, non accendent. To. tace sis, non tu  
 Quærere ansam, infectum ut faciat? abisne, atque argen-  
     tum petis? 120  
 Do. Heus, tu serva istum. To. quin tu is intro? Do. abeo,  
     atque argentum affero.

*tur, tuo periculo, sexaginta minis argenti. Do. Toxile, quid faciam? To. Im-  
 pure, Di Deæque te exagitant, qui non acceleres hanc enere. Do. Habeto. To.  
 Heu, bene spoliatus! Vade, effer huc pecuniam. Certe non esset cura etiam tre-  
 centis minis: lucrefecisti cetera. Sa. Heus tu! addes etiam ad hoc pretium decem  
 minus pro vestibus. Do. Recedent enim, non accendent. To. Tace, si vis; tu non  
 animadverteris illum captare occasionem, ut faciat infectum quod factum est?  
 Abisne, et pecuniam affers? Do. Heus, Toxile, tu serva istum. To. Quin tu  
 ingrederis? Do. Proficiscor, atque appporto pecuniam.*



*habe trecentum minis.—111 C. nummos abesse.—113 Tuo periculo C. et C. 2.—  
 115 C. 2. habebo. Mox, Pll. eu prædatus.—116 C. et fer; C. 2. ecfer. Mox,  
 Parei 3. huc foras.—118 Particula huc deest in C. 2.—121 Pro uffero, quod  
 habent C. C. 2. et B. 1. al. exhibent ecfero; al. effero.*

---

## ACTUS QUARTI SCENA QUINTA.

TOXILUS, SAGARISTIO, VIRGO.

To. EDEPOL dedisti, virgo, operam allaudabilem,  
 Probam et sapientem et sobriam. Vi. si quid bonis  
 Boni fit, esse idem et grave et gratum solet.

To. *Profecto, virgo, præbuisti auxilium maxime probandum, rectum, prudens  
 et sulutare.* Vir. *Si aliquod beneficium confertur bonis, id consuevit esse et mag-*



1 Pro allaudabilem, quod servant C. B. 1. Ven. 1. oplaudibilem legitur

To. Audin' tu! Persa, ubi argentum ab hoc acceperis,  
Simulato quasi eas prorsum in navem. Sa. ne doce. 5  
To. Per angiportum rursum te ad me recipito  
Illa per hortum. Sa. quod futurum est, prædicas.  
To. At ne cum argento protinam permutes domum,  
Moneo te. Sa. quod te dignum 'st, me dignum esse vis.  
To. Tace! parce voci! præda progreditur foras. 10

*num et jucundum.* To. *Andisne tu! o Persa, statim atque acceperis pecuniam a lenone, finge te pergere recta via in navem.* Sa. *Noli me monere.* To. *Recipe te ad me illac per angiportum.* Sa. *Præscribis quod fiet.* To. *At, te precor, ne eas in aliam domum cum pecunia.* Sa. *Putas me esse idoneum ei rei, quæ est digna te.* To. *Sile! demilte vocem!* prædu prodit foras.

---

in C. 2. *adjutabilem Coler.*—5 C. *prosusi.*—7 Illa C. et C. 2. *quo futurum Pll.*  
—8 C. et C. 2. *permittas.*—10 C. *parce voce;* C. 2. *parce voce.*

## NOTÆ

|   |  |
|---|--|
| 3 <i>Et grave et gratum]</i> Nonius:        | animo accipitur.                             |
| <i>Grave</i> est solidum et firmum.' Gra-   | 4 <i>Persa]</i> Id est, Sagaristio, qui Per- |
| viter, id est, sapienter collocatum.        | sica ueste indutus est.                      |
| <i>Grave</i> respicit dantis personam; gra- | 5 <i>Prorsum]</i> Id est, recta via.         |
| tum, accipientis. Id est, quod grato        |  |

---

## ACTUS QUARTI SCENA SEXTA.

DORDALUS, SAGARISTIO, TOXILUS, VIRGO.

Do. PROBATI hic argenti sunt sexaginta minæ,  
Duobus nummis minus est. Sa. quid ei nummi sciunt?  
Do. Cruminam hanc emere, aut facere ut remigret domum.  
Sa. Ne non sat esses leno, id metuebas, miser,  
Impure, avare, ne cruminam amitteres. 5  
To. Sine, quæso: quando leno 'st, nihil mirum facit.  
Do. Lucro faciendo ego auspicavi in hunc diem:  
Nihil mihi tam parvi 'st, quin me id pigeat perdere.

Do. *Sunt in hac crumenæ sexaginta minæ boni argenti, duobus nummis minus.*  
Sa. *Quare ii nummi desunt?* Do. *Aut mercabuntur hoc marsupium; aut efficiunt,*  
*ut marsupium revertatur in ædes.* Sa. *Timebas, infelix, sceloste, avare, ne non*  
*esses satis leno, ne perderes marsupium.* To. *Sine, amabo! non facit mirum:*  
*quandoquidem est leno.* Do. *Ex auspiciis quæ sumsi oportet me questum facere*  
*hodierna die: est nihil adeo exiguum, quod non aegre amitterem.* Age, accipe hoc,

Age, accipe hoc sis. SA. hunc in collum, nisi piget,  
 Impone. Do. vero fiat. SA. numquid ceterum 10  
 Me voltis? To. quid tam properas: SA. ita negotium 'st,  
 Mandatæ quæ sunt, volo deferre epistolas.  
 Geminum autem fratrem servire audivi hic meum,  
 Eum ego, ut requiram atque ut redimam, volo.  
 To. Atque edepol tu me commonuisti haud male. 15  
 Videor vidisse hic forma persimilem tui,  
 Eadem statura. SA. quippe qui frater siet.  
 Do. Sed scire velimus, quod tibi nomen siet.  
 To. Quid attinet nomen scire? SA. ausculta ergo, ut  
 scias:  
 Vaniloquidorus, Virginisvendonides, 20  
 Nugipolyloquides, Argentexterebronides,  
 Tedigniloquides, Nummorumexpalponides:  
 Quodsemelarripides, Nunquamposteaëripides.

si libet. SA. Impone id, si placet, his crricibus. Do. Imponam. SA. Quod reliquum est vultisne aliquid? To. Quare acceleras adeo? SA. Sic exigunt negotia: volo deferre epistolas, quæ sunt mandatae. Audivi meum fratrem geminum esse servum in hac urbe; ego accelero eum querere, et redimere. To. Atque tu me haud male commonuisti. Mihi videor conspexisse in hac urbe hominem specie similimum tibi, eadem statura. SA. Quia videlicet est frater. Do. Sed cupimus scire, quod nomen habeas. To. Quid nostra interest scire? SA. Audi ergo, ut teneas: vocor Vanorum verborum dator, Virginum venditor, Nugarum plurium prædictor, Extærebrator pecuniae, Qui dicit te digna, Nummorum emunctor, et Is qui nunquam sibi eripi patitur id, quod semel arripuit. Do. Heu, tuum nomen est

1 Probat Pll.—3 B. 1. hanc eme.—9 C. accipi. Mox, *huc in collum* al. ap. Pareum; *hanc in collum* al. ibid.—12 *Mandatae quæ sunt* B. 1. *volo pergere* Acidal. *equistulas* C. 2.—14 *Tum cgo* B. 1. C. et C. 2.—18 *Hic versus deest* in Pll. non item in B. 1.—19 *Quid id attinet* Parei 3. et al. vett. contra codd. Mox, Pll. non pro nomen; Parens, Bipont. et al. nos.—20 *Virginis vendo* vide B. 1. *Virginis vendoni* dent al.—21 *Nugi pilo qdes argentum extenebronides* B. 1. *Nugipolyloquides* Pll. *Nugidololoquides* al. ap. Pareum. *argenti extenebronides* C. et C. 2.—22 *Te digni loqui des num des expalponides* B. 1. *Techniloquides* al. ap. Pareum; *nundes expalponides* Pll. *nundes* C. 2. *nummorum expal* al.—23 *Quod semel larripides nunquam eripi* B. 1. *quod semel larrip. nunquam*

## NOTÆ

12 *Mandatae quæ sunt*] Ut Sagaris-tio melius impouat Dordalo, duobus mendaciis utitur; primo, quo fingit sibi esse literas in urbe dandas; se-cundo, sibi esse fratrem geminum, qui in urbe serviat, redimendum.

21 *Nugipolyloquides*] Hoc, et ceteræ partes fictitiæ nominis Sagaristionis, quod quatuor versibus integris constat, partim Latinæ sunt, partim Græcæ, omnes appositissime copulate.

- Do. Heu hercle nomen multis modis scriptum 'st tuum.  
 SA. Ita sunt Persarum mores, longa nomina 25  
 Contortuplicata habemus: numquid ceterum [meus.  
 Voltis? Do. vale. SA. et vos: nam animus in navi 'st  
 Do. Cras ires potius, hodie hic caenares. Vale.

*exaratum multis rationibus. SA. Sic se habet mos Persarum; sunt nobis prolixa nomina implicata incicem. Numquid vultis amplius? Do. Vale. SA. Et vos. Nam meus animus est jam in naci. Do. Proficiscereris cras melius; caenares hic hodie. Vale.*

---

*eripi [lacuna] euhercle Pl.—24 C. et C. 2. multimodis.—26 Contortuplicis Pl.—27 Parci 3. jam in navi.*

## NOTÆ

26 *Contortuplicata*] Verbum 'contortuplicatum' potest intelligi ex ita permixta sunt nomina, ex qui-  
 fune contortuplicato; cum, videlicet, bus componitur, ut explicari vix pos-  
 sint.

## ACTUS QUARTI SCENA SEPTIMA.

TOXILUS, DORDALUS, SATURIO, VIRGO.

- To. POSTQUAM illic abiit, dicere hic quidvis licet.  
 Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis!  
 Nam non emisti hanc, verum fecisti lucri.  
 Do. Ille quidem jam scit quid negotii gesserit,  
 Qui mihi furtivam meo periculo vendidit. 5  
 Argentum accepit, abiit: quid ego nunc scio,  
 An jam asseratur hæc manu? quo illum sequar?  
 In Persas? nugas. To. credidi gratum fore  
 Beneficium meum apud te. Do. immo equidem gratiam  
 Tibi, Toxile, habeo: nam sensi te sedulo 10

To. Licet loqui hic quilibet, postquam Persa excessit. Profecto hic dies tibi affulgit ad faciendum quersum! Nam non mercatus es hauc, sed lucratus es. Do. Profecto ille a quo emi puellam furtivam meo periculo, non ignorat quid rei fecerit. Numeravi pecuniam, profectus est. Quid scio ego nunc, an hæc jam asseratur manu? Quo illum sequar? In Persas? Nugas. To. Arbitratus sum me tibi facere gratum. Do. Saue, Toxile, mihi gratum fecisti: nam intellexi te mihi

1 C. 2. habuit.—5 Edd. quædam vett. periculo.—9 C. 2. apud te.—10 C. sen-

## NOTÆ

5 *Meo periculo*] Id est, damno. Si quis jam eam repetat.  
*Delph. et Var. Clas.* *Plaut.*

Mihi dare bonam operam. To. tibin' ego? immo servii.  
 Do. Attat! oblitus sum intus dudum edicere,  
 Quæ volui edicta: asserva hanc. To. salva'st hæc quidem.  
 VI. Pater nunc cessat. To. quid si admoneam? VI. tem-  
 pus est.

To. Heus, Saturio, exi: nunc est illa occasio 15  
 Inimicum ulcisci. SA. ecce me: numquid moror?  
 To. Age, illuc abscede procul e conspectu. SA. tace!  
 To. Ubi cum lenone me videbis colloqui,  
 Tum turbam facito. SA. dictum sapienti sat est.

*opitulari sedulo.* To. Egone tibi opitulatus? immo profui. Do. Sed oblitus  
 sum præcipere in ædibus ea quæ debebam dicere. Custodi hanc. To. Hæc pro-  
 fecto est in tuto. VIR. Pater non venit. To. Quid si moneam? VIR. Est tem-  
 pus. To. Heus! Saturio, prodi. Adest locus sumenda ultiōnis de inimico. SA.  
*Adsum!* numquid tardo? To. Age, absiste illuc procul a conspectu. SA. Sile!  
 To. Quando conspicaberis me fabulari cum lenone, tum concita turbam. SA. Est  
 satis dixisse sapienti.

---

sissed. C. 2. sensisse te sed.—11 *Michi dare* C. Mox, *inmo servi* Pll. *tibin'*  
*ego.* Do. *inmo serio* Acidal.—14 C. *ammoneam.*—16 Parei 3. *ulciscier.*

#### NOTÆ

11 *Michi dare bonam operam]* 'Operam dare,' juvare, hoc loco.

### ACTUS QUARTI SCENA OCTAVA.

#### DORDALUS, TOXILUS.

Do. TRANSCIDI loris omnes adveniens domi,  
 Ita mihi supellex squalet, atque ædes meæ.  
 To. Redis tu tandem? Do. redeo. To. næ ego hodie tibi  
 Bonam vitam feci. Do. fateor habere gratiam.

Do. Concidi cunctos seruos flagris in ædibus quando adveni, adeo mea supellex  
 sordescit, atque mea domus. To. Tu reverteris tandem? Do. Revertor. To.  
 Sane ego tibi præbui hodie jucundam vitam. Do. Fateor me tibi devinctum esse.

---

1 *Transci di* B.—2 C. 2. *suppellex.*—4 *Bona multa feci* al. ap. Pareum.

#### NOTÆ

1 *Transcidi loris]* Verberibus con- 4 *Bonam vitam feci]* Jucundam.  
 cidi seruos, quod illanta supellex, Seneca, 'Nec dubitaveris bonam vi-  
 immundæque ædes. tam, quam opinionem bonam malle.'

To. Num quidpiam aliud me vis? Do. ut bene sit tibi. 5  
 To. Pol istuc quidem jam ego omne usurpabo domi:  
 Nam jam inclinabo me cum liberta tua.

To. *Mene vis aliquid aliud?* Do. *Ut sis felix.* To. *Ego accipiam jam in aedi- bus omnem illam felicitatem; nam jam accumbam mensu cun tua liberta.*

-----  
*habeoque gratiam C.—6 B. 1. omne jam ego; C. jam ego omnium.*

#### NOTÆ

Plinius Junior, ‘ Quid invidetis, o medici, bonam mortem, qui dare vitam non potestis?’

*6 Jam ego omne usurpabo domi]* Id est, omne quod optas. Nimirum precatus est Dordalus, ut bene sit

Toxilo; id est, ut sit felix. Toxilus respondebat, quicquid optas, ego usurpabo domi; fruatur domi illa felicitate, quam mihi optas.

*7 Inclinabo me]* Inclinabo hic de mensa intellige ad epulas.

### ACTUS QUARTI SCENA NONA.

SATURIO, DORDALUS, VIRGO.

Sa. Nisi ego illunc hominem perdo! Do. perii! Sa.  
 atque optume

Eccum ipsum ante aedes. Vi. salve multum, mi pater.

Sa. Salve, mea gnata. Do. hei! Persa me pessum dedit. Vi. Pater hic meus est. Do. hem! quid? pater? perii oppido!

Quid ego igitur cesso infelix lamentarier

5

Minas sexaginta? Sa. ego pol te faciam, scelus,

Te quoque etiam ipsum ut lamentearis. Do. occidi!

Sa. Age, ambula in jus, leno. Do. quid me in jus vocas?

Sa. Illi apud prætorem dicam: sed ego in jus voco.

Sa. Nisi ego conficiam illum hominem! Do. Interii! Sa. Bene est, adest ante januam. Vir. *Salvus sis plurimum, mi pater.* Sa. *Salvus sis, mea filia.* Do. *Hei!* Persa me evertit funditus. Vir. Adest mens pater. Do. Hem! quid? pater? occidi plane! Quid moror ergo miser deploare sexaginta minus? Sa. Ego dabo operam ut deplores ipse tuam vicem, o scelestæ. Do. Perii. Sa. Age, leno, veni in jus. Do. Quare me dueis in jus? Sa. Dicam apud prætorem. Sed

-----  
 1 Pil. et Parei 3. perdo; perii: atque optume, &c.—3 Do. Persa, omissa

**Do.** Nonne attestaris? **SA.** tuan' ego causa, carnufex, 10  
Quoiquam mortali libero aures atteram?

**Qui hic commercaris cives homines liberos.** [ambula.

**Do.** Sine dicam. **SA.** nolo. **Do.** audi. **SA.** sum surdus,  
Sequere hac, scelestæ feles virginaria.

**Sequere hac, mea nata,** me usque ad prætorem. **VI.** se-  
quor. 15

*ego appello in jus. Do. Nonne adhibes testem? SA. Tuane causa, furcifer, apprehendam ego aurem cuiquam homini libero? Tu qui hic institris commercium civium hominum liberorum. Do. Patere me loqui. SA. Non patiar. Do. Ausculta. SA. Sum surdus, veni. Veni huc, scelestæ prædo virginum. Mea filia, veni huc ad prætorem. VIR. Eo.*

\*\*\*\*\*

*hei, B. 1. Do. et Persa C. et C. 2.—9 Illic apud B. 1.—14 Pro scelestæ, quod servant B. 1. C. et C. 2. scelestæ legitur in edd. quibusdam vett. sequere hac. DOR. felles virginaria al. ap. Parenm.*

#### NOTÆ

**10 Tuan' ego causa, carnufex]** Homines enim infames et intestabiles, ut fures aut lenones, sine antestatione, injecta manu invitox in jus trahere licebat. ‘Antestari’ significat, accipere in testem, testibus uti. Apud veteres enim, qui adversarium in jus pertrahere volebat, prius aliquem de præsentibus ‘antestabatur,’ hoc est, testem capiebat, ejus attingens auriculam, et sic interrogans, ‘Licetne antestari?’ Illo autem respondente, ‘Licet,’ tum, injecta manu, adversarium in judicium rapiebat. Solos autem liberos ‘antestari,’ fas erat. Servi testes esse non poterant. Plinius I. 11. ‘Est in aure ima memoriae locus, quem tangentes antestamur.’

**14 Feles virginaria]** Notum est omnibus, quam rapax sit felis, quam velox ad fugiendum cum furto, quam

callida ad occultandum. Igitur cum fele lenonem Saturio comparat. Præterea crediderim et hanc comparationem hominis rapacis cum fele a parasito factam, quia forte esurienti, et jamjam inhianti felis aliqua appositum cibum suffurata fuerit. Ausoniis Marcum nescio quem puerorum raptorem vocat, ‘felem pullariam’: ‘Quis Marcus, Felis nuper Pullaria dictus?’ Crediderim hic a poëta nostro *feles*, et ab Ansonio *felis*, in fœminino usurpari, quia felis fœmina est fele masculo rapacior, præsertim quando sunt catuli alendi, aut suo lacte, aut præda. Apud auctores etiam canis fœmina accipitur potissimum in comparationibus, in quibus opus est, aut insigni quadam improbitate ad vociferandum, aut crudelitate.

## ACTUS QUINTI SCENA PRIMA.

TOXILUS, SAGARISTIO, LEMNISELENE.

To. Hostibus victis, civibus salvis, re placida, pacibus perfectis,

Bello extincto, re bene gesta, integro exercitu et præsidiis,  
Cum bene nos, Juppiter, juvisti, Dique alii omnes cœli-  
potentes,

Ea vobis grates habeo, atque ago: quia probe sum ultus  
meum inimicum.

Nunc ob eam rem inter participes dividam prædam et par-  
ticipabo. 5

Ite foras: hic volo ante ostium et januam meos participes  
bene accipere.

Statuite hic lectulos, ponite hic quæ assolent: hic statui  
volo primum

Aquilam mihi: unde ego omnes hilaros, lubentes, lætifi-  
cantes faciam ut siant, [effieri.

Quorum opera hæc mihi facilia facta sunt, quæ volui  
Nam improbus est homo, qui beneficium scit sumere, et  
reddere nescit. 10

To. Superatis hostibus, salvis civibus, republica pacata, sancita pace, bello con-  
fecto, re feliciter administrata, copiis et præsidiis salvis, quoniam nobis bene opiti-  
latus es, Juppiter, vosque omnes alii Dii domini cœli, idcirco vobis habeo gratias,  
atque ago: quia ultiōnem sumsi de meo inimico. Nunc propterea partiar spolia, et  
distribuam inter participes pugnae. Exite! Statui laute invitare illos, qui sunt  
socii prædeæ, ante januam et limen. Collocate hic lectos, comparete hic quæ solent  
parari. Primum volo haberi hic aquam: ex qua reddam universos lætos, jucundos,  
alacres, quorum auxilio ea quæ optari exequi, evaserunt facilia factu. Nam homo

4 Pll. inimicum meum.—6 C. et C. 2. hastium. Mox, accipere bene al. ap.  
Pareum.—8 Aquila . . . ludentes B. I. Aliquam unde C. Aqui lamih C. 2.

## NOTÆ

1 Pacibus perfectis] Id est, condi-  
tionibus pacis acceptatis et sancitis.  
Nonius, ‘Paces plurali numero no-  
ve positum.’ Varro, ‘Constitnere  
paces.’

4 Ea] Id est, propterea.

7 Statuite] Servilis convivii de-  
scriptio.

8 Aquilam] Aquam duplēcēm ini-  
tio convivii ministrabant, calidam vi-  
delicet et frigidam.

Lubentes, lætificantes] Id est, læti.

10 Reddere nescit] Ingratus. Qui  
ingratum afficit beneficio appellatur  
'officiperdus,' seu 'officiperda.'

LE. Toxile mi, cur ego sine te sum? cur autem tu sine me es? To. agedum ergo,  
 Accede, mea, ad me, atque amplectere sis. LE. ego vero:  
 oh, nihil magis dulce 'st! [damus?  
 Sed, amabo, oculus meus, quin lectis nos actutum commen-  
 To. Omnia quæ tu vis, ea cupio. LE. mutua fiunt a me.  
 To. age, age, age, ergo,  
 Tu Sagaristio, accumbe in summo. SA. ego nihil moror:  
 cedo parem quem pepegi. 15  
 To. Temperi. SA. mihi istuc temperi, sero 'st. To. hoc  
 age, accumbe: hunc diem suavem  
 Meum natalem agitemus amoenum: date aquam manibus:  
 apponite mensam.  
 Do hanc tibi florentem florenti: tu hic eris dictatrix nobis:  
 age, puere,  
 A summo septenis cyathis committe hos ludos: move ma-  
 nus; propera.

*est nequam, qui novit accipere beneficium, et non novit remetiri. LEM. Mi Toxile, quare sum ego absque te? Quare autem es tu absque me? To. Agedum igitur, o mea, accede ad me, atque complectere si libet. LEM. Ego vero obsequor. Oh! est nihil suarum. Sed, obsecro, mi ocale, quin nos componamus in lectis quamprimum? To. Opto ea omnia, quæ tu optas. LEM. Ego facio mutuum. To. Age, age, age ergo! Tu Sagaristio, accumbe in summo lecto. SA. Ego curo parum hoc: da parem quem pollicitus es. To. Dabitur suo tempore. SA. Istud suo tempore, mili est tardo. To. Hoc age! accumbe: celebremus jucunde hunc diem, qui est meus natalis festivus. Infundite aquam nostris manibus: statuite mensam. Tibi do hanc coronam floream florenti: tu sedebis hic nostra magistra, o Lemniselene. Age, pueri hos ludos a primo loco septemplici patera. Move*

\*\*\*\*\*

*ludentis lefficantes Pli.—9 B. 1. fieri.—10 C. scit accipere.—11 Pli. cur tu au-  
 tem.—12 Voc. mea deest in B. 1. et amplecteris C.—13 C. et C. 2. quin in  
 lectis.—14 B. 1. ea capio.—15 Pro parem quem, quod servant C. et C. 2. par-  
 tem quam exhibet B. 1. par quam al. ap. Pareum.—16 Pronomen hoc deest in  
 B. 1.—17 C. amœnum num date.—18 C. florente florenti.—19 B. 1. moveamus.—*

#### NOTÆ

15 *Cedo parem*] Vox est Sagaristio-  
 nis ad Toxilum, rogantis ab eo, ut si-  
 bi sua amica detur, quemadmodum  
 suani habet Lemniseleni Toxilns.

16 *Temperi*] Id est, ‘tempore suo  
 dabitur, quod pepigi.’ Cicero dixit,  
 ‘temperius,’ et ‘temporius,’ a ‘tem-  
 pus, temperis;’ ut ‘pignus, pigne-  
 ris.’

19 *A summo*] Id est, ab eo conviva,  
 qui primus accumbit; vel a summo  
 lecto, seu loco summio lecti.

*Septenis cyathis*] Septies in orbem  
 circumductis. Ad ludos curules al-  
 ludit Plantus, non Græcos, qui duo-  
 decimo spatio, sed Romanos, qui sep-  
 timo confecto cursum absolvebant.  
 Unde crediderim inde dictum ‘Græ-

Pægnium! tarde eyathos mihi das: cedo sane. Bene mihi,  
bene vobis, bene amicæ meæ. 20

Optatus hic mihi dies datus hodie 'st ab Dis, quia te licet  
liberam me amplecti.

LE. Tua factum opera. Bene omnibus nobis! hoc mea  
manus tuæ poculum donat,

Ut amantem amanti deceat. To. cedo. LE. accipe. To.  
Bene ei qui invidet mihi,

Et ei qui hoc gaudio gaudet.

*manus; acceler. Pægnium! mihi offers lente crateres: da. Mihi sit bene, bene vobis, bene meæ amicæ. Hic lux mihi affulsit hodie a Diis, quia mihi licet te amplecti liberam. LEM. Tuo beneficio est. Bene omnibus nobis! Mea manus ponit hunc cyathum in tua, ut conuenit amicam amico. To. Præbe. LEM. Suscipere. To. Sit bene ei qui mihi invidet, et ei qui lætatur hac lætitia.*

---

20 C. et C. 2. ciatos.—21 Al. ap. Pareum, *hodie est a Dis.* Mox me delet Douza.—22 *Tua factust opera* B. 1. *opera* [lacuna] *bene* Pl.—23 Acidal. *qui non invidet mihi.*—24 C. *qui hoc gaudet*; C. 2. *qui hoc gau* [lacuna].

#### NOTÆ

cari,' pro largius bibere, id est, duodecies circumlatius cyathis.

*Committe]* Est vox translata a circoco et circensibus Iudis, et pugnis ad mensam, et certamen bibendi.

20 *Bene mihi, bene vobis]* Ovidius, 'Et bene die, dominæ; bene, cum quo dormiet illa.' Moris erat inter bibendum nominare dominam aut amicam. 'Beue vos,' supple 'vivere precor;' 'bene dominæ,' supple

'precor.' In honorem amici aut amicæ, tot cyathos bibebant, quot literæ erant nomini. Hinc Martialis: 'Nævia sex cyathis, septem Justina bibatur; Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.' Quia sex sunt literæ in 'Nævia,' septem in 'Justina,' quinque in 'Lycas.' Græci et Romani libabant pocula Diis, principibus, beneficiis, præceptoribus, amicis.

### ACTUS QUINTI SCENA SECUNDA.

DORDALUS, SAGARISTIO, LEMNISELENE,  
PÆGNIUM.

Do. Qui sunt, qui erunt, quique fuerunt, quique futuri sunt  
posthac, [vivam].  
Solus ego omnibus antideo facile, miserrimus hominum ut

Do. Ego solus antecedo longe calamitate universos, qui virunt, qui vixerunt,  
quique vivent deinceps, et sum infelissimus omnium hominum. Occidi! sum per-

Perii ! interii ! peſſumus hic mihi dies hodie illuxit ! corruptor

Ita me Toxilus perfabricavit, itaque meam rem divexavit.  
Vehiculum argenti miser ejeci, amisi : neque quamobrem  
ejeci, habeo. 5

Qui illum Persam, atque omnes Persas, atque etiam omnes personas [concivit.

Male Di omnes perdant ! ita miser ! Toxilus haec mihi  
Quia ei fidem non habui argenti, eo mihi eas machinas mor-  
litu 'st :

Quem pol ego ut non in cruciatum, atque in compedis co-  
gam, si vivam,

Siquidem huc unquam herus redierit ejus, quod spero : sed  
quid ego aspicio ? 10

Hoc vide ! quae haec fabula est ? pol hic quidem potant :  
aggregiar : o bone vir,

Salveto, et tu bona liberta ! To. Dordalus hic quidem est.  
SA. quin jube adire.

To. Adi, si libet : agite, applaudamus. Dordale, homo  
lepidissime, salve.

Locus hic tuus est, huc accumbe : ferte aquam pedibus :  
præben' tu, puere ?

*ditus ! hic dies mihi affulxit infortnatissimus : adeo nequissimus Toxilus me lusit  
suis fabricis ; adeo exvertit meas fortunas. Infelix emisi plaustrum plenum pecu-  
nia ; perdidis : neque video quare emisi. Universi Dii interimant male illum Per-  
sam, et omnes Persas, et etiam omnes personas ! Ita infelix ! Toxilus mihi con-  
flavit haec. Quia ei non credidi pecuniam, idcirco in me instruxit has artes : quem  
ego ut non compellerem in pœnas atque vincula, si vivam, si ejus herus reversus fuerit  
huc aliquando, sicut est spes. Sed quid ego conspicor ? cerne hoc ! quale est hoc  
spectaculum ? Hic prefecto pergracantur. Conveniam ! Salvus sis, o bone vir, et  
tu bona liberta ! To. Adest prefecto Dordalus. SA. Jube eum accedere. To.  
Accede, si placet. Agite ! edamus plausum. Dordale, homo scitissime, sis sal-  
vus. Est hic tuus locus ; huc accumbe. Date aquam pedibus. Infunde tu, o puer !*

\*\*\*\*\*

1 Voc. qui erunt pro gloss. habet Parens.—4 B. 1. atque meam.—5 Pl. ejeci  
amisi neque q. ejeci.—7 B. 1. et Pist. ita misera Toxilus haec.—11 C. quae haec  
famula st.—12 Salveto [lacuna] et tu C. Verbum est deest in B. 1. jubes adire

#### NOTÆ

2 Antideo] Pro, anteo.

4 Perfabricavit] Id est, fabricis et dolis perdidit.

5 Vehiculum argenti miser ejeci] 14 Ferte aquam pedibus] Toxilus ir-

Id est, quasi me meæ felicitatis pi-  
geret, ipse coëgi prædones abducere  
plaustrum pecuniæ plenum.

- Do.** Ne sis me uno digito attigeris, ne te ad terram, scelus,  
affligam. 15
- PÆ.** At tibi ego continuo cyatho oculum excutiam tuum.
- Do.** Quid ais, crux, stimulorum tritor? quomodo me ho-  
die vorsavisti! [adita'st!]
- Ut me in tricas conjectisti! quomodo de Persa manus mihi
- To.** Jurgium hinc anferas, si sapias. **Do.** at, bona liberta,  
hæc scivisti,
- Et me celavisti? **LE.** stultitia'st, quoi bene esse licet, eum  
prævorti 20
- Litibus: posterius istæc te magis par agere'st. **Do.** uritur  
cor mihi.

**Do.** Ne me attigeris, si ris, vel extremo digito, nequam, ne te prosternam solo.  
**PÆ.** At ego tibi eruam jamjam tuum oculum hac patera. **Do.** Quid dicas, crux,  
iu cuius tergum deteruntur verbera? Quomodo me ludificasti hodie! quomodo me  
compulisti in fraudem! quomodo me deceperisti specie amicitia in Persa! **To.** Tolle  
hinc rixus, si sanus es. **Do.** At bona liberta, novisti hæc, et me celavisti? **LEM.**  
Est amentia rixari eum, qui potest frui voluptatibus. Est satius movere ista postea.

al. ap. Pareum.—13 *Adis jubet* B. 1.—14 C. *acumbe*.—15 Al. ap. Pareum,  
adfigam scelus.—16 Pronomen *hoe* deest in B. 1. *ciatho* C. *cithata* C. 2.—  
18 C. *trichas*; C. 2. *thrichas*. B. 1. *addita est*; Pl. *additast*.—20 *Ea me* B. 1.

#### NOTÆ

ridet lenonem; neque enim pedibus,  
sed manibus danda est aqua. Quan-  
quæ autem subesse potest jocus,  
quod dandum aquam pedibus, non  
manibus dicat; tamen dabatur olim  
non solum manibus, sed etiam pedi-  
bus: nimirum, cum convivæ non se-  
derent, sicut nos, sed decenberent in  
lectis stratis tapete aliquo pretioso,  
detrahebantur calces pedibus convi-  
varum; et, si pulvere aut sordibus  
inquinarentur pedes, abluebantur.

17 *Vorsaristi*] Id est, vexavisti.  
Sed sic vexavit, ut omnem in partem  
vexando exagitavit.

18 *Ut me in tricas conjectisti*] Id  
est, intricavisti, impeditisti laqueis  
tuis. ‘Trica’ proprie est faniculus,  
quo inserunt, sen collum, seu pedes  
aves in auenio: trica est et fanicu-  
lus, quo inseruntur margaritæ. Unde

Ulpiano, ‘margaritæ extreatae,’ sunt  
margaritæ linea sua expeditæ.

*Manus mihi adita'st*] Olim paupe-  
res, quibus nihil erat, quod numini  
offerrent, osculabantur vel numinis  
manum si possent, vel certe suam ip-  
sorum manum. Hinc ‘adire manum’  
dictum est, pro nihil dare. Et illi  
quidem nihil dabant, quia non erat  
quod darent: sed hi, de quibus in  
Plauto, eum sit quod dare possint,  
nihil dant, frandantque expectatio-  
nem eorum, qui ab iis recipere ali-  
quid gestiunt.

20 *Prævorti Litibus*] Se conferre ad  
lites. Plinius viii. 31, refert, in tem-  
plo Delphico, inscriptum fuisse, co-  
MITEM. AERIS. ALIENI. ATQVE. LITIS  
ESSE. MISERIAM. Alii legunt: *Comi-  
tem aeris alieni atque litis, nempa  
sponsorem, esse miserum.*

To. Da illi cantharum: extingue ignem, si cor uritur, caput ne ardescat. [tibi dari, Pægnium?]  
Do. Ludos me facitis, intellego. To. vin' cinædum novom  
Quin elude, ut soles, quando liber locu'st hic.  
Hui! babæ! basilice te intulisti et facete. 25  
PÆ. Decet me facetum esse: et hunc irridere  
Lenonem lubido 'st, quando dignu'st.  
To. Perge, ut cœperas. PÆ. hoc, leno, tibi.  
Do. Perii! perculit me prope. PÆ. hem, serva rursum.  
Do. Delude, ut lubet, herus dum hinc abest. 30  
PÆ. Viden', ut tuis dictis pareo?  
Sed quin tu meis contra item dictis servis,  
Atque hoc, quod tibi suadeo, facis? Do. quid est id?  
PÆ. Restim tu tibi cape crassam, ac suspende te.  
Do. Cave sis me attingas: ne tibi hoc scipione 35  
Malum magnum dem. PÆ. utere, te condono.  
To. Jam jam, Pægnium, da pausam \*\*\*  
Do. Ego pol vos eradicabo. PÆ. at te ille, qui supra nos  
habitat, [ego.  
Qui tibi male volt, maleque faciet: non hi dicunt, verum  
Do. Pectus mihi flagrat! To. Trade illi cantharum: si pectus ardet, compesce  
ignem, ne caput inflammetur. Do. Me ludificatis, intelligo. To. Visne tibi dari  
novum cinædum, Pægnium? Suffurare, ut consueristi, quandoquidem hic locus est  
liber. Hui! babæ! intrasti huc regio fastu, et magnifico. PÆ. Oportet me esse  
magnificum: et lubet illudere huic lenoni, quia meretur. To. Persequere ut in-  
stitueras. PÆ. Hoc tibi, leno. Do. Occidi! me ferme percussit. PÆ. Hem!  
tene id rursum. Do. Illude mihi ut lubet, interea dum herus ubest. PÆ. Videsne, ut  
obtempero tuis jussis? Sed quare tu contra non obsequris meis jussis, et non agis  
id quod tibi præcipio? Do. Quid est id? PÆ. Tu accipe funem crassum, ac te  
suspende. Do. Vide, si vis, ne me tangas: ne tibi impingam magnum malum  
hoc buculo. PÆ. Percute, per me licet. To. Pægnium, fac jam jam intermissionem.  
Do. Ego profecto vos perdam. PÆ. Sed ille qui manet supra nos, et qui  
tibi infensus est, te puniet male. Non hi convivæ tibi dicunt id, sed ego. To.

---

C. C. 2. Ven. 1. prærosti C. 2.—21 Pl. istu hæc.—27 B. 1. dignus est.—  
28 Acidal. hem, leno, tibi.—29 C. em servata sum; Parei 3. em servo rursum.—  
30 Delube C. et C. 2. crux dum hinc B. 1.—32 I sed quin C. C. 2. Parei 3.—  
33 Pronomen tibi deest in C. quid id cst B. 1.—34 Restim tibi, omissio tu,  
al. ap. Pareum.—35 C. 2. attigas; et sic Parei 3.—36 Malum magnum de-  
milttere te condono B. 1.—37 Nullum hic lacunæ signum appetet in B. 1.—

## NOTÆ

37 *Da pausam*] Id est, intermitte nem operis mox resumendi significat:  
illudere homini. ‘Pansa’ Græcum nos, puuse.  
est, et cessationem, seu intermissionem,

To. Age, circumfer mulsum : bibere da usque plenis cantharis. 40

Jamdiu factum est, postquam bibimus : nimis diu sicci sumus.

Do. Di faciant, ut id bibatis, quod vos nunquam transeat.

PÆ. Nequeo, leno, quin tibi saltem staticulum dem, olim quem Hegea [volo

Faciebat: vide vero, si tibi satis placet. SA. me quoque Reddere, Diodorus quem olim faciebat in Ionia. 45

Do. Malum ego vobis dabo, nisi abitis. SA. etiam muttis, impudens ?

Jam ego tibi, si me irritassis, Persam adducam denuo.

Do. Jam taceo hercle: atque tu Persa es, qui me usque admutilavisti ad cutem.

To. Tace, stulte: hic ejus geminus est frater. Do. hiccine'st ? To. ac geminissimus.

Do. Di Deæque et te, et geminum fratrem excrucient. SA. qui te perdidit : 50

Nam ego nihil merui. Do. at enim, quod ille meruit, tibi id obsit volo. [non opu'st.

To. Agite, sultis, hunc ludificemus, nisi non dignu'st. SA.

*Age! circumfer mulsum: infunde potum plenis scyphis. Non bibimus a longo tempore: jampridem sitimus. Do. Dii faciant, ut bibatis id, quod vos nunquam reddatis. PÆ. Leno, non possum non saltare in tuam gratiam sallem hunc staticulum quem saltabat olim Hegea. Observa, si tibi placet satis. Ego cupio etiam saltare eum quem Diodorus faciebat olim in Ionia. Do. Dabitis mihi pœnas, nisi fugiatis. SA. Obloqueris autem, impudens? Si mihi moveris bilem, ego tibi accersam denuo Persam. Do. Sile jam. Et tu es Persa, qui me abrasisti usque ad cutem. To. Sile, insane! hic est ejus frater geminus. Do. Hicne est? To. Ac geminissimus. Do. Dii Deæque te perdant, et te et tuum fratrem geminum. SA. Qui te perdidit: nam ego nihil peccavi. Do. Sed utinam id, quod perpetravit, tibi noceat. To. Agite, si libet; illudamus huic, nisi est indignus. SA. Non*

\*\*\*\*\*

40 C. cantaris.—41 C. nimi diu; τὸ διν deest in C. 2.—43 Voc. dem deest in B. 1. C. et C. 2.—45 Diodorus olim faciebat mionia, omisso quem, B. 1.—48 C. ad custem; C. 2. ad curtem.—49 C. geminissimus.—52 Pl. nisi si dignust.—

#### NOTÆ

43 *Staticulum dem]* Staticuli sunt appellabant a 'stando.'  
saltationes statariæ quædam, non proinde motoriæ; quales erant in eo genere chori, quod Graci Στάσιμον

Hegea] Pareus, Τύελα, Hygen, satitas. Sed Hegea et Diodorus vindentur potius magistri saltandi.

LE. At me haud par est. To. eo credo, quia non inconciliavit, cum te emo.

LE. Attamen. To. non tamen: cave ergo sis malo, et sequere me,

Te mihi dicto audientem esse addeccet: nam hercle absque me. 55

Foret et meo praesidio, hic faceret te prostibilem propediem. Sed ita pars libertinorum est, nisi patrono qui advorsatus est, [tus:

Nec satis liber sibi videtur, nec satis frugi, nec satis honesti id efficit, ni ei male dixit, ni grato ingratius repertus est.

LE. Pol benefacta tua me hortantur, tuo ut imperio pararam. 60

To. Ego sum tibi patronus plane, qui huic pro te argentum dedi.

Pro hisce hunc volo ludificari. LE. meo ego in loco sedulo curabo.

Do. Certo illi homines mihi nescio quid mali consulunt, quod faciant. SA. heus vos.

To. Quid ais? SA. hiccine Dordalus est leno, qui hic liberas virginis?

*est opus. LEM. Sed non est par me ei illudere. To. Quando videlicet te emi, non obfuit. LEM. Attamen. To. Omitte tuum 'attamen!' cave ergo, si vis, a malo, et me sequere. Aequum est te mihi obtemperare: nam sine me et meo praesidio, hic brevi te reddidisset prostibulum. Sed maxima pars libertorum est ejusmodi: nemo sibi videtur esse, aut satis liber, aut satis probus, nec satis honestus, nisi qui aduersetur patrono: nisi sic agat, nisi ei convicietur, nisi inventus est immemor beneficii accepti. LEM. Tua beneficia me sunnmonent, ut obtemperem tuis mandatis. To. Ego sum omnino tuas patronus, qui dedi huic pecuniam pro te. Idcirco cupio huic a te illudi. LEM. Ego operam dabo sedulo, ut faciam meo loco. Do. Profecto illi consilium capiunt de mihi facessendo nescio quo negotio. SA. Hcus vos! To. Quid dicis? SA. Estne hic Dordalus leno, qui virginis liberas? Hicne est qui fuit*

-----  
 53 C. et C. 2. *inconcilia ut cum, &c.*—54 Pl. *non tamen* [lacuna] *cave, &c.*—56 C. 2. *prostibilem*; al. *prostibulum*.—58 Hic versus et sequens transpositi sunt in edd. quibusdam vett.—59 *Ni illi offuit, vel officit, al. ap. Pareum.*—61 Al. ap. Pareum, *argentum pro te.*—62 [Lacuna] *hicc hunc, &c.* Pl. [Lacuna] *hic est hunc C. 2. Hic est hunc B. 1. absque lacuna. Mox, ludificari C. 2.*—63 Al. ap. Pareum *conciunt quid.* Mox, Pl. *quid faciant.* B. 1. heu

#### NOTÆ

53 *Quia non inconciliavit*] Quia impedit, quoininus te emerem. Iro- 56 *Faceret te prostibilem*] Alii, pro-  
stibulum, id est, prostibulum.  
nice id dictum a Toxilo.

Hiccine est, qui fuit quondam fortis? Do. quæ hæc res  
est? hei! colaphum icit. 65

Malum vobis dabo. To. at tibi nos dedimus, dabimusque  
etiam. Do. hei! nates pervellit.

PÆ. Licet: diu sœpe sunt expunctæ. Do. loquere tu  
etiam, frustum pueri?

LE. Patrone, i intro, amabo, ad cœnam. Do. mea igna-  
via, tu nunc me irrides?

LE. Quiane te voco, bene ut tibi sit? Do. nolo mihi bene  
esse. LE. ne sit.

To. Quid igitur, sexcenti nummi quid agunt? quas turbas  
danunt! 70

Do. Male disperii! sciunt referre probe inimico gratiam.

To. Satis sumsimus supplicii jam. Do. fateor, manus vo-  
bis do. To. et post dabis

Sub furcis: abi intro. SA. in crucem. Do. an me hic  
parum exercitum

*olim formosus? Do. Hci! impingit alapam. Vobis accersum malum. To. Sed  
nos tibi dedimus, dubimusque adhuc. Do. Hei! vellicat nates. PÆ. Licet!  
compunctæ sunt sœpe jampridem. Do. Tu etiam garris, frustum pueri? LEM.  
Patrone, ingredere, quæso, ad cœnam. Do. Miki illudis nunc propter meam ignavia?  
LEM. Au quia te invito ad latitiam? Do. Nolo latari. LEM. Ne latcris!  
To. Quid ergo! quid faciunt sexcenti nummi? Quos tumultu concitan?  
Do. Male disperii! Norunt optimè significare inimico animum gratiam.  
To. Nobis dedit satis pœnatum. Do. Confiteor me esse victum. To. Et postea  
dabis manus ad furcas. Ingredere. SA. In crucem. Do. Nonne me his satis*

ros.—64 B. I. qui illic l. v. mercatur; Pll. etiam mercatur.—65 *Hi si ne est*  
*Pll. hei, κολαφίζει* Tānbm. ei colaphum icit Pll. hei, colapho me icit al. ap. Pa-  
rennū; *hei colapho icit* al. ibid.—66 Pll. ei nates.—67 *Licet jam diu* B. I.  
Mox, idem codex frustrum.—68 *Petrone intro* B. I. *Patronem intro* C. et C.  
2. *Patrone mi i intro Parei* 3.—69 *Quia nec te rolo* B. I.—70 Pll. quid acunt.  
—73 B. I. *an ne hie hie parum feci.* DOR. *Tum iste habent;* C. *an me h. p. e.*

## NOTÆ

65 *Colaphum icit*] Id est, impin-  
git.

66 *Hei! nates pervellit*] ‘Pervel-  
lere’ est summam entem extremis  
digitis invadere, et premere fortiter.

67 *Frustum pueri*] Id est, pusio.  
Per contemptum.

72 *Manus vobis do*] ‘Dare manus’  
est cedere, et se inferiorem fateri.  
Virgilins, ‘Vicisti, et victimum tendere  
palmas Ansonii videre.’ Horatins,  
'Jam jam efficaci do manus scientie  
Supplex, et oro.'

Hisce me habent? To. convenisse te **Toxilum** memineris.  
Spectatores, bene valete: leno periit. Plaudite. 75

*exercuerunt malis?* To. *Recordatus fueris te incidisse in manus Toxili. Spectatores, valete bene: leno periit, Plaudite.*

\*\*\*\*\*

*hisce me habent;* C. 2. *an me hic parum. Feci tum habent.*—74 B. 1. *toxilum me;* Pll. *conven. t Toxilum me spectat;* C. 2. *Toxilum me [lacuna].*—75 C. et C. 2. *Plaudite Pantio.*

#### NOTÆ

75 *Plaudite]* Hoc ultimo versu est Epilogus Persæ.

M. ACCII PLAUTI  
R U D E N S.

---

---

DRAMATIS PERSONÆ.

ARCTURUS, *Prologus.*  
SCEPARNIO, *Servus.*  
PLEUSIDIPPUS, *Adolescens.*  
DÆMONES, *Senex.*  
PALÆSTRA, } *Mulieres.*  
AMPELISCA, }  
SACERDOS, *Anus.*  
PISCATORES.  
TRACHALIO, *Servus.*  
LABRAX, *Leno.*  
CHARMIDES, *Parasitus.*  
LORARI.  
GRIPUS, *Piscator.*

---

ARGUMENTUM, UT QUIBUSDAM VIDETUR, PRISCIANI.

*Reti piscator de mari extraxit vidulum,  
Ubi erant herilis filiae crepundia,*

*Piscator eduxit de mari vidulum in reti, in quo erant crepundia natæ sui heri,*

---

1 Rete B. 1. C. 2. S. Lips. Ven. 1. de mare Parei 3. extraxit de mare

NOTÆ

1 *Piscator*] Gripus servus Dæmonis civis Atheniensis, exulis apud Cyrenas, patris Palæstræ.

Vidulum] Vidulus erat saccus coriaceus, in quo includebantur a peregrinantibus, aut sedem mutantibus,

*Dominum ad lenonem quæ surrepta venerat.*

*Ea in clientelam suipte imprudens patris*

*Naufragio ejecta devenit: cognoscitur,*

*Suoque amico Pleusidippo jungitur.*

5

*quæ rapta fuerat, et venerat in potestatem lenonis. Illa naufragio impulsa in littus, incidit insciens in tutelam sui ipsius patris. Cognoscitur a suis, et nubit Pleusidippo suo amatori.*

Lamb. *vidulum Parei* 3. contra codd.—3 S. Lips. *subrupta*; C. *surrepta*; C. 2. *surrepta*.—4 *Ea in c. suscepta* S. Lips. B. 1. Ven. 1. Ven. 1518. *Ea in c. suspte* C. *Ea in c. suscepta* C. 2.

#### NOTÆ

viæ necessaria. Idem erat quod bulga, pera, hippopera, marsupium: *une videlicet, Cyrenarum lenonem, cui vendita fuerat Palæstra a suo rapportore, qui eam Athenis Cyrenas detulerat.*

3 *Domi:um ad lenonem*] Labracem

#### ALIUD ARGUMENTUM CAMERARII.

NOMEN Fabulæ ex re inditum. Introducitur enim pescator, qui in mari ceppisset vidulum. Funes autem nanticos atque omnino grandiores, rudentes dixere, sive a strepitu, seu aliunde. Argumentum tale est: Amiserat parvulam filiam civis quidam Atheniensis, ea venicerat lenoni Cyrenensi. Pater hujus injuriis civium snorum ad inopiam redactus, Athenis sese Cyrenas contulit. Puellam Atticam amat adolescens, et redimere vult: sed leno spe majoris luceri clanculum in Siciliam avchere illam parat. Navi antem fracta, hæc et altera quædam conserva ipsius, ad littus Cyrenaicum in scapha referuntur: et leno rejicitur fluctibus; omnibus, quæ secum auferre voluerat, bonis amissis. Repertas autem puellas ad fanum Veneris abducere vult. Quibus senex ille Atticus opem fert, ignarus adesse filiam suam. Supervenit adolescens, lenonem in jus rapit. Senex filiam cognoscit de crepundiis inditis in vidulum, quem servus senis illius de mari extraxerat captum reti. Tum prospera contingunt omnibus omnia. Uxorem ducit puellam amatam adolescens: lenoni pecunia redditur: et pescatori conciliatur libertas.

#### A R C T U R U S

##### PROLOGUS.

QUI gentes omnes, mariaque et terras movet,  
Ejus sum civis civitate cœlitum.

*Sum municeps urbis cœlestis, in qua habito cum eo qui regit cunctas nationes,*

##### NOTÆ

2 *Ejus sum civis*] Id est, concivis Jovis; ut nos vernacula diccremus,

Ita sum, ut videtis, splendens stella candida,  
 Signum quod semper tempore exoritur suo,  
 Hic atque in cœlo : nomen Arcturo est mihi. 5  
 Noctu sum in coelo clarus, atque inter Deos :  
 Inter mortales ambulo interdius.  
 Et alia signa de cœlo ad terram accidentunt.  
 Qui est imperator Divum atque hominum Juppiter,  
 Is nos per gentis alium alia disparat, 10  
 Hominum qui facta, mores, pietatem et fidem  
 Noscamus : ut quemque adjuvet opulentia ;  
 Qui falsas lites falsis testimoniis  
 Petunt ; quique in jure abjurant pecuniam :  
 Eorum referimus nomina exscripta ad Jovem. 15  
 Cotidie ille scit, quis hic quærat malum :  
 Qui hic litem adipisci postulant perjurio,  
 Mali res falsas qui impetrant apud judicem :  
 Iterum ille eam judicatam judicat,  
 Majore mulcta mulctat, quam litem auferunt. 20

*mare et terram. Idecirco sum, sicut ceruilis, sidus clarum et lucidum ; sum signum quod sese ostendit semper suis horis, in terra et in cœlo. Vocor Arcturus ; taceo per noctem in cœlo, et inter Deos : roror per diem inter homines. Cetera etiam signa descendant de cœlo in terram. Ille Jupiter, qui est rex Dvorum et hominum, nos distribuit omnes in suam quenque nationem, ut videamus actiones, instituta, religionem, et fidem hominum ; et qua ratione quiris utatur opibus : referimus ad Jovem illorum nomina exscripta, qui moveant lites injustas falsis testibus, et qui negant interposito jurcjurando falso apud judicem sese accepisse pecuniam. Ille audit singulis dictibus, quis sibi accersat pœnas : qui exoptant vincere illuc litem perjurio in terris ; qui obtinent res indebitas a prætore : ille judicat rursus rem que judicata est ; afficit eos qui vicernunt litem graviore supplicio, quam si recti fuissent lite. Habet*

3 *Ita ut B. 1. ut vid. sum S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. ridete C.—4 C. suo exoritur. Both. interpungit suo. Hic atque in cœlo nomen, &c.—6 Ven. 1518. interdus.—7 Et inter S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. ambulogue conj. Camer. ambulod Both. ambulo et inter deos Ven. 1518.—8 Ven. 1. Ven. 1518. Donz. aliæque vett. occidunt.—9 Ven. 1518. Dirom.—10 S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. gentis ; al. gentes. Ven. 1518. et Lamb. alium in alia ; Schneider alium aliuta ; Camer. conj. alium quidem alia.—11 Qui facta hominum C. C. 2. B. 1. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. qui mores Ven. 1518.—12 S. Lips. quenque.—13 Qui falsas hominum C. C. 2. litis S. Lips. Ven. 1.—16 Cottidie Pll. hic sibi Ven. 1518. quæril Schneider.—17 Bas. 2. Lamb. Both. apisci. C. pelorio : C. 2. peiorio ; B. 1. Ven. 1. Ven. 1518. Bas. 2. Lamb. perjurio.—18 Al. ap. Parenm, falsas-*

## NOTÆ

*concitoyen de Jupiter.**τὴν τοῦ ἄρκτου οὐρὰν, quia est ad cau-**5 Arcturo] 'Arcturus' dicitur, παρὰ dam majoris ursæ.**Delph. et Var. Clas.**Plaut.*

1 X

Bonos in aliis tabulis exscriptos habet.  
 Atque hoc scelesti in animum inducunt suum,  
 Jovem se placare posse donis, hostiis:  
 Et operam et sumtum perdunt: id eo fit, quia  
 Nihil ei acceptum est a perjuris supplicii. 25  
 Facilius, si qui pius est, a Dis supplicans,  
 Quam qui scelestus est, inveniet veniam sibi.  
 Idecirco moneo vos ego haec, qui estis boni,  
 Quique ætatem agitis cum pietate et cum fide,  
 Retinete porro; post factum ut lætemini. 30  
 Nunc, huc qua causa veni, argumentum eloquar.  
 Primum dum huic esse nomen urbi Diphilus  
 Cyrenas voluit: illic habitat Dæmones  
 In agro atque villa proxima propter mare,  
 Senex, qui hoc Athenis exul venit, haud malus: 35

*bonos inscriptos in aliis tabulis. Et improbi quidem arbitrantur se posse lenire Jovem muneribus et victimis. Perdunt et operam et sumtum, quia nulla oratio, que fit a perjuris, est grata Jovi. Si qui orat Deos est pius, obtinebit facilius veniam a Diis, quam illi qui est impius. Itaque ego vos admonitus vole horum. O vos, qui estis probi, et qui ducitis vitam pliam et fidelem, perseverate porro in hoc instituto; ut gaudetis, postquam ita vixeritis. Nunce exponam Argumentum cuius gratia veni hic. Primum Diphilus voluit appellari hanc civitatem Cyrenas. Dæmones manet illic in prædio, atque in villa finitima juxta mare. Est bonus senex, qui, pulsus in exilium, venit hoc Athenis. Hic non abest a civitate*

---

*que imp. ad judicem.—20 S. multa multat. Vulgg. multa multat; Lips. Ven. 1518. multa multat,—21 Ed. Carpentarii, in albis.—22 Ven. 1518. in animum scelesti inducunt; Bas. 2. Lamb. scelesti illi in animum inducunt; Schneider, sc. inducunt in animum suum; S. Ven. 1. ut in textu nostro; indicunt C. et C. 2. illi deest in I'll. et Leid.—23 Ven. 1518. placare se. B. 1. C. 2. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. posse omnibus hostiis; Camer. in uno Pal. legit, hecatombis hostiis.—24 S. Lips. perdunt. Ven. 1518. atque id ideo.—25 C. C. 2. S. Lips. Ven. 1. Ven. perjuris supplicii.—26 Ven. 1518. non habet si qui. S. Lips. B. 1. C. 2. plus est.—28 Idcirco B. 1. S. Ven. 1. ego deest in S. a m. pr. quive estis Lips. et S. a m. sec.—29 C. agitis completate et fide.—30 S. Lips. B. 1. porro est factum.—33 S. Lips. Ven. 1. habiture; B. 1. S. et Lips.*

## NOTÆ

23 *Donis*] ‘Dona’ proprie Dei dicuntur; ‘munera’ hominum. *Donatus*: ‘Donum Deorum, est; præmium, virorum fortium; munus, hominum.’ Hoc loco poëta innuit puris manibus esse munera Deo offerenda. Cicero: ‘Impius ne audetoplacare donis iram Deorum.’

25 *Supplicii*] Id est, Supplicationis, orationis. Sallustius: ‘In suppliciis Deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles erant.’ Ibid. ‘Non votis neque suppliciis muliebribus auxilia Deorum parantur. Vigilando, agendo, bene consulendo, prospera omnia cadunt.’

Neque is adeo propter malitiam patria caret :  
 Sed, dum alios servat, se impedivit interim :  
 Rem bene paratam comitate perdidit.  
 Huic filiola virgo periit parvola,  
 Eam de prædone vir mercatur pessumus, 40  
 Is eam huc Cyrenas leno advexit virginem.  
 Adolescens quidam civis hujus Atticus  
 Eam vedit ire e ludo fidicino domum.  
 Amare occœpit : ad lenonem devenit,  
 Minis triginta sibi puellam destinat, 45  
 Datque arrhabonem, et jurejurando alligat.  
 Is leno, ut se æquum est, flocci non fecit fidem,  
 Neque quod juratus adolescenti dixerat.  
 Ei erat hospes, par illius, Siculus, senex  
 Scleustus, Agrigentinus, urbis proditor : 50  
 Is illius laudare infit formam virginis,  
 Et aliarum itidem, quæ ejus erant mulierculæ.  
 Infit lenoni suadere, ut secum simul  
 Eat in Siciliam : ibi esse homines voluptarios  
 Dicit: potesse ibi fieri cum divitem : 55

*propter improbitatem, sed sibi nocet dum prodest aliis. Amisit rem bene partam urbanitatem. Perdidit parram virginem filiam. Leno homo nequissimus eam emit de raptore; is affert virginem Cyrenas. Quidam juvenis Athenicensis hujus civis, eam conspicuit est ire donum e schola fidicinum. Cœpit amare: adivit lenonem: coenit puellam triginta minis, et dat arrhabonem, et constringit lenonem sacramento. Is leno, ut est dignum lenone, nihil facit fidem, et id quod pollicitus erat juveni, interposito jurejurando. Habet hospitem, senem Siculum Agrigentum similem sibi, nequam, proditorem cicitatis: hic incipit prædicare pulchritudinem Palestræ, et aliarum mulierum quas habebat. Dicit se suadere lenoni, ut eat secum in Siciliam: dicit ibi esse homines deditos voluptatibus: cum posse eva-*

*demonem.—35 Athenis huc Ven. 1518.—37 S. et Lips. impediunt.—38 Rem b. partam Ven. 1. et ed. Carpentarii, contra eodd.—39 Huic Both. olim virgo Lips. et Schneider. olim filiola Ven. 1518.—40 Ven. 1518. mercatust.—41 Pro leno, B. 1. et S. habent virgo.—42 B. 1. S. Lips. Ven. 1. hujus civis. B. 1. Ven. 1518. Atticos; S. Lips. attichos.—43 PII. B. 1. S. Lips. al. fidicinio.—46 Datque deest in S. a m. pr. arrabonem C. C. 2. S. Ven. 1518. arrabonem Ven. 1. Bas. 2. Lamb.—47 S. Lips. æquumst.—49 Eji erat Lamb. Erat hospes ei Both. Ei erat lenoni hospes Ven. 1518. Pro par illius, S. Lips. Ven. 1. habent parvi; Ven. 1518. paternus; B. 1. C. C. 2. parvi siculus.—50 B. 1. S. Lips. agri geminus.—51 Sicillam C. voluptuarios Lips. et S. a*

## NOTÆ

45 *Puellam destinat*] ‘Destinare’ alium diem pretio.  
 est ‘emere’ data arrha, et delato in

Ibi esse quæstum maximum meretricibus.  
 Persuadet : navis clanculum conducitur.  
 Quicquid erat, noctu in navem comportat domo  
 Leno : adolescenti, qui puellam ab eo emerat,  
 Ait sese Veneri velle votum solvere. 60  
 Id hic est fanum Veneris, et eo ad prandium  
 Vocavit adolescentem huc : ipse hinc illico  
 Conscendit navem, avehit meretriculas.  
 Adolescenti alii narrant, ut res gesta sit :  
 Lenonem abivisse : ad portum adolescens venit : 65  
 Illorum navis longe in altum abscesserat.  
 Ego, quoniam video virginem asportarier,  
 Tetuli ei auxilium et lenoni exitium simul :  
 Increpui hybernum, et fluctus movi maritimos.  
 Nam Arcturus signum sum omnium acerrum : 70  
 Vehemens sum exoriens ; cum occido, vehementior.  
 Nunc ambo in saxo, leno atque hospes, simul  
 Sudent ejecti : navis confracta est ibus.

*dere ibi locupletem: meretrices facere ibi maximum quæstum. Persuadet. Conducitur navis clam. Leno effert per noctem e teclis quicquid habebat in navem : dicit juveni qui mercatus fuerat puellam ab eo, sese optare persolvere Veneri quod ei roverat. Illud templum est templum Veneris. Hic leno invitavit huc juvenem ad prandium. Leno statim hinc sese confert in narem, auferit meretriculas. Alii nuntiant juveni, quemadmodum res sit gesta ; lenonem fugisse. Adolescens vent ad portum : sed illorum navis processerat longe in mare. Sed quia ego conspicor auferri virginem, ei opem fero, et una perniciem lenoni : conflavi tempestatem, et concitavi fluctus maris. Nam sum Arcturus, signum turbulentissimum omnium. Quando exerior, sum incitatus ; quando occido, incitator. Nunc ambo leno et hospes considerant una in rupe ejecti. Eorum navis est fracta. Illa autem virgo,*

\*\*\*\*\*  
 m. sec.—55 C. C. 2. B. 1. S. Lips. Ven. 1. *eum fieri* ; Ven. 1518. *eum brevi fieri*.—58 Ven. 1518. *navim*.—60 *Ait se* Lamb.—61 *Hic id al. ap. Pareum. Veneris fanum* B. 1. S. Lips. *V. phanum* Ven. 1. *ex eo* Lips. et pro var. lect. in S.—62 *Pro huc, nonnulli hunc, alii hinc* ; *et pro hinc*, S. Lips. et Ven. 1. *habent hunc* ; ed. Carpenterii *hanc*. *Pro illico*, Both. *e loco* ; Lips. et Ven. 1. *ilico*.—63 *Navem* *conscendit* Bas. 2. Lamb. Both. *contra codd. atque avehit Lips. et Schneider. avenir* C. et C. 2.—65 *Lenonemque* Ven. 1518. *abiisse* S. Lips. C. 2. Ven. 1. Ven. 1518. *abisse* C.—67 *Ego, quando* Ven. 1518.—68 *Tetuli* *cii* Schneider. *Tetuli* *et* S. Lips. *Te tuli* *et* B. 1. *Tetuli ei* Ven. 1. Ven. 1518. al. *vett.*—70 *Nanque* Bas. 2. Lamb. *signum Arcturus Schneider. omnium sum idem* ; *omnium deest in quibusdam edd. quam acerrum* Ven. 1518.—72 *Nunc amabo Lips. illi* in Bas. 2. Lamb. *contra codd. hospes* *is* Ven. 1518.—73 *S. electi* S. Lips. *Pro ibus*, B. 1. S. et Lips. *habent sed* ; C. C. 2. Ven. 1.

## NOTÆ

73 *Ibus*] Iis.

Illa autem virgo, atque altera itidem ancillula,  
De navi timidæ desiluerunt in scapham. 75  
Nunc eas ab saxo fluctus ad terram ferunt,  
Ad villam illius, exul ubi habitat senex,  
Quo jus deturbavit ventus tectum et tegulas.  
Et servos illic est ejus, qui egreditur foras.  
Adolescens huc jam adveniet, quem videbitis, 80  
Qui illam mercatu'st de lenone virginem.  
Valete, ut hostes vostri diffidant sibi.

*atque altera ancilla item sese conjiciunt territæ de navi in scapham. Nunc undæ eas deferunt ab saxo ad terram, ad villam in qua manet senex exul, cujus tectum et tegulas ventus dejicit. Et ille, qui exit foras, est ejus servus. Adolescens quem videbitis huc venientem, est ille qui emit illam virginem de lenone. Valete, ut vestri hostes despondeant animo.*

\*\*\*\*\*

Ven. 1518. Both. iis.—74 Ven. 1518. *altera lenonis.* S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *ancilla.*—75 *De navi* desunt in Ven. 1518. *timide* Ven. 1. *desilierunt* Lamb.—77 *At villam* Ven. 1.—78 *Cujus* S. Lips. Ven. 1. *rentum* Ven. 1.—79 S. Lips. Ven. 1. *servus.*—81 S. Lips. *mercatus est.*—82 S. Lips. Ven. 1. *vestri;* C. C. 2. *vesteri.*

#### NOTÆ

74 *Virgo*] Palæstra.

*Ancillula*] Ampelisca.

---

## ACTUS PRIMI SCENA PRIMA.

#### SCEPARNIO.

PRO DI immortales! tempestatem cuiusmodi  
Neptunus nobis nocte hac misit proxuma!  
Detexit ventus villam: quid verbis opu'st?  
Non ventus fuit, verum Alcumena Euripidi:

*Sc. Pra Di immortales! quantas procellas nobis conflavit Neptunus hac nocte!  
Ventus abstulit tectum villæ: quid est opus verbis? Non erat ventus, sed Alcmena*

\*\*\*\*\*

1 C. C. 2. Ven. 1. *immortalis;* Ven. 1518. *immortaleis.* Ven. 1518. *quouis modi.*—3 B. 1. S. et Lips. *opus est.*—4 *Non r. fuit* Lamb. *alcmenæ urippidi* S. *alcmenæ urippidi* Lips. *alcmenæ euripidi* Ven. 1. *alcmenæ euripidi* Carpent.

#### NOTÆ

4 *Alcmena Euripidi*] Id est, tra- Alemena autem pariente Herculem gedia Euripidis, nomine ‘Alcmena,’ ex Jove, et Iphielum ex Amphitry-

Ita omnis de tecto deturbavit tegulas,  
Illustroris fecit, fenestrasque indidit.

5

*Euripidis; adeo dejecit cunctas tegulas de tecto: reddidit ædes clariores, et aperuit fenestras.*

—5 *Ita omnes* S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *omneis* Lamb. *de lecto* B. 1. *delecto* S. Lips. *de exulat* in Lamb.—6 *Illustriores* Ven. 1518. Lamb. *in indidit* C. 2. *Illustror is fecit* al. ap. Parenm; *fenestras quin dedit* al. ibid.

## NOTÆ

one, tanta est exorta tempestas, ut  
disjecerit tectum domus. *Euripidi,*  
antique pro ‘*Euripidis.*’ De hac tem-  
pestate ipse Plautus in *Amphytrione.*  
‘*Non ventus fuit, verum Alcmena Eu-*  
*ripidis,’ id est, Non ventus fuit, qua-*

lis interdum oriri solet; verum qua-  
lis ortus est, nutu Jovis, in partu  
Alcmenæ, de quo Euripides.

6 *Illustroris fecit*] Id est, fecit æ-  
des clariores dejectis tegulis.

## ACTUS PRIMI SCENA SECUNDA.

PLEUSIDIPPUS, DÆMONES, SCEPARNIO.

PL. ET vos a vostris abduxvi negotiis,  
Neque id processit qua vos duxi gratia,  
Neque quivi lenonem ad portum prehendere.  
Sed mea desidia spem deserere nolui:  
Eo vos, amici, detinui diutius. 5  
Nunc huc ad Veneris fanum venio visere,  
Ubi rem divinam se facturum dixerat.  
SC. Si sapiam, hoc, quod me mactat, concinnem lutum.  
PL. Prope me hinc nescio quis loquitur. DÆ. heus, Sce-  
parnio!

PL. *Et vos avocavi a vestris negotiis, et id cujus causa vos vocari non fluxit ex voto; nam non potui assequi lenonem apud portum. Sed notui deponere spem mea negligentia: idcirco, amici, vos remoratus sum diutius. Nunc contendeo huc ad templum Veneris in quo dixerat se sacrificaturum, ad videndum utrum sit. SC. Si sanus sum, subigam hoc lutum, quod me conficit. PL. Est aliquis qui loquitur hinc juxta me. DÆ. Heus! Scoparnio. SC. Quis me appellat meo nomine? DÆ.*

1 *Et vos et eis* Ven. 1. *vestris* S. Lips. *Et tuos a vestris* C. 2.—2 S. a m. pr. *vos dixi.*—3 C. C. 2. *ad portum lenonem.*—4 S. et Lips. *volvi.*—5 S. *divitiis.*—7 *Ubi deest* in Ven. 1. et Carpent. *Rem ubi* B. 1.—8 Lips. *sapientia.* Lips. et S. a m. pr. *muttat.* C. et C. 2. *mactet.*—9 Lips. *me hunc.* Mox, pro

**Sc.** Qui nominat me? **DÆ.** qui pro te argentum dedit. 10

**Sc.** Quasi me tuum esse servom dicas, Dæmones?

**DÆ.** Luto usu'st multo, multam terram confode:

Villam integundam intellego totam mihi:

Nam nunc perlucet ea, quam cibrum, crebrius.

**PL.** Pater, salveto, amboque adeo. **DÆ.** salvos sies. 15

**Sc.** Sed utrum tu mas an fœmina es, qui illum patrem

**Voces?** **PL.** vir sum equidem. **DÆ.** quære vir porro patrem.

Filiolam ego unam habui, eam unam perdidii.

Virile secus nunquam ullum habui. **PL.** at Di dabunt.

**Sc.** Tibi quidem herele, quisquis es, magnum malum, 20

Qui oratione hic nos occupatos occupies.

**PL.** Istieccine vos habitatis? **Sc.** quid tu id quæritas?

An quo furatum mox venias, vestigas loca?

**PL.** Peculiosum esse decet servom et probum,

**Qui te emit numerata pecunia.** **Sc.** Quasi innuas me esse tuum servum, Dæmones? **DÆ.** Opus est multo luto, effode multam terram: video mihi operiendam omnem villam; nam ea nunc est perforata crebrius quam cibrum. **PL.** Salsus sis, pater! adeoque ambo. **DÆ.** Salve. **Sc.** At tu, qui appellas eum patrem, esne mas an fœmina? **PL.** Profecto ego sum vir. **DÆ.** Vir, perge querere patrem. Fuit mihi una nata; ego eam perdidii unam. Nunquam mihi fuit illa proles sexus virilis. **PL.** Sed Dii dabunt. **Sc.** Dabunt tibi magnum malum, quisquis es, qui nos obtundis hic tua garrulitate, dum sumus intenti labori. **PL.** Manetisne vos hic? **Sc.** Quare rogas tu id? An observas loca in qua venias mox prædatum? **PL.** Est servi locupletis et boni hero præsente loqui, aut qui alloquatur inurbane

heus, B. 1. Ven. 1. heu. B. 1. S. Lips. Ven. 1518. *scipario*.—11 S. Lips. Ven. 1. Bas. 2. Lamb. *serrum*. Mox, *Dæmones* deest in Ven. 1. et in S. a m. pr.—12 B. 1. S. Lips. *usus est*; Ven. 1. Ven. 1518. Bas. 2. Lamb. *usus*, *omissus est*.—15 S. Lips. Ven. 1. *salsus*. S. Lips. Ven. 1. C. et C. 2. *sis*.—16 C. et C. 2. *tuas ne an*; B. 1. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *tu vir ne an*.—18 F. co C. *habivi* Both. nt conj. Camer. *eisque* Ven. 1518.—19 V. *sexus* B. 1. PL. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. Bas. 2. Lamb. etiam *Prisc.* ed. Krehl, p. 653.—21 B. 1. C. 2. S. Lips. Ven. 1. *nos hic*; Ven. 1518. Bas. 2. Lamb. *hic nos*. Schneid. *delet τὸ nos*.—22 *Iticine* Ven. 1. C. et C. 2.—23 Schneid. *delet mox*, *quod exhibent C. C. 2.* S. Ven. 1. Ven. 1518. *venias mox* Bas. 2. Lamb. *renias nor* Donz. i.e. noctu; *nor venias* Both.—24 Lips. et Schneider. *cum esse*. S. et Lips. *serrum*. Ven.

#### NOTÆ

15 *Pater*] *Dæmones* non est pater Plensidippi; sed quia juventutis recte institutæ est venerari senes ut patres, appellat etiam patrem *Dæmonem* Plensidippus.

19 *Virile secus*] Pro, virilem sexum. Varro: ‘*Secus pro sexus neutri generis, et unius casus.*’ Sallustius, A. Gellius, Ausonius, sic utuntur.

21 *Probum*] Antiphrasis.

|  |    |
|--|----|
| Quem hero præsente prætereat oratio ;                | 25 |
| Aut qui inclementer dicat homini libero.             |    |
| Sc. Et impudicum et impudentem hominem addecet,      |    |
| Molestum ultro advenire ad alienam domum,            |    |
| Cui debeatur nihil. DÆ. tace, Sceparnio.             |    |
| Quid opus, adolescens ? PL. isti infortunium,        | 30 |
| Qui præfestinet, ubi herus assit, præloqui.          |    |
| Sed nisi molestum 'st, paucis percontarier           |    |
| Volo ego ex te. DÆ. dabitur opera, atque in negotio. |    |
| Sc. Quin tu in paludem is, exsicasque arundines,     |    |
| Qui pertegamus villam, dum sudum 'st ? DÆ. tace. 35  |    |
| Tu, si quid opus est, dice. PL. dic, quod te rogo.   |    |
| Ecquem tu hic hominem crispum, incanum videris,      |    |
| Malum, perjurum, palpatorem ? DÆ. plurimos :         |    |
| Nam ego propter ejusmodi viros vivo miser.           |    |
| PL. Hic dico in fanum Veneris qui mulierculas        | 40 |
| Duas secum adduxit ? quique adornaret sibi,          |    |

*hominem liberum. Sc. Est hominis, et impuri et perfictæ frontis, sese inferre ultro in ædes alienas molestum, cui debeatur nihil, et esse importunum. DÆ. Sile, Sceparnio. Quid vis, adolescens ? PL. Macturi infortunio eum, qui audeat loqui ibi, ubi herus adest. At nisi est grave, cupio rogare ex te pauca. DÆ. Audiam te, tametsi occupatus. Sc. Quare tu non is in paludem, ut seces arundines, quibus pertegamus villam, dum tempus est sudum ? DÆ. Sile. Dic tu, si quid est opus. PL. Aperi quod a te postulo. Num tu aliquem conspicutus es hic hominem crispum, canum, improbum, perjurum, adulatorem ? DÆ. Plurimos : nam ego sum infelix propter complures viros ejusmodi. PL. Loquor jam de eo qui adduxit secum duas mulieres in templum Veneris ; et qui sese comparavit ut faceret rem divinam,*

\*\*\*\*\*

1518. et Schneider. et improbum.—25 Schneider. haud prætereat, contra codd. et edd. vett.—26 Quique inclementer idem contra codd. item et edd. vett.—28 C. at venire.—29 Schneider. nil. S. Lips. Ven. 1518. scepario.—30 Lips. et Schneider. opus est.—32 S. modestumst ; Ven. 1518. molestust.—34 S. implaudemis, et pro var. lect. in marg. in palude nos exigitas ; Lips. in palude nos. B. 1. S. Ven. 1. Ven. 1518. C. 2. exagitasque ; C. exsigasque ; Bas. 2. exigisque ; Lamb. exsicasque ; Both. execasque. Mox. S. L. B. 1. C. 2. harundine.—35 Qui protegamus Schneider. sudunst Ven. 1. sudust Ven. 1518.—37 B. 1. S. Lips. crispum et canum. S. a m. pr. visceris.—40 Huc Schneider. contra omnes codd. et edd. vett.—41 C. C. 2. Lamb. Both. adornavit ; al. ap. Pareum et Schneider. adornarit ; S. Lips. B. 1. Ven. 1. Ven. 1518. adornaret.—

## NOTÆ

25 *Prætereat oratio*] Hoc loco innuit quasi nesciat quid dicatur; quasi Plensidippus boni esse servi tacere surdus sit.  
 in conspectu domini, quasi nihil di- 37 *Incanum*] Id est, valde canum.  
 catur. *Quem prætereat oratio*, id est, Virgilins, ‘Iucanaque barba.’

Ut rem divinam faciat aut hodie aut heri.

DÆ. Non hercle, adolescens, jam hos dies complusculos  
Quenquam istic vidi sacrificare: neque potest

Clam me esse, si qui sacrificant: semper petunt 45

Aquam hinc, aut ignem, aut vascula, aut cultrum, aut veru,  
Aut aulam extarem, aut aliquid: quid verbis opus'?

Veneri paravi vasa et puteum, non mihi.

Nunc intervallum jam hos dies multos fuit.

PL. Ut verba præhibes, me periisse prædicas. 50

DÆ. Mea quidem hercle causa salvus sis, licet.

Sc. Heus tu! qui fana ventris causa circumis,

Jubere melius est prandium ornari domi;

Fortasse tu huc vocatus es ad prandium.

Ille, qui vocavit, nullus venit. PL. admodum. 55

Sc. Nullum' st periculum te hinc ire intransum domum.

Cererem te melius quam Venerem sectarier,

Amore haec curat, tritico curat Ceres.

*aut heri, aut hodie.* DÆ. Non vidi, adolescens, quenquam hic sacrificare, jam per complures dies: etsi non possum ignorare, si qui sint qui sacrificent. Nam petunt semper a nobis, aut aquam, aut ignem, aut vasa, aut cultrum, aut veru, aut ollam ad coquendam exta, aut aliquid aliud. Quid est opus verbis? Emi vasu et puteum pro Venere, non pro me. A longo tempore nullum fuit oblatum sacrificium. PL. Ut loqueris, dicas me interiisse. DÆ. Per me tibi licet esse salvo. Sc. Heus tu! qui lustras templa ventris gratia, est satius jubere ornari prandium domi; forsitan tu es invitatus huc ad prandium; et ille qui invitavit non venit. PL. Maxime. Sc. Nihil vetat te repetere hinc incenatum aedes. Est satius te studere Cereris quam Veneri. Venus amore, Ceres reficit cibo. PL. Ille homo illusit mihi indig-

42 Schneider. fueret.—46 Aquam hic S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518.—47 Aut alilam S. Lips. Ven. 1. Aut auxilam ed. Carpentar. exitarem S. Lips. opus est S. Lips.—50 S. L. Ven. 1. Ven. 1518. perhibes; Pll. B. 1. et Grut. præhibes. S. Lips. perisse.—51 C. ercle. Ven. 1518. salros.—52 S. Lips. Ven. 1. veneris causa; Ven. 1518. xeneris causa. Mox, pro circumis, quod servant B. 1. C. C. 2. S. Lips. Ven. 1. circuis legitur in Ven. 1518. Bas. 2. et Lamb.—53 Ven. 1518. meliust. B. 1. S. Lips. ad prandium.—54 F. enim tu Ven. 1518. huic vocatus es S. Lips. huc es vocatus Ven. 1518.—55 Illutui vocarit Pll. Ille qui te voc. S. L. Ven. 1. Ven. 1518. domum, pro admodum, Lips.—56 Pll. periculum; S. Ven. 1. Ven. 1518. periculum.—57 Pll. [ ] perente melius. S. Lips. Ven. 1. spectarier.—58 Amorem Pll. B. 1. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. Amori Schopp. et al. ap. Pareum; Amore Carpent. et Lamb. triticus B. 1. S.

#### NOTE

47 Aulam extarem] Id est, ollam, tus, 'Aulicoqua exta dicebant, quæ in qua coquantur exta victimarum. in aulis coquebantur.'

'Extar,' significat illam ollam. Fes-

PL. Deludificavit me ille homo indignis modis.  
 DÆ. Pro Di immortales, quid illuc est, Sceparnio, 60  
 Hominum secundum littus? Sc. ut mea est opinio,  
 Propter viam illi sunt vocati ad prandium.  
 DÆ. Qui? Sc. quia post cœnam, credo, laverunt heri,  
 Confracta navis in mari est illis. DÆ. ita est.  
 Sc. At hercle nobis villa in terra et tegulæ. DÆ. hui! 65  
 Homunculi, quanti estis! ejecti ut natant!  
 PL. Ubi sunt ii homines, obsecro? DÆ. hac ad dexteram,  
 Viden' secundum littus? PL. video, sequimini.  
 Utinam sit is, quem ego quæro, vir sacrumus!  
 Valete. Sc. si non moneas, nosmet meminimus. 70  
 Sed o Palæmon, sancte Neptuni comes,  
 Quique hercule illi socius esse diceris,

nissime. DÆ. O Di immortales, Sceparnio, qui sunt illi homines qui sunt ad littus? Sc. Ut equidem arbitror, illi invitati sunt juxta viam ad prandium. DÆ. Quare? Sc. Quia puto toti sunt heri post cœnam; illis est navis lacera in mari. DÆ. Sic est. Sc. At per Herculem villa et tegulae sunt in terra. DÆ. Heus! homunculi, quam minimi estis faciendi! ut natant ejecti! PL. Obsecro, ubi sunt ii homines? DÆ. Videsne hac ad dextram juxta littus? PL. Video. Sequimini. Utinam is vir sacrilegus, quem ego quaro, sit ex iis! Valete. Sc. Si non admoneas, nosmet recordamur. Sed, o Palæmon, sancte comes Neptuni, et qui

\*\*\*\*\*

Lips. triticum Ven. 1. Ven. 1518. Carpent.—61 C. C. 2. S. Lips. aut mea. S. Lips. Ven. 1. Lamb. mea est opinio; Vct. 1518. est mea opinio; Schneider. mea opinio est.—62 Proterriam illi Carpenter.—63 DÆ. Quia Carpenter. qui post B. 1. S. Lips. qui? post Carpenter. laverunt. Here Diss. laverunt. heri S. Lips.—66 B. 1. C. 1. C. 2. electi; S. Lips. electi ut narrant.—67 Ubi sunt homines C. 2. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. Carpenter. Ubi sunt hi homines C.—68 Ven. 1518. vos me sequimini.—69 U. is sit Pll. S. Lips. Ven. 1.—71 Neptuni S. Lips. Ven. 1518. Bas. 2.—72 Qui hercule socius B. 1. S. Quia Lips.

#### NOTÆ

62 *Propter viam*] Id est, vocati sunt ad prandium sacrificii, quod vocant, ‘propter viam.’ Festus: ‘*Propter viam* fit sacrificium, quod est proficisciendi gratia, Herculi aut Sanco, qui scilicet idem est Deus.’ ‘*Facere*’ est sacrificare; ‘*facientes*’, sacrificantes.

63 *Post cœnam*] Ante cœnam lavabant veteres ferme omnes, post cœnam soli fere nepotes et luxu perdit. Hic jocatur Sceparnio, dicitque eos

lassis post cœnam hesterna die, ut interessent prandio sacrificii, quod vocabatur ‘propter viam’ ab iis qui professionem adornarent.

66 *Homunculi*] Petronius: ‘Hæc sunt consilia mortalium, hæc vota magnarum cogitationum. En homo quemadmodum natat!’

71 *Palamon*] Athamantis et Inus filius; aliter Melicertes, et Portunus appellatus.

Quod facinus video? DÆ. quid vides? Sc. mulierculas  
 Video sedentes in scapha solas duas.  
 Ut afflictantur miseræ! euge, euge, perbene, 75  
 Ab saxo avortit fluctus ad littus scapham;  
 Neque gubernator unquam potuit.  
 Non vidisse undas me majoris censeo.  
 Salvæ sunt, si illos fluctus devitaverint.  
 Nunc, nunc periculum 'st! ejecit alteram, 80  
 At in vado 'st: jam facile enabit: eugepæ!  
 Viden', alteram illam ut fluctus ejecit foras!  
 Surrexit: horsum se capessit: salva res!  
 Desiluit hæc autem altera in terram e scapha.  
 Ut præ timore in genua in undas concidit! 85  
 Salva 'st, evasit ex aqua; jam in littore est.  
 Sed dextrovorsum avorsa it in malam crucem.  
 Hem, errabit illæc hodie! DÆ. quid id refert tua?  
 Sc. Si ad saxum quo capessit, ea deorsum cadit,  
 Errationis fecerit compendium. 90  
 DÆ. Si tu de illarum cœnaturus vesperi es,

*diceris esse illius socius, quid cerno? DÆ. Quid cernis? Sc. Cerno duas mulieres sedentes solas in scapha. Ut jactantur infelices! euge, euge, optime, fluctus avertit scapham a scopulo ad ripam. Et gubernator nunquam potuit avertere. Credo me non consipicatum esse unquam majores fluctus. Sunt incolumes, si declinaverint undas illas. Nunc, nunc est periculum! Ejecit alteram, sed est in vado, enabit jam facile. Eugepæ! videsne, ut unda ejecit foras illam alteram? Surrexit: in hanc partem se confert; res est salva! hæc allera desiliit e scapha in terram. Ut corruit in genua præ metu in undas! Est salva! excessit ex aqua; est jam in littore. Sed vadit in malam crucem, ad dextram partem raptu. Hem! illa errabit hodie. DÆ. Quid id tua interest? Sc. Si ea deciderit ad rupem, ad quam contendit, desirerit errare. DÆ. Si tu es cœnaturus ad vesperam de illorum cœna,*

*Qui quidem Ven. 1518. herculis C. hercule C. 2. illi deest etiam in Pl. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. Quique Herculis sociennis Both.—74 S. Lips. Ven. 1. Bothe, sedentis.—76 S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. abrortit.—77 Non æque Guberna Grut. Neque gubernatorum quam Pl. usquam illis esse Ven. 1518. Bas. 2. Lamb. potuit rectius Schneider. contra codd. et edd. antiqu. potuit melius Bi-pont.—78 Ven. 1518. Lamb. majores.—79 B. 1. S. Lips. deritarunt; Ven. 1. Carpent. devitaverunt.—80 S. Both. periculum est; Ven. 1. periculum est.—81 Diss. jam facio evadit. B. 1. S. Lips. Ven. 1. euge pace; Ven. 1499. euge tace; Ven. 1518. eugepax; Carpent. eugepape.—82 Vides ne B. 1. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. Videne Pl.—83 S. Lips. orsum.—81 Desiluit edd. quædam vett. Desiluit S. B. 1. Lips. Pl. Ven. 1. Ven. 1518.—85 Lips. ingenua. —87 S. Ven. 1. dextro rorsum. S. Lips. Ven. 1. adversa; Ven. 1518. adversa; Bas. 2. Lamb. aversa; et sic Priscian. xv. 4. § 91. ed. Krehl. est in Prise.—88 Em C. C. 2. errabat S. Lips. refert via S. a m. sec.—89 Ven. 1. Ven. 1518. Bas. 2. Lamb. quod. Lamb. eo deorsum cadat; Schneider. caudet.—*

**Illis curandum censeo, Sceparnio:**

**Si apud me esurus es, mihi dari operam volo.**

**Sc. Bonum aequomque oras. Dæ. sequere me hac ergo.**

**Sc. sequor.**

*Sceparnio, existimo tibi esse eas curandas; si cœnaturus es apud me, volo te incumbere meo operi. Sc. Postulus quod aequum bonumque est. Dæ. Sequere me hac. Sc. Sequor.*

---

90 *Errationes* Ven. 1499.—91 *Sic* S. Lips. *Sit* Pl. *ornatus reparies* P. *numero puer es* Ven. 1499. *cœnaturus ut peries* S. Lips. *cœnaturus supparis* Ven. 1518. *reparies* C. et C. 2.—92 *Illas* Ven. 1518.—93 *Si apud med* Schneider. *Pro esurus es, S. et Lips. habent es serius;* Ven. I. *es servus;* Pl. *esurus, absque es.*—94 S. Lips. Ven. I. *aequumque. C. hac ego.*

#### NOTÆ

91 *Cœnaturus vesperi es]* Vesperna cœna dicebatur.

---

### ACTUS PRIMI SCENA TERTIA.

#### PALÆSTRA.

**NIMIO** hominum fortunæ minus miserae memorantur,  
Quam reapse experiundo iis datur acerbum !

**Hoc** Deo complacitum est ? me hoc ornatu ornatam,  
In incertas regiones, timidam, ejectam ?

**Hanc**cine ego ad rem natam miseram me memorabo ? 5

**Hanc**cine ego partem capio ob pietatem præcipuam ?

**Nam** hoc mihi haud labori est laborem hunc potiri,

*P.A. Sors hominum dicitur multo minus acerba, quam re ipsa licet experiri ejus acerbitatem ! Hoc sic videtur Deo ? ut induita his vestibus, trepidu, ejiciar in ignorantias plugas ? Sumne nata ut perferam ejusmodi calamitates ? Estne illa merces, qua officior propter singularem pietatem ? Num hoc mihi non est acerbum incidere*

---

1 *Nimio pol* Ven. 1518. *Pol nimio* Schneider. contra codd. et edd. antiq. *misere* Pl.—2 *Quam reapse* desunt in Pl. B. I. S. Lips. Ven. I. *illis datur* Schneider.—3 [Lacuua] *hoc Deo* Pl. *complacitust* S. *complacitumst* Lips.—5 *Hic versus deest* in B. I. C. 2. S. Lips. Ven. I. Ven. 1518. *extat vero in C. ubi me deest.*—6 *Hancinde* Ven. 1518. *ego patrem* S.—7 C. S. Lips. Ven. I.

#### NOTÆ

4 *Ejectum*] Sup. ‘esse.’

6 *Partem*] *Præmium*

7 *Laborem potiri]* *Laborem perferre.*

Si erga parentem aut Deos me impiavi :  
 Sed id si parate curavi ut caverem,  
 Tum hoc mihi indecore, inique, immodeste      10  
 Datis, Di : nam quid habebunt sibi igitur impii  
 Posthac, si ad hunc modum est innoxiis honor  
 Apud vos ? nam me si sciam fecisse,  
 Aut parentes scelestes, minus me miserer :  
 Sed herile scelus me solicitat : ejus me impietas male    15  
 Habet : is navem atque omnia perdidit in mari.  
 Hæc bonorum ejus sunt reliquiae : etiam, quæ simul  
 Vecta mecum in scapha 'st, excidit : ego nunc sola sum.  
 Quæ si mihi foret salva saltem, labor  
 Lenior esset hic mihi ejus opera.      20  
 Nunc quam spem, aut opem, aut consilii quid capessam ?  
 Ita hic solis locis compotita sum.  
 Hic saxa sunt, hic mare sonat, nec quisquam  
 Homo mihi obviam venit.  
 Hoc quod induta sum, summæ opes oppido,      25

*in hanc calamitatem, si fui impia erga parentes aut Deos : at si providi diligenter,*  
*ut me præstarem immunem ab hac culpa ; conflatis id, o Dii, turpiter, injuste, im-*  
*moderate ! Nam quas pœnas dabunt dcinceps impii, si honor habetur innocenti-*  
*bus hoc pacto apud vos ? Nam si intelligerem me aut meos parentes admisisse*  
*quoddam scelus, mea me calamitas non ita afficeret. At crimen heri lenonis me*  
*angit : ejus impietas me dixerat. Is amisit in mari narem et unirusa. Hæc sunt*  
*reliquiae ejus fortunarum. Illa quæ erat mecum in scapha perit etiam. Ego sum*  
*nunc sola. Si socius mea esset sultem incolunis, dolor mihi esset minus gravis ejus*  
*adjutorio. Nunc quam spem, aut adjutorium, aut consilium cupiam ? Sic sum con-*  
*stituta hic in solitudine ; hic sunt rupes sole ; hic mare fremit ; et nullus homo oc-*  
*currit mihi. Omnes meæ dixitæ sunt haec vestimenta. Neque video aut quo cibo*

---

*mihi aut laborist ; Ven. 1518. laboris est.—9 Ven. 1. Ven. 1518. parte ; Car-*  
*pentar. per me.—10 Tu hoc B. 1. S. Tamen Lips. iniqueque Lips.—11 S.*  
*Lips. B. 1. Pll. sibi igni impii.—12 S. Lips. est innoxius ; Ven. 1518. innoxius*  
*est.—13 Pronomen *vos* deest in Pll. *vos* num me Meurs.—14 Aut parentis S.*  
*a m. sec. Lips. Ven. 1. Aut parenti Ven. 1518. mei miseret B. 1. S. Lips. mei*  
*misererer Ven. 1.—15 Scilicet herile scelus Bipont.—16 Hubet : navem, omisso τῷ*  
*is, Ven. 1518.—17 Nec Ven. 1. Hæc Lamb.—19 Quam Lips. mihi si Pll.*  
*Lips. Ven. 1. Ven. 1518. forte salva S. Ven. 1. forent Lips. et S. in marg.—*  
*20 Lenior S. Lips. Ven. 1518. Lamb.—21 Nunquam S. Lips. consili Schneider.*  
*—22 Ita hoc Carpenter. misera solis Schneider. compotior sum S. Lips.*  
*compotica sum Ven. 1518. compedita sum Bas. 2. Lamb.—24 Ven. 1518. renit*

## NOTÆ

S *Si erga parentem aut Deos]* Hoc hominibus, id in ultionem scelerum a  
 ferme fit, ut quicquid accidit adversi numine infligi putemus.

Nec cibo, nec loco, tecta quo sim, scio.  
 Quæ mihi est spes, qua me vivere velim ?  
 Nec loci gnara sum, nec diu hic fui.  
 Saltem aliquem velim, qui mihi ex his locis  
 Aut viam aut semitam monstret : ita nunc hac 30  
 An illac eam, incerta sum consilii :  
 Nec prope usquam hic quidem cultum agrum conspicor.  
 Algor, error, pavor, membra omnia tenent !  
 Hæc parentes haud mei scitis miseri,  
 Me nunc miseram ita esse, uti sum : libera ego 35  
 Prognata fui maxume ; nequicquam fui.  
 Nunc qui minus servio, quam si forem serva nata ?  
 Neque quicquam unquam iis profui, qui me sibi eduxerunt.

*utur, aut quo loco tegar. Quam spem habeo, qua optem me rivere? Hæc loca mihi ignota sunt, et nunquam versata sum in his regionibus. Utinam saltem esset alius, qui mihi indicaret in his locis aut viam aut semitam : sum inops consilii utrum eum hac, an illac. Nequidem intueor hic usquam agrum cultum. Algor, error, pavor, occupant cuncta membra. Mei parentes, nescitis, inflices, me esse nunc adeo infelicem, uti sum. Ego nata fui maxime libera; sed incassum fui. In quo minus servio jam, quam si forem nata serva? et nunquam fui utilis iis qui me aluerunt.*

mihi obriam.—25 Pro summae, al. ap. Pareum habent sunt mea.—26 Nec cibum, nec locum Schneider. Nec cibom, nec locom al. ap. Pareum.—27 Bas. 2. Lamb. qua me nunc; pronomen me deest in Ven. 1518. velim rivere Schneider. rivere vellem C.—28 Ven. 1518. sum gnara; Lips. gnata sum. Schneider. diu ante, contra omnes codd.—29 Ven. 1518. ex his locis mihi.—30 Aut deest in Ven. 1518. ita nunc ego Hac an, &c. Schneider.—31 incerta consilii, omissio τφ sum, C. 2. S. Lips. Ven. 1. incertam consilii C. sum incerta consilii Ven. 1518. incerta consilii sum Bas. 2. Lamb.—32 Neque prope S.—33 Voc. error deest in Ven. 1518. membra me omnia Pll. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. membra mi omnia Schneider.—34 B. 1. S. Lips. C. 2. Ven. 1. Ven. 1518. mei haud. C. mei aut. Ven. 1518. vos scitis.—35 Voc. ita deest in B. 1. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. esse ita Pll.—36 Fui prognata Ven. 1518.—37 Num qui al. ap. Pareum. ego servio Schneider.—38 Voc. unquam deest in S. et Lips. illis profuit Schneider. his profuit C. iis profuit C. 2. S. Lips. Ven. 1. qui me fuit sibi B. 1.

## ACTUS PRIMI SCENA QUARTA.

AMPELISCA, PALÆSTRA.

AM. QUID mihi melius est, quid magis in rem est, quam corpore vitam secludam ?

AM. Quid est mihi optabilius, quid utilius, quam si mihi consciscam mortem?

Ita male vivo, atque ita mihi multæ in pectore sunt curæ exanimales. [tabam.]

Nunc dein vitæ haud parco : perdidì spem, qua me oblecto.  
Omnia jam circumcursavi, atque omnibus in latebris per-  
reptavi

Quærere conservam voce, oculis, auribus ; ut pervestiga-  
rem. 5

Neque eam usquam invenio, neque quo eam, neque qua  
quærām consultum 'st;

Neque quem rogitem responsorem, quenquam interea in-  
venio. [regiones.]

Neque magis solæ terræ sunt, quam hæc loca atque hæ-

Neque si vivit, eam vivam unquam quin inveniam, de-  
sistam. 9

PA. Quænam vox mihi prope hic sonat ? AM. pertimui.

Quis hic loquitur prope ? PA. Spes bona, obsecro, sub-  
venta

Mihi. AM. mulier est, muliebris vox mihi ad aures

Venit : an eximes ex hoc miseram metu ?

*Adeo traho ritam infelicem : adeo mihi sunt multæ curæ in pectore, quæ me exanimant. Nunc deinceps, nequaquam mihi parcum : ubjeci spem, quæ me reficiebat. Jam circumlustravi cuncta loca, atque perambulavi omnes latebras ad quærendum et pervestigandum conservam, voce, oculis, auribus ; neque eam reperio usquam ; neque video, aut quo proficiscar, aut qua investigem ; neque interim reperio ullum a quo petam responsorem. Et terræ sunt nullæ magis desertæ, quam hæc loca, atque hæc regiones. Neque unquam desistam, antequam eam reperiam vivam, si tivit. PA. Quianam vox auditur hic juxta me ? AM. Exparvi. Quis auditur prope ? PA. O spes bona ! amabo, succurre mihi ! AM. Est mulier. Vox muliebris pervenit ad meas aures. An vindicabis infelicem ab hoc timore ? PA. Sine*

---

1 Ven. 1518. est meam. Mox, B. 1. S. Lips. seclusam ; C. sedulum ; C. 2. sedulam.—2 Particula atque deest in Ven. 1518. ita mihi Schneider. mihi deest in Ven. 1518.—3 Nunc deest in eodd. denique ritæ B. 1. S. Lips. [Lacuna] dent ritæ Pli. spem perdidì Ven. 1518. qua me oblectabam deest in eadem ed. —4 S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. in latebris omnibus.—5 Querire Pli.—6 Voc. eam omittunt S. Lips. Ven. 1. consultum est S. Lips.—7 Ven. 1518. rogem. Mox, responsorem deest in eodd. qmibusdam vett. ego ullum intrea Schneider.—8 Al. ap. Pareum sola terræ sola sunt.—9 Pli. et eodd. qua dñi vett. nunquam ; Ven. 1518. virum nunquam eam.—10 Quianam Pli. Quianam Parei 3.—12 Mihi delet Schneider.—13 Particula au deest in B. 1. exime Ven. 1518. ea

## NOTE

1 *Secludam*] Pro exclamam, quia c no,' 'separo.'  
post x paulo durius est : se hoc loco 2 *Exanimales*] Quæ exanimant, quæ  
idem significat ac ex. Ut in 'secer- conficiunt ; pestiferæ.

PA. Certo vox muliebris auris tetigit meas.  
 Num Ampelisca obsecro 'st? AM. ten', Palæstra, audio?  
 PA. Quin voco, ut me audiat, nomine illam suo. 16  
 Ampelisca! AM. hem! quis est? PA. ego Palæstra  
 sum.  
 AM. Dic, ubi es? PA. pol ego nunc in malis plurimis.  
 AM. Socia sum; nec minor pars mea 'st, quam tua.  
 Sed videre expeto te. PA. mihi es æmula. 20  
 AM. Consequamur gradu vocem: ubi es? PA. ecce me,  
 Accede ad me, atque adi contra. AM. fit sedulo.  
 PA. Cedo manum. AM. accipe. PA. dic, vivisne, ob-  
 secro?  
 AM. Tu facis me quidem ut vivere nunc velim,  
 Quando mihi te licet tangere: ut vix mihi 25  
 Credo ego hoc, te tenere! obsecro, amplectere,  
 Spes mea! ut me omnium jam laborum levas!  
 PA. Occupas præloqui, quæ mea est oratio.  
 Nunc abire hinc decet nos. AM. quo, amabo, ibimus?  
 PA. Littus hoc persequamur. AM. sequor, quo lubet. 30

*dubio vox mulieris accidit ad meas aures. Annon est, amabo, Ampelisca? AM. Tene audio, Palæstra? PA. Cur non eam appello suo nomine, ut me intelligat? heus, Ampelisca! AM. Hem, quis est? PA. Ego sum Palæstra. AM. Fare, ubi es? PA. Profecto ego sum nunc in plurimis calamitatibus. AM. Sum tua socia; et mea pars non est minor quam tua. Sed cupio te cernere. PA. Ego vicissim desidero. AM. Consecetur vocem pedibus. Ubi es? PA. Adsum, Accede ad me, et veni obviam. AM. Accedo sedulo. PA. Da manum. AM. Accipe. PA. Queso, loquere, vivisne? AM. Tu quidem es in causa cur optem nunc vivere, quoniam mihi contigit te contingere: ut rix mihi persuadere possun te a me teneri! Complectere, amabo, mea spes! ut me recreas jam ab omnibus molestiis! PA. Prævertis tua oratione meam orationem. Nunc decet nos profici sci hinc. AM. Quo pergemus, obsecro? PA. Prosequamur hanc ripam. AM. Sequor quo*

\*\*\*\*\*

*eximet ex Pist, an eximet ex Bipont. eximet illa Schneider. miseriam S. Lips. —14 Certe edd. quædam vett. et Schneider. Cesto C. 2.—15 Ven. 1518. est obsecro.—16 S. et Lips. illam scio.—17 Schneider. ego tua. Verbum sum deest in B. I. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518.—19 Pll. Sotia sun. Ed. Carpentries me est.—20 Sed rivere Ven. 1518. expecto Ven. 1. Ven. 1518.—22 Accede ad me atque omittit Ven. 1518.—23 Cedo mihi manum Schneider. contra codd. —25 Quam S. Pll. Quoniam edd. quædam vett. vix mi Schneider.—27 S. laborum jam. Mox, levias S. Lips. Ven. 1.—28 S. mihi est; Pll. me'st; Ven. 1. incit oratio; Ven. 1518. mea est potius oratio.—29 Ven. 1518. nos decet.—*

## NOTÆ

28 *Occupas præloqui]* Est prævenire occuparat alter, (scilicet, Æsopus) et anteverttere. Phædrus, ‘Quoniam ‘ne primus forem; Ne solus esset

**PA.** Siccine hic cum uida veste grassabimur?

**AM.** Hoc quod est, id necessarium est perpeti.

**Sed** quid hoc, obsecro, est? **PA.** quid? **AM.** viden', amabo,

Fanum, videsne hoc? **PA.** ubi est? **AM.** ad dexteram.

**PA.** Video decorum Dis locum viderier. 35

**AM.** Haud longe abesse oportet homines hinc; ita hic

Lepidu'st locus: nunc, quisquis est Deus, veneror,

Ut nos ex hac ærumna miseras eximat,

Inopes, ærumnosas ut aliquo auxilio adjuvet.

*voles.* **PA.** Itane vero hic gradiemur ægre cum veste madida? **AM.** Oportet pati id quod est necessarium. Sed quid est hoc, amabo? **PA.** Quid? **AM.** Videsne, obsecro, templum, videsne id? **PA.** Ubi est? **AM.** Ad dextram. **PA.** Videor conspicari locum ornatum pro Diis. **AM.** Oportet homines non abesse longe hinc; adeo hic locus est pulcher. Nunc precor Deum, quisquis est, ut nos cripiat miseras ex hac calamitate, ut ferat openi inopibus ærumnarum plenis.

31 *Pli.* *viroa veste*; *S.* *viro austre*; *viro aucte* Lips. *viro: a veste* Ven. 1.—33. 34 *Fanum anabo* Schneider. *est delet idem.*—35 *Videor B.* 1. *S.* Lips. *locum Dis* Ven. 1518. *Videor d.* *D. l. tuerier Douz.*—36 *S.* et Lips. *longe oportet esse.*—37 *Lepidus est S.* Lips. *nunc quisquis desunt in B.* 1. *C.* C. 2. *S.* Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *est De' Schneider.*—38 *S.* Lips. Ven. 1. *eximat miseras.*—39 *Inopis* Ven. 1. *aut aliquo Ven. 1.* Ven. 1518. *ut delet Lamb.* *adjuvat C.* 2. Ven. 1. *ut adjuret Lamb.*

#### NOTÆ

studui, quod superfuit.'

numini enidam tribuebant, enjus no-

31 *Grassabimur*] Gradiemur.

men ignorarent; nihilominus gratias

37 *Nunc, quisquis est Deus*] Veteres, aebant. Virgilii: 'Sequimur te, quoniam quicquid boni continget sancte Deorum quisquis es.'

præter spem et expectationem, id

## ACTUS PRIMI SCENA QUINTA.

SACERDOS, PALÆSTRA, AMPELISCA.

**SA.** QUI sunt, qui a patrona preces mea expetessunt?

Nam vox precantium me hoc foras excitavit.

Bonam atque obsequentem Deam, atque haud gravatam

**SA.** Qui sunt, qui veniunt precatum meum patronam? Nam vox orantum me vocavit foras. Certe audent clementem Deam exorabilem, et non difficilem patro-

1 Lamb. *qui a p. paces.* Mox, B. 1. S. Lips. *expetescunt*; Ven. 1. Ven. 1518. *expetentes sunt*; Lamb. *expetissunt.*—2 *Pli. me precantium*; *τὸ me delect*

*Delph. et Var. Clas.*

*Plaut.*

4 Y

Patronam exequuntur, benignamque multum.  
 PA. Jubemus te salvere, mater. SA. salvete,  
 Puellæ : sed unde vos ire cum uida  
 Veste dicam, obsecro, tam mœstiter vestitas ?  
 PA. Illico hinc imus, haud longule ex hoc loco.  
 Verum longe hinc abest, unde huc vectæ sumus.  
 SA. Nempe equo ligneo per vias cœruleas 10  
 Estis vectæ. PA. admodum. SA. ergo æquius vos erat  
 Candidatas venire hostiatasque : ad hoc  
 Fanum ad istunc modum non veniri solet.  
 PA. Quæne ejectæ e mari sumus ambæ, obsecro !  
 Unde nos hostias agere voluisti huc ? 15  
 Nunc tibi amplectimur genua egentes opum,  
 Quæ in locis nesciis nescia spe sumus,  
 Ut tuo recipias tecto, servesque nos,  
 Miserarumque te ambarum uti misereat,  
 Quibus nec locus ullus, nec spes parata est, 20  
 Neque hoc amplius, quam quod vides, nobis quicquam 'st.

*nam, et valde beneficam.* PA. *Salva sis, mater!* SA. *Salvæ sitis, puellæ!* Sed  
*unde, quæso, venitis vestre madida indutæ, tam tristes?* PA. *Janjam adrenimus*  
*ex loco, non longe hinc remoto. Sed locus unde sumus advectæ, longe distat hinc.*  
 SA. *Nimirum estis huc delatae equo ligneo per campos carnleos.* PA. *Maxime.*  
 SA. *Igitur erat magis par vos accedere huc indutæ candidis vestibus, et ducentes*  
*hostias. Est insolens accedere ad hoc templum cum hoc comeatu.* PA. *Unde vis*  
*nos adducere victimas, amabo, quæ sumus ambæ ejectæ e mari?* Nunc inopes tibi  
*amplectimur genua, quæ versamur in locis ignotis sine spe; precamurque, ut nos*  
*recipias in tuus ædes et serres, ut te misereat duarum miserarum, quibus nec est ullus*  
*locus apertus, nec spes certa, neque aliquid amplius, quam quod cernis.* SA. *Præ-*

S. et Lips.—3 Editio Carpent. gravatim.—4 Ven. 1. execuntur; Ven. 1518.  
*exequuntur.*—6 B. 1. S. Lips. *cum humida.*—7 *Veste edicum* S. Lips. *tam estiter*  
*C. tam æstiter C. 2.*—8 *Illico nos Ven. 1518. aut longula Pll. haud longula*  
*Ven. 1.*—9 Particula *huc deest* in Lips. S. Pll. Ven. 1. Ven. 1518.—10 *Nempe*  
*et quid C. Nempe et quo C. 2.*—11 *Æstis Ven. 1. vos æquius Ven. 1518. orat,*  
*pro erat, Ven. 1.*—14 *Quæ nec Pll. Quæ nunc Ven. 1. Ven. 1518. maris S.*  
*Lips.*—16 S. et Lips. *amplectemur.*—17 Ven. 1518. *nescitis.*—18 *In tua ut r.*  
*tecta Schneider.*—19 *Miseriarumque C. C. 2. S. Ven. 1518. Miseriarum quæ*  
*Ven. 1. te omittunt Ven. 1. Ven. 1518. ambâm Schneider. uti m. te obsecra-*  
*mus Ven. 1518.*—20 Schneider. *locust ullu'.* Mox, *parast S. a m. pr.*—

## NOTÆ

10 *Equo ligneo*] Id est, navi. quamvis te albata rogarit.'

12 *Candidatas*] Vestibus candidis *Hostiatas*] Hostiis instructas.  
 induti adibant ad Deos veteres. Per- 17 *Nesciis*] Id est, ignotis.  
 sius, ‘negato, Jupiter, hæc illi,

**SA.** Manus mihi date ; exsurgite a genibus ambæ :  
 Misericordior nulla me est fœminarum.  
 Sed hic pauperes res sunt inopesque, puellæ ;  
**Egomet** vix vitam colo : Veneri cibo meo                    25  
**Servio.** **AM.** Veneris fanum, obsecro, hoc est ? **SA.**  
     fateor: ego  
 Hujus fani sacerdos clueo : verum, quicquid est,  
 Comiter fiet a me, quo nostra copia  
 Valebit: ite hac mecum. **PA.** amice benigneque  
 Honorem, mater, nostrum habes. **SA.** oportet.                    30

*bete mihi manus, exsurgite umbæ a genibus: nulla est facina magis misericors quam ego; at res sunt hic angustæ et egenæ, o puellæ: ego ipsa vix tolero vitam: ministro Veneri meo sumtu. AM. Estne hoc templum Veneris, quaso? SA. Fateror. Ego sum sacerdos hujus templi. Sed quicquid sit, faciam urbaniter quicquid erit in mea potestate. Venite mecum. PA. Tueris, mater, benevolè et comiter nostrum honorem. SA. Decet.*

---

21 Lips. quidquam est ; Ven. 1518. quicquast.—22 *Manus* mi Schneider. *exur-*  
*gite* B. 1. *ambæ a genibus* Ven. 1518.—23 Ven. 1518. *est me.*—24 *Sed hec C.*  
*Sed heic Grnt.* *Sed haec S.* Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *res deest in S.* Lips. C. 2.—25 *Egome* S. a m. pr. *colo vitam* Ven. 1518. *Veneris* ed. Carpent.—26 *Ser-*  
*vicio* PII. *Servivo* S. Lips. Ven. 1. Mox, post *ego* punctum posuit Lamb.—  
 27 *Voe. fani deest in Ven. 1518. quicquid fuerit* Ven. 1518.—28 *Comitem C.*  
 2. *quo non copia* B. 1. C. 2. Lips. S. Ven. 1518. *quo nunc copia C.*

---

## ACTUS SECUNDI SCENA PRIMA.

### PISCATORES.

**OMNIBUS** modis, qui pauperes sunt homines, miseri  
     vivunt,    [ullam ;  
 Præsertim quibus nec quæstus est, nec didicere artem  
 Necessitate, quicquid est domi, id sat est habendum.  
 Nos jam de ornatu propemodum ut locupletes simus, scitis.

PI. *Homines qui sunt iuopes agunt vitam quavis ratione infelicem, potissimum*  
*ii, qui neque faciunt quicquam lucri, neque collant ullam artem; est necesse eos esse*  
*contentos iis que habent domi. Animalvertitis jam ferme ex vestibus, quemadmo-*

---

1 *Omnibu' Schneider. viront* Ven. 1518.—2 *Eadem editio, artem didicere.*  
 —3 *PII. it sat.*—4 *Schopp. Vos jam. Ven. 1. probe modum u. l. sumus, omissio*

Hisce hami, atque hæ arundines sunt nobis quæstu et cultu.

5

Ex urbe ad mare hoc prodimus pabulatum :

Pro exercitu gymnastico et palæstrico, hoc habemus,  
Echinos, lepadas, ostreas, balanos captamus, conchas,  
Marinam urticam, musculos, plagusias, striatas.

Post id piscatum hamatilem et saxatilem aggredimur. 10

Cibum captamus e mari : sin eventus non venit,  
Neque quicquam captum est piscium, salsi lautique pure  
Domum redimus clanculum, dormimus incœnati.

Atque ut nunc valide fluctuat mare, nulla nobis spes est.

Nisi quid concharum capsimus, incœnati sumus profecto. 15

Nunc Venerem hanc veneremur bonam, ut nos lepide adjuverit hodie.

*dum simus divites. Hi hami, et hæ arundines sunt nobis pro quæstu et vestitu. Huc venimus ex urbe ad mare ad quærenda pabula: hoc est nobis exercitio gymnastico et palæstrico; insidianur echinis, lepadibus, ostreis, balanis, conchis, urticis marinis, musculis, plagusiis, striatis. Deinde oppugnamus pisces qui capiuntur hamis, et qui adhaerent saxis. Accipimus escas a mari: si piscatio non succedit, neque capimus nonnullos pisces, revertimur clam domum, maris sole, et aqua puri; somnum capimus impransi. Et nunc, quia mare fluctuat tantopere, nullam habemus spem. Nisi capiamus nonnullas conchas, sane sumus impransi. Nunc veneremur hanc bonam Venerem, ut nobis auxilietur hodie.*

\*\*\*\*\*

scitis.—5 *Hi scenam* Pll. *His cenan* Lips. *His cenan* S. Ven. 1. *Hi schæni* enim Ven. 1518. *Hi schæni* ed. Carpent. *Hisce hami* vet. cod. ap. Bentl. ad Terent. Eun. II. 2. 38.—6 *Cotidie ex urbe* Lamb. ex codd. [Lacuna] *ex urbe* C.—7 S. *ginnastico*; Ven. 1. *gymnasticum*. Mox, *hos habemus* ed. Carpent. 8 *Echinus* S. Lips. *lepadas* Pll. S. Lips. *hostrias* C. *ostrias* C. 2. *baiano* Ven. 1.—9 Bryard. *mytulos*. Pll. S. L. Ven. 1. *plagusias*.—10 S. Lips. *piscatum hūmattilem*; Ven. 1. *hamatilem* *piscatum*. S. Lips. *aggreditur*.—11 *Captamus ci-* *bum* Ven. 1518. *si* S. Lips. C. C. 2. Ven. 1. Ven. 1518.—12 *Voc.* *pure deest* in Ven. 1518.—14 *Atque ut valde* C. *omisso nunc*.—15 *Nisi quod* Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *cœnati simus* Diss.—16 Schneider. *incœnati simus* adjurit.

### NOTÆ

5 *Hisce*] Alii, *Hi schæni*, a σχῶνος, *juncus*: juncæ enim erant nassæ. Hinc ‘scœniculæ’ dictæ meretrices, a juncis, quibus sese præcingebant ut ostenderent quam facile zona solvetur. Unde manavit vox ‘dissolutus.’

6 *Pabulatum*] Pabulari vox castrensis: *aller au fourrage*.

7 *Pro exercitu gymnastico et palæstrico*] Hic locus seu exercitium no-

bis gymnasi et palæstræ vicem exhibet. Hic alludunt piscaores ad habitum corporis; nudi enim gymnastæ exercentur et palæstritæ luctantur, ut piscantur piscaores.

8 *Lepadas*] ‘Lepas’ est ostrei genus, enjus extus concha, scabra et aspera, intus polita et splendida, auri similis humanae.

9 *Plagusias*] Aliqui putant esse purpuram.

## ACTUS SECUNDI SCENA SECUNDA.

TRACHALIO, PISCATORES.

**TR.** ANIMO advorsavi sedulo, ne herum usquam præterirem.

Nam cum modo exibat foras, ad portum se aiebat ire,  
Me huc obviam jussit sibi venire ad Veneris fanum.  
Sed quos perconter, commode eccos vide astare ! adibo.  
Salvete, fures maritimi, conchitæ, atque hamiotæ, 5  
Famelica hominum natio ! quid agitis ? ut peritis ?

**P1.** Ut piscatorem æquom est, fame, sitique, speque. **TR.**  
ecquem adolescentem huc,  
Dum hic astatis, strenua facie, rubicundum, fortem, qui tres  
Duceret chlamydatos cum machæriis, vidistis venire ?  
**P1.** Nullum istac facie, ut prædicas, venisse huc scimus.

**TR.** ecquem 10  
Recalvom ac silonem scenem, statutum, ventriosum,

**TR.** *Animadvertis diligenter, ne prætergrederer alicubi herum. Scilicet quando egressus est modo ex aedibus, dicebat se proficiisci ad portum ; mili mandarit ut ocurrerem huc sibi ad templum Veneris. Sed ecce opportune homines conspicor stantes, quos interrogem ! Accedam ad eos. Salvi siti, latrones maritimi, concharum captores, et hanorum latores, genus hominum fame perditum ! Quid facitis ? Ut interritis ? P1. Ut decet piscatorem ; fame, siti, et spe. TR. Nonne conspexistis, intercadum hærebatis hic, adolescentem liberati vultu, rubicundum, ralentem, contendere huc, qui haberet secum tres accinctos gladiis ? P1. Habetus pro certo neminem contendisse huc isto vultu quo loqueris. TR. Num vidistis unum senem culvum, sinum, procerum, abdomine protuberanti, obtortis superciliis,*

---

1 *Annum adversari* Diss.—2 *S. exhibat.* Mox, *Pli. alebat* ; Schneider. *aibat.*—3 *Pli. lussit.*—4 *S. percunter* ; Lips. *percuncter.* Mox, *pro eccos*, *S. et Lips. habent eos* ; Ven. 1. et Ven. 1518. *eos quos.*—5 *Salvete mures* *B. 1. S. Lips. maritimi* Ven. 1518. *hamittæ* *S. Lips.*—7 *Ut piscatores* *edd.* *quadam vett. siti, speque* Lamb. et Bipont. *ecquem vos adul. ingcnum* *huc ire* Ven. 1518.—8 *Dum hic astas, vidisti* Schneider. *rubicundum mediocri statura* Ven. 1518. *qui tres semihomines nonnulli codd.* Lamb.—9 *Mediol. 1500. mechanis.* *B. 1. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. omittunt renire* ; *codd. ap. Grnt.* *vidisti seni.*—11 *Recalvum* *S. Lips. Ven. 1. ac Silanum* *Pli.* *Silenum* Lamb. *ventrieosum*

## NOTE

5 *Hamiotæ*] Nonius : ‘ Hamiotæ instar Sileni.  
piscatores, ab hamis.’

11 *Silonem*] Festns : ‘ Silo qui est silus, a σιφός, qui nasum habet resimum, id est, sursum versus repandum ut simia.’ Alii *Silenum*, id est, sinuum

*Statutum*] Magnæ staturæ, quæ est septem pedum, auctoribus Varrone, Gellio, et Solino. Vide Notas Asiariae, II. 3.

Tortis superciliis, contracta fronte, fraudulentum,  
Deorum odium atque hominum, malum, mali vitii probri-  
que plenum,

Qui duceret mulierculas duas secum satis venustas?

Plautus. Cum istiusmodi virtutibus operisque natus qui sit, 15  
Eum quidem ad carnuficem est æquius, quam ad Venerem  
commeare.

Tratus. At si vidistis, dicite. Plautus. huc profecto nullus venit.

Vale! Tratus. valete! credidi: factum est, quod suspicabar.

Data verba hero sunt; leno abiit scelestus exulatum,

In navem ascendit, mulieres avexit; ariolus sum. 20

Is hic herum etiam ad prandium vocavit sceleris semen.

Nunc quid mihi melius't, quam illico hic opperiar herum,  
dum veniat?

Eadem haec sacerdos Veneria, si quid amplius scit,

Si videro, exquisivero: faciet me certiorem.

*astricta fronte, fallacem, invisum Diis et hominibus, nequam, refertum scelere et dedecore, qui haberet secum duas mulieres satis formosas?* Plautus. Est satius eum qui est ornatus ejusmodi dolibus et factis, iter habere ad carnificem, quam ad Venerem.

Tratus. Sed si consperdistis, dicite nobis. Plautus. Sane nullus venit huc. Vale! Tratus. Valete! Satis mihi persuasi; quod augurabar accidit. Herus est fraudatus; nefarius leno proiectus est in exilium; sese conjectit in navem; abstulit mulieres; sum rates. Ille artifex criminum invitavit etiam herum ad prandium. Quid satius est mihi, quam si expectem herum, usque eo dum adveniat? Eodem tempore, si videro hanc sacerdotem Veneris, ab ea sciscitabor, utrum sciat aliquid amplius: me faciet certiorem.

S. et Lips.—13 Deum Ven. 1518.—14 Qui mulierculas duceret Ven. 1518.—15 C. istius modis. C. C. 2. B. 1. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. qui siet.—16 Eum equidem S. carnificem Lips. Ven. 1.—17 C. a m. pr. hoc profecto.—19 Pl. abit.—20 S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. hariolus.—21 Voc. herum deest in S. et Lips.—22 Numquid unus Pl. S. Lips. Ven. 1.—23 S. et Lips. hac sacerdos Veneria; codd. Gruteri, hanc sacerdos Veneria; codd. Lambini, hæc sacerdos Veneria; Ven. 1. hæc sacerdos venerea; Ven. 1518. hanc sacerdotem Venereum. Mox, si quit C.

## ACTUS SECUNDI SCENA TERTIA.

AMPELISCA, TRACHALIO.

Amulus. INTELLEGO: hanc quæ proxuma est villam Veneris fano

Amulus. Audio: mundas ferire ostium hujus villaæ, quæ est juxta templum Veneris,

Pulsare jussisti, atque aquam rogare. Tr. cuja ad auris  
Vox mihi advolavit? Am. obsecro, quis hic loquitur?  
quem ego video?

Tr. Estne Ampelisca hæc, quæ foras e fano egreditur?

Am. Estne hic Trachalio, quem conspicor, calator Pleusi  
dippi?

Tr. Ea est. Am. is est. Trachalio, salve! Tr. salve,  
Ampelisca!

[ominare!]

Quid agis tu? Am. ætatem haud mala male. Tr. melius  
Am. Verum omnes sapientes decet conferre et fabulari.

Sed Pleusidippus tuus herus ubi, amabo, est? Tr. eia  
vero,

Quasi non sit intus! Am. neque pol est, neque ullus qui-  
dem huc venit.

10

Tr. Non venit? Am. vera prædictas. Tr. non est mecum,  
Ampelisca.

*et petere aquam.* Tr. Quæ vox peregit ad meas aures? Am. Quæso, quis  
verba facit hic? quem ego conspicio? Tr. Estne hæc Ampelisca, quæ exit foras  
e templo? Am. Este hic Trachalio servus Pleusidippi, quem ecno? Tr. Ea  
est. Am. Est is. Sis sales, Trachalio! Tr. Sis salva, Ampelisca! Quid  
facis tu? Am. Traho vitam infelicem, quamvis sim innocens. Tr. Dic meliora!  
Am. Oportet omnes qui sapiunt colere veritatem et loqui. Ubi est, obsecro, tuus  
herus Pleusidippus? Tr. Eia vero! Quasi non sit in templo! Am. Neque est,  
neque ullus quidem sese contulit huc. Tr. Non venit? Am. Dicis verum. Tr.

\*\*\*\*\*

1 S. et Lips. quæ promissa est. Mox, hic est villa Schneider. Veneris fano  
omittit Ven. 1518.—2 S. Lips. cuius ad auris; Ven. 1518. quojus ad auris.—  
3 Vox mi Schneider. quæ hic Mediol. ego delet Schneider.—4 S. Lips. Pl. II.  
Ven. 1. omittunt hæc. Ven. 1. est fano. Lamb. hoc egreditur.—5 Ven. 1518.  
conspicio.—7 Pl. nnus et B. 1. hand malam.—8 Edd. quædam vett. homines  
sapientes.—9 S. eya vero; Pl. hela vero.—10 Ven. 1518. huc quidem.—12 C.

#### NOTÆ

1 *Intellego*] Respondet ex proscenio Ampelisca sacerdoti, et postscenio præcipienti, ut roget aquam ex proxima villa, in qua Dæmones manet.

5 *Calator*] Seu ‘calo,’ servus militis. Festus: ‘Calatores dicebantur servi, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod est vocare, quia semper vocari possunt ad necessitatem servitutis.’ Revera calones erant servi militum, qui manus gere-

bant clavas ligneas, seu fustes graviores, et qui ministrabant ligna militibus. Itaque *n ligno*, quod Graece καλον, dicti *calones*, et a ‘clavis’ lignis in hoc codem auctore vocabantur ‘elavatores,’ in Poenulo III. 1. 27.

7 *Ætatem*] Ethuicis bona ætas est juventus, mala senectus. Ecclesiastæ ‘dies mali’ sunt senectus.

Sed quam mox coctum est prandium? AM. quod prandium,  
obsecro te? [amabo?

TR. Nempe rem divinam facitis hic. AM. quid somnias,

TR. Certe huc Labrax Pleusidippum ad prandium vocavit  
Herum meum, herus voster. AM. pol haud miranda facta  
dicis.

15

Si Deos decepit et homines, lenonum more fecit.

TR. Non rem divinam facitis hic vos, neque herus? AM.  
ariolare. [que summo,

TR. Quid tu agis hic igitur? AM. ex malis multis, metu-  
Capitalique ex periculo, orbas auxiliique opumque huc

Recepit ad se Veneria hæc sacerdos, me, et Palæstram. 20

TR. An hic Palæstra'st, obsecro, heri mei amica? AM.  
certo.

TR. Inest lepos in nuntio tuo magnus, mea Ampelisca.

Sed istuc periculum perlubet quod fuerit vobis scire.

AM. Confracta est, mi Trachalio, hac nocte navis nobis.

TR. Quid, navis? quæ istæc fabula est? AM. non audi-  
visti, amabo,

25

Quo pacto leno clanculum nos hinc auferre voluit

In Siciliam, et quicquid domi fuit in navem imposivit?

Ea nunc perierunt omnia. TR. oh! Neptune lepide, salve:

*Ampelisca, non est meus mos. At prandium eritne modo paratum? AM. Quod prandium, quæso? TR. Nimirum sacrificatis hic. AM. Deliras, quæso? TR. Projecto Labrax vester herus invitavit huc Pleusidippum meum herum ad prandium. AM. Non loqueris mira: egit more lenonum, si fraudulavit Deos et homines. TR. Vos non sacrificatis hic, neque herus? AM. Divinas. TR. Quid facis hic ergo? AM. Hæc sacerdos Veneris nos admisit ad se, me et Palæstram, elapsas ex multis calamitatibus et summo timore, et ex discrimine vita, destitutas omni præsidio et ope. TR. Palæstra estue hic, quæso, amica mei heri? AM. Est. TR. Mea Ampelisca, est magna juenunditus in tuo nuntio; sed peroparem audire, quod periculum vobis fuerit. AM. Nostra navis, Trachalio, confracta est huc nocte. TR. Quid, navis? quid fabularis? AM. Non acceperisti, quæso, quomodo leno voluit nos archeare hinc clam in Siciliam, et quomodo contulit in navim universa que erant domi? Nunc ea omnia perdita sunt. TR. Oh! salvus sis, Neptune op-*

\*\*\*\*\*

*quot prandium.—14 Lamb. labrax huc; Ven. 1518. huc labrax leno. S. Lips. B. 1. Ven. 1. vocavit ad prandium.—15 S. Lips. Ven. 1. herus vester.—17 Lips. Ven. 1518. hariolare; S. hariolarem.—18 Quid tu agis igitur C.—19 Pli. periclo. Mox, recepit Huc Ven. 1518.—20 Recipit C. C. 2. Ven. 1. hæc sacerdos Veneria Ven. 1. Ven. 1518.—21 Schneider. obsecro te.—23 S. Lips. nobis scire.—24 Confracta, mi Trachalio, est Schneider.—26 Acidal. et Schneider. archeare voluit.—27 C. quique. S. Lips. Ven. 1. in navem imposuit; Ven. 1518.*

Nec te aleator ullus est sapientior : profecto  
 Nimis lepide jecisti bolum : perjurum perdidisti. 30  
 Sed nunc ubi est leno Labrax ? AM. perit potando opinor.  
 Neptunus magnis poculis hac nocte eum invitavit.  
 TR. Credo, hercle, anancæo datum quod biberet : ut ego  
 amo te,  
 Mea Ampelisca ! ut dulcis es ! ut mulsa dicta dicis !  
 Sed tu et Palæstra quomodo salvæ estis ? AM. scibis faxo.  
 E navi timidæ ambæ in scapham insiluimus : quia vide-  
 mus 36  
 Ad saxa navem ferrier, properans exsolvi restim :  
 Dum illi timent, nos cum scapha tempestas dextrovorum  
 Dissert ab illis : itaque nos ventisque fluctibusque  
 Jactatæ exemplis plurimis miseræ perpetuam noctem : 40  
 Vix hodie ad littus pertulit nos ventus exanimatas.  
 TR. Novi, Neptunus ita solet : quamvis fastidiosus

*time : est nullus aleator melior te. Sane jecisti tesseras nimis fauste : absorpsisti perjurum. Sed ubi est nunc Labrax leno? AM. Arbitror eum interiisse bibendo. Nam Neptunus cum provocavit ingentibus scyphis hac nocte. TR. Opinor propinatum anancæo, quod potaret. Ut ego te diligo, mea Ampelisca ! ut es suavis ! ut loqueris suavia verba ! Sed quomodo estis salvæ tu et Palæstra? AM. Operam dabo ut perspectum habeas. Ambæ perterritæ nosmet conjecimus e navi in scapham : intuitæ navem impelli ad scopulos, abscondi statim rudentem. Intereadum illi trepidant, procella nos abripit ab illis in dextram partem cum scapha. Itaque vix ventus nos compulit hodie ad littora ferme mortuas metu, jactatas nimbis et undis per totam noctem, infelices omni ratione. TR. Hoc scio, Neptunus sic*



*imposuit in narim.—29 S. et Pll. aleator nullus. S. a m. pr. sapiento.—30 C. lepide tecisti.—31 S. Lips. periit.—33 B. 1. S. Lips. Ven. 1. ananco ; C. 2. anan eo ; amando ei Ven. 1518.—34 Ven. 1518. mihi mulsa.—36 Naris timidæ B. 1. Pll. S. Lips. Ven. 1.—37 C. At sara. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. exolut. C. restem.—39 S. et Lips. ab allis. Mox, que post fluctibus deest in S.—40*

## NOTÆ

30 *Jecisti bolum*] Quasi bolum jece-  
 rit seu aleam, et perdidit lenonem  
 Neptunus. Eubolon dicebant vete-  
 res pro venereo jaectu, qui et erat  
 felicissimus. Bolus dicitur et de  
 jactu retis in mari. Quando vero  
 prima est prodneta, significat globu-  
 lum quandam, quantum os capere  
 potest. Terentius: ‘Crucior bolum  
 tantum mihi esse ereptum subito e

faucibus.’

33 *Anancæo*] Hesychius: Ἀνάγκη, ἡ  
 δικανικὴ κλεψύδρα, anancæum poculum  
 clepsydra. Unde anancæum poculum  
 perinde capax atque urna judicialis.  
 Anancæum autem sic dictum, quasi  
 post id siecatum, necesse sit peri-  
 re; ut versu 31. innuit, ‘periit po-  
 tando.’ Alii existimant esse allusum  
 a poëta cinctæ, quam cogebantur

Ædilis est: si quæ improbæ sunt merces, jactat omnes.

AM. Væ capiti atque ætati tuæ! TR. tuo! mea Ampelisca,

Scivi lenonem facere hoc, quod fecit: sæpe dixi. 45

Capillum promittam optumum 'st, occipiamque ariolari.

AM. Cavistis ergo tu atque herus, ne abiret, cum scibatis?

TR. Quid faceret? AM. si amabat, rogas, quid faceret?  
asservaret

Dies noctesque: in custodia esset semper: verum ecastor  
Ut multi fecit, ita probe curavit Pleusidippus. 50

TR. Cur tu istuc dicis? AM. res palam est. TR. scin'  
tu etiam, qui it lavatum

In balineas, ibi cum sedulo sua vestimenta servat,

Tamen surripiuntur? quippe qui, quem illorum observet,  
falsus est:

Fur facile, quem observet, videt: custos, qui fur sit, nescit.  
Sed duce me ad illam: ubi cst? AM. i sane in Veneris  
fanum hoc intro, 55

*consuerit: tametsi est morosus ædilis: si quæ merces sunt malæ, ejicit universas.*  
AM. Malum ingruat tibi, et tua vita! TR. Ingruat tibi! mea Ampelisca, præ-  
vidi lenonem facturum hoc quod fecit: affirmari frequenter. Ut æquum est, si-  
nam crescere capillos, et incipiā profiteri artem ariolandi. AM. Igitur tu et  
herus impedivisti quominus fugeret, quandoquidem habebatis ejus consilium?  
TR. Quid moliretur herus? AM. Si amore tenebatur, postulas quid moliretur?  
Custodiret diu noctuque: esset semper in praesidiis: sed Pleusidippus se gessit, ut  
complures se gerere solent: sic bene tuitus est. TR. Quare tu sic loqueris?  
AM. Id putet. TR. Ignorasne tu subduci furto vestimenta ei, qui it lavatum in  
balneos? tametsi ea custodiat diligenter, tamen surripiuntur? nimirum ignorat a  
quo, eorum qui adsunt, caveat. Fur cernit facile cui insidiatur; qui tuetur, igno-  
rat qui sit latro. Sed duce me ad illam; ubi est? AM. Perge certe in templum

Jactamus Schneider. contra codd.—42 C. quam vista fastidiosus.—43 Ven.  
1518. *improbe.* Mox, omnis Pll.—45 Sciri l. ego Schneider. facere ego Ven.  
1518. *facturum* hoc Douz. et Lamb.—46 Nonius optimum est incipiāque. S.  
Lips. Ven. 1. *hariolari.*—48 Ven. 1518. si illum amabat. S. Lips. C. 2. Ven. 1.  
Ven. 1518. aut servaret; C. atservaret.—49 Diesque S. cum in custodia idem  
codex.—50 Ut multifecit Lips.—52 Lamb. *balneas.* Pll. cum ibi,—53 C. ob-  
servat. S. Lips. Ven. 1. falsus est.—54 Pll. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. ob-  
servat. C. a m. pr. costos.—55 Sed duce dum Schneider. Veneris delet idem.

#### NOTÆ

baurire sontes, aut pro sontibus dam-  
nati; ut Socrates. Alii, et flumini  
Lethæo.

43 *Ædilis est]* Ædiles solebant im-  
probas merces in profluentem jac-

tare.  
46 *Capillum promittam*] Quasi dicat,  
divinus sum; oportet promittam, et  
sinam crescere capillum, quod erat  
divinorum et ariolorum.

Sedentem flentemque opprimes. TR. ut jam istuc mihi molestum est ! [animi,

Sed quid flet ? AM. ego dicam tibi : hoc sese excruciat  
Quia leno ademit cistulam ei, quam habebat; ubique ha-  
bebat,

Qui suos parentes noscere posset : eam veretur  
Ne perierit. TR. ubinam ea fuit cistellula ? AM. ibidem  
in navi 60

Conclusit ipse in vidulum, ne copia esset ejus,  
Qui suos parentes nosceret. TR. o facinus impudicum,  
Quam liberam esse oporteat, servire postulare !

AM. Nunc eam cum navi scilicet abivisse pessum in altum :  
Et aurum et argentum fuit lenonis omne ibidem. 65

Credo aliquem immersisse, atque eum excepsisse : id misera  
moesta 'st, [facto 'st,

Sibi eorum evenisse inopiam. TR. jam istoc magis usus  
Ut eam intro, consolerque eam, ne se sic excruciet animi :  
Nam multa præter spem scio multis bona evenisse.

AM. At ego etiam, qui speraverint, spem decepsisse multos.

TR. Ergo animus æquus optimum est ærumnæ condimen-  
tum. 71

*Veneris: in eo deprehendes sedentem et lacrymantem.* TR. Quam id quod dieis  
mihi est acerbum ! Sed quare lacrymatur ? AM. Ego tibi aperiam. Augitur ani-  
mo, quia leno ei surripuit arculam quæ illi erat, in qua erant quedam quibus sui  
parentes innotescerent. Timet ne ea perdita sit. TR. Ubinam fuit ea cistella ?  
AM. Ipse inclusit in vidulo in navi, ne esset in ejus potestate ad detegendos suos  
parentes. TR. O facinus atrox ! Velle eam adesse serram, quam par esset esse  
liberam ! AM. Videlicet lacrymatur, quod cistella submersa sit in mari cum nari:  
universum aurum et argentum lenonis fuit in eodem vidulo. Arbitror quendam  
subiisse fluctus, atque vidulum retraxisse. Haec mulier est tristis, quia spoliata  
est crepidiorum ope. TR. Est opere pretium nunc ingrediar, et leniam ejus dolo-  
rem, ne adeo angatur animo : nam nemo ignorat multa bene successisse multis  
contra expectationem. AM. Sed nemo etiam ignorat expectationem se fuisse complures  
qui speraverint. TR. Igitur mens æquabilis est certissimum delinimentum ægri-

---

hic intro ed. Carpent.—56 Unus Pl. fluentemque. Ven. 1. Ven. 1518. molestus.—57 Ven. 1518. hoc sese illa ; Schneider. scse hoc.—59 Ven. 1. parentis ;  
Ven. 1518. parentis. Pro posse, Schneider. edidit potis esset. Ven. 1518. de-  
bet eam.—60 Schneider, ubi ea nam.—62 Quis Ven. 1.—64 Nunc cum Schneider.  
abiisse S. Lips. B. 1. C. 2. Ven. 1. Ven. 1518. abisse C. pessum Ven.  
1518.—65 Voc. omne deest in S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518.—66 Schneider. se  
immerse ; Ven. 1518. immersisse se. Mox, Pl. it misera mest ; S. et Lips. id  
miserrima est.—67 S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. venisse. S. et Lips. facto est.  
—68 Ne ea S. Lips. Ne eam Ven. 1. Na eam Ven. 1518. consoler quod S. Lips.  
Ven. 1. consolerque Ven. 1518. consoler quin ed. Carpent. ne sic se Schneider.—69 C. bene venisse.—71 Ven. 1518. æquos. S. Lips. Ven. 1. optimum.—

Ego eo intro, nisi quid vis. AM. eas: ego, quod mihi imperavit

Sacerdos, id faciam, atque aquam hinc de proxumo rogabo.

Nam extemplo si verbis suis peterem, datus dixit:

Neque digniorem censeo vidiisse anum me quenquam, 75

Cui Deos atque homines censem benefacere magis decere.

Ut lepide, ut liberaliter, ut honeste, atque haud gravate

Timidas, egentes, uvidas, ejectas, exanimatas

Accipit ad sese! haud secus, quam si ex se simus natæ:

Ut eapse sic succincta aquam calefactat, ut lavemus! 80

Nunc ne moræ illi sim, petam hinc aquam, unde mihi imperavit.

Heus! ecquis in villa 'st? ecquis hoc recludit? ecquis prodit?

*tudinis. Ego ingredior, nisi vis aliquid. AM. Ingredere: ego obeam id quod sacerdos mihi mandavit; atque petam aquam a viciniis. Nam dixit eos datus esse statim, si peterem ejus nomine: nec puto me conspexisse ullam anum, quem existimem dignorem offici beneficis Deorum et hominum. Quam admisit in aedes renuste, quam urbaniter, quam humaniter, et lubenter, trepidas, inopes, madidas, expulsas, mortuas metu! non aliter ac si essemus ex ea ortæ: ut ipsa sese succinctit, ut sublit ignem aquæ, qua proluamur! Jam ne illam retardem, rogabo in his aedibus aquam, in quibus mihi mandavit ut rogarem. Heus! estne aliquis in villa? Quis aperit ostium? Quis egreditur?*

73 C. it faciam; S. Lips. proximo.—74 B. 1. S. Lips. Ven. 1. sive verbis; Pll. exemplo sine verbis.—75 Ed. Carpent. quanquam.—76 Quoi Ven. 1518. atque homines desunt in S.—77 Ven. 1. gravatae.—78 S. et Lips. egentis. S. Lips. Ven. 1. humidus; S. a m. sec. madidas.—79 Accipit Ven. 1. Accipit at sese C. essemus natæ Schneider.—80 Ut ea spe C. Ut ea ipsa S. Lips. Ven. 1. sic deest in Pll. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. succinta S. succincte Bas. 2.—81 Pll. mora; S. Lips. Ven. 1. Nunc memora illis impera; Ven. 1518. me moror: ibo atque rogabo.—82 S. in villa est. Mox, hoc debetur Grutero. C. recludite quis prodit.

## ACTUS SECUNDI SCENA QUARTA.

SCEPARNIO, AMPELISCA.

Sc. Quis est, qui nostris tam proterve foribus facit injuriam?

AM. Ego sum. Sc. hem! quid hoc boni est? huc! edepol specie lepida mulier!

Sc. Quis est, qui insultat tam petulanter in nostrum ostium? AM. Ego sum. Sc. Hem! quid est id probi? Hec! profecto est mulier forma renusta! AM.

**AM.** Salve, adolescens. Sc. et tu multum salveto, adolescentula.

**AM.** Ad vos venio. Sc. accipiam hospitio, si mox venis,  
Item ut affectam: nam nunc nihil est qui te inanem. 5  
Sed quid ais, mea lepida, hilara? **AM.** aha! nimium fa-  
miliariter [quidem est.

**Me** attractas. Sc. pro Di immortales, Veneris effigia hæc

*Sis salvis, adolescens. Sc. Et tu, adolescentula, sis salva plurimum. AM. Me confero ad vos. Sc. Admittam in aedes, si redieris modo utul sis madida: nam nihil habeo nunc, quo repleam tuam urnam inanem. At quid dicis, mea venusta, lata? AM. Aha! me attingis paulo liberius. Sc. Pro Dii immortales, est hæc*

1 *Voc. nostris deest in Ven. 1518.—2 Voc. specie deest in eadem ed. specie lepida mulierum Douz. eu edepol Pll.—3 Copula et deest in Ven. 1. et Ven. 1518.—4 Codd. Lambini, *venies vespri*; Pll. et Bipont. *si nox venis*; Ven. 1518. *si mox veneris*. Illud *vesperi* non legitur in C. C. 2. B. 1. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518.—5 Ita ut S. Lips. *affectata Seal. affectam amplectar* Ven. 1518. *affectus Car. et Bipont. nihil es S. a m. pr. Pro inanem*, Pll. *habent manem*; S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *maneam*; Bipont. *juvem*. Lamb. *mane mulierem*.—6 Pro *aha*, S. Lips. B. 1. Ven. 1. *habent ah*.—7 S. Lips. *Me ad-**

#### NOTÆ

2 *Quid hoc boni est*] Verba sunt Seeparnionis servi, nondum videntis Ampeliscam. Quasi dicat: Videamus utrum sit aliquid boni, quod tam graviter impellit nostras fores.

4 *Accipiam hospitio*] Hic maxima mala crux videtur esse fixa ab anetore nostro interpretibus omnibus, qui in eo uno convenient, ut locum obscenum per sese certatum reddant obsceniorum; quod ut faciant, alii alias accensant librarios exemplariaque, elementa, vocesque mutant; et ne sic quidem contenti videntur interpretatione. Primum, subesse non nihil obscenitatis non est negandum; sed tectum esse contendo et proponendum in inverecundo seruo verecundum. Quod ita planum fieri posse arbitror. Pulsat ad ostium Dæmonitis Ampelisea. Aperit Seeparnio. Videt Ampeliscam cum urna ad rogandam aquam. Dicit Ampelisca, ‘venio ad vos,’ additura, ‘rogatum aquam;’ petulans servus obturbat di-

centem; videt enim satis quid roget; dicitque ‘accipiam modo te hospitio.’ Item ut *affectam*, id est, utut es madida. ‘Sed nunc puella ex ornatu,’ ut est versn 15. hujus scenæ. *Nihil est*, id est, non est aqua qui te inanem, id est, ut te inanem non remittam. Quod erat additurus, nisi obturbatus conspectu repentina pulchritudinis ejus, quæ rogat aquam. Nemo enim dubitat Latine dici, ‘inanem aliquem remittere,’ pro remittere sine iis quæ expectabat. Dicit autem jocando protervus Seeparnio non esse sibi aquam, ut quam enivis dedisset ultro etiam, ‘hostis hosti,’ ut Ampelisea, versn 21. ejusdem scenæ, monet, puellæ non largiatur, nisi interpositis precibus, et ut impetus verna urget, blanditiis, versib. 18. et 20. Hæc interpretatio proprius, propinsque intuenti, et eam conferenti cun tota scena, aut vera, aut veræ propior videatur.

7 *Effigia*] Antiquum, pro *effigies*.

- Ut in ocellis hilaritudo est ! cia, corpus quojusmodi !  
 Subvolturium ; illud quidem, subaqilum volui dicere.  
 Vel papillæ quojusmodi ! tum quæ indoles in savio est ! 10  
 Am. Non ego sum pollucta pago : potin' ut me abstineas  
 manum ?  
 Sc. Non licet te sicce placide bellam belle tangere ?  
 Am. Otium ubi erit, tum tibi operam ludo et deliciæ dabo :  
 Nunc, quamobrem huc sum missa, amabo, vel tu mihi aias,  
 vel neges.  
 Sc. Quid nunc vis ? Am. sapienti ornatus, quid velim, in-  
 dicium facit. 15  
 Sc. Meus quoque hic sapienti ornatus, quid velim, indicium  
 facit.

*imago Veneris. Ut lætitia est in oculis ! Eia, quale corpus ! subvolturium ! Pro-  
 fecto hoc putabam appellare subaqilum ! vel quales papillæ ! tum quæ forma oris !  
 Am. Non ego sum exposita pagano. Vise coercere manum a me ? Sc. Non  
 concedes ob blandiri sobrie, leniter, lepide, lepidam ? Am. Quando erit tempus,  
 usurpabo tecum jocum et voluptatem : nunc, gnæso, vel tu mihi da, vel non da id,  
 propter quod ego veni huc. Sc. Quid petis nunc ? Am. Hic communicatus ostendit  
 sapienti, quid petam. Sc. Hic meus commeatus indicat quoque sapienti, quid*

tractas.—8 Verbum est deest in Ven. 1518. *eya* S. Lips. *cuimodi* S. Lips.  
 Ven. 1.—10 S. Lips. Ven. 1. *cuimodi*. Mox, *sanio* est S. a m. pr. *in salo*'st  
 C.—11 S. Lips. B. 1. Ven. 1. et Douz. *polluta*. Mox, *pro pago*, codd. *Vallæ*  
*palpo*, al. ap. *Pareum apage*.—12 *Pro sicce*, Pl. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518.  
*habent sic* ; Parei 3. *sice*.—14 Parei 3. *tu mihi alas* ; Schneider. *tu mi aias*.—  
 15 Ven. 1. *sapientior ornatus* ; Ven. 1518. *sapientior nata*.—16 *Hic quoque su-*

## NOTÆ

9 *Subvolturium*] Si de colore in ente Ampeliscae dictum, id est, corpus subfuscum; qui color est commenda-  
 bilis, *une brune*. Si de alacritate cor-  
 poris, et non de colore entis; inde sumitur comparatio, quod vultur, ut  
 pote prædatoria avis, est expeditissimus et velocissimus.

*Subaqilum*] Seeparnio id subjicit per correctionem: quia dixit subvolturium, Ampeliscae corpus dicit esse non subvolturium, sed subaqilum; quæ correctio falsit sententiam eorum, qui hoc versu non de colore, sed de alacritate dictum putant: est enim idem, et vñiturnum color et aquilarum; itaque innuit hoc loco Seeparnio malle se conferre

*puellam cum avium regina aquila,*  
*quam cum vulture.*

11 *Non ego sum pollucta pago*] Non sum qui cedam in partem amatoris agrestis. ‘*Pollucta*’ est verbum sum-  
 tum ex sacris Herculis, in quibus aræ hujs numinis, ut est dictum sape superius, imponebantur decimæ re-  
 rum omnium; et ex iis epulum fiebat populo. Cum autem ritus ille ser-  
 retur tam in urbibus, quam in agris, Ampelisca dedignata significatio-  
 nes amoris paulo liberiores Seepar-  
 nionis, innuit, non esse se et illum conditione pares, ut andeat ad ejus a-  
 mores aspirare; esse se ex urbe, illum agrestem. Quasi dicat, *Sum delica-  
 tor quam ut apponar palato agresti.*

AM. Hæc sacerdos Veneris hinc me petere jussit a vobis aquam.

[feres.

Sc. At ego basilicus sum: quem nisi oras, guttam non Nostro illum puteum periculo et ferramentis fodimus.

Nisi multis blanditiis, a me gutta non ferri potest. 20

AM. Cur tu aquam gravare, amabo, quam hostis hosti comodat?

[dat?

Sc. Cur tu operam gravare mihi, quam civis civi commo-

AM. Immo etiam tibi, mea voluptas, quæ voles, faciam omnia.

[vocat:

Sc. Eugepe! salvus sum! hæc jam me suam voluptatem Dabitur tibi aqua, ne nequicquam me ames: cedo mihi ur-

nam. AM. cape, 25

Propera, amabo, efferre. Sc. manta: jam hic ero, voluptas mea.

AM. Quid sacerdoti me dicam hic demoratam tam diu?

Ut etiam nunc misera timeo, ubi oculis intuor mare!

*cupiam.* AM. *Hæc sacerdos Veneris mandavit rogare hinc aquam a vobis.* Sc. *At ego sum minister regius: nisi me rogareris, non accipies vel guttam.* Fodimus illum puteum nostro periculo et instrumentis; gutta non potest obtineri a me, nisi multis blandimenti. AM. *Quare agre das tu aquam, quam inimicus largitur inimico?* Sc. *Quare mihi tu negas id, quod civis dat ultro civi?* AM. *Immo, mea voluptas, agam quicquid libitum fuerit.* Sc. *Gestio latitiae! meæ res bene se habent!* hæc me appellat jam suam voluptatem. Tibi dabo aquam, ne me ames incassum: da mihi hydriam. AM. *Tene; acceler, queso, afferre.* Sc. *Expecta: revertar quamprimum hic, mea voluptas.* AM. *Quam causum afferam sacerdoti, tante moræ a me factæ?* *Quam formido etiamnum, quando conspicio mare!* At

*pientior natus Ven. 1518. sapientior natus etiam Ven. I. et Ven. 1518.—17 Hic S. Lips. Ven. I. Ven. 1518. aquam jussit a vobis* PII. S. Lips. Ven. I. Ven. 1518.—18 C. *basilicus;* C. 2. *basiliscus.*—19 *Nos pro illum* PII. *illum pupæ teum* B. I. *periclo* Schneider.—20 Schneider. *ferri non.*—21 Lips. a m. sec. *aquam mihi.*—22 Ven. 1518. *gravare.*—24 *Euge salvens* S. Lips. Ven. I. *Euge persal-*rus B. I.—25 *Pâticula ne deest in* S. Lips. Ven. I. *mæ deest in* Ven. 1518. *mi urnam* Schneider.—26 *Propterea Ven. 1518. afferre* S. Lips. *mancum jam* S. Lips. B. I.—27 S. Lips. B. I. Ven. I. Ven. 1518. *mæ dicam;* C. 2. *meo di-*

#### NOTÆ

Decimæ enim quæ imponebantur aræ Herculis in urbibus erant delicatores, quam quæ imponebantur aræ ejusdem numinis in agris.

18 *Ego basilicus sum!* Id est, regius minister. Et ut sunt magnatum ministri impotentes, et feroce, et vulgo ipsis suis dominis ferociiores, eos ob-

lique carpit Plautus in persona Secparnionis prædicantis se fore difficilem et morosum Ampelisœ, neque daturum aquam, nisi emitam precibus obnoxia, blanditiis plurimis.

21 *Cnr tu aquam gravare]* *Gravare* hoc loco dicitur, pro gravate dare, ægre, invito animo.

Sed quid ego misera video procul in littore ?  
 Meum herum lenonem Siciliensemque hospitem,  
 Quos periisse ambos misera censebam in mari. 30  
 Jam illud mali plus nobis vivit, quam ratæ.  
 Sed quid ego cesso fugere in fanum, ac dicere hæc  
 Palæstræ, in aram uti configiamus prius,  
 Quam huc scelestus leno veniat, nosque hic opprimat ? 35  
 Configiam hinc, res ita suppetit subito mihi.

*quid ego cerno longe in littore, infelix ? Cerno meum herum lenonem, et ejus hospitem Siculum, quos putabam, infelix, submersos fuisse ambos fluctibus. Nobis superest plus ærumnarum quam arbitrabamur. Sed quid ego cunctor me conjicere in templum, ac nuntiare hæc Palæstræ; ut configiamus ad aram, antequam nefarius leno accedat huc, et nos occupet incutas hic ? Fugiam hinc ; ea res sic mihi venit in mentem repente.*

---

cam ; C. me dicam.—30 C. Siciliensemque.—31 S. Lips. perisse. Mox, misera deest in Ven. 1518.—32 S. Lips. Pll. Ven. 1. plus mali.—34 S. Lips. Pll. Ven. 1. Ven. 1518. ut configianus.—35 S. homo leno.—36 C. huic Pll. C. huic Lamb. ex eodd. ita res Lamb. subita idem. mihi deest in B. 1. Pll. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518.

---

## ACTUS SECUNDI SCENA QUINTA.

SCEPARNIO.

PRO Di immortales, in aqua nunquam credidi  
 Voluptatem inesse tantam ! ut hanc traxi lubens !  
 Nimio minus altus puteus visus est, quam prius.  
 Ut sine labore hanc extraxi ! præfiscine,

SCE. *Pro Dii immortales ! nunquam existimari esse tantam oblectationem in aqua haurienda. Quam eam eduxi alacriter ! Credidi puteum multo minus profundum quam antea. Quam hanc hausi sine conatu ! absit dicto invidia, sum satis impro-*

---

3 Lamb. *visus' st.*—4 Pll. S. Ven. 1. *præfici ne*; Lips. *proficisci ne*; Ven.

## NOTÆ

4 *Præfiscine*] *Præfiscine* est vox qua utebantur veteres ad præfactionem modestiæ, quando quid dieebant unde gloriari possent : quasi dicat, ‘absit verbo invidia.’ Unde patet hic jocum captari a Sceparnione, qui profitetur se esse satis nequam. Quod quem locum gloriae faciat, nemo est qui non videat.

Satis nequam sum: utpote qui hodie inceperim 5  
 Amare: hem tibi aquam, mea tu bella: hem, sic volo  
 Te ferre honeste, ut ego fero: ut placeas mihi.  
 Sed ubi tu es, delicata? cape aquam hanc sis: ubi es?  
 Amat hercle me, ut ego opinor: delituit mala.  
 Ubi tu es? etiamne hanc urnam acceptura es? ubi es? 10  
 Commodule melius: tandem vero serio.  
 Etiam acceptura es urnam hanc? ubi tu es gentium?  
 Nusquam hercle equidem illam video: ludos me facit.  
 Apponam hercle urnam jam ego hanc in media via.  
 Sed autem, quid si hanc hinc abstulerit quispiam 15  
 Sacram urnam Veneris? mihi exhibeat negotium.  
 Metuo hercle, ne illa mulier mihi insidias locet,  
 Ut comprehendar cum sacra urna Veneria.  
 Nempe optimo me jure in vinculis enicet  
 Magistratus, si quis me hanc habere viderit. 20  
 Nam haec literata 'st: ab se cantat cuja sit.  
 Jam hercle evocabo hinc sacerdotem foras,  
 Ut hanc accipiat urnam; accedam huc ad fores.

*bus: ut qui initium faciam hodie amandi. Hem! tene aquam, mea bella. Hem!*  
*exopto te gestare, sic decore, ut ego gesto: ut mihi sis grata. Sed ubi es, lepida?*  
*Tene, si libet, hanc aquam. Ubi es? Profecto me amat, ut ego animadverto: sese*  
*abscondit, nequam. Ubi es tu? Accipiesne tandem hanc urnam? Ubi es? Hac-*  
*tenuis joco: tandem vero age serio. Accipiesne tandem aliquando hanc urnam?*  
*In quo loco delitescis? Nullibi illam conspicio; me ludificat. Ego collocabo hanc*  
*urnam hic in media via. At vero si quis hanc abstulerit hinc urnam sacram Vene-*  
*ris? Mihi facessat negotium. Profecto vereor, ne illa mulier mihi struat insidias,*  
*ut inveniar cum urna sacra Veneris. Nimurum judex me interficiat merito in ear-*  
*cere, si quis viderit me hanc tenere. Nam haec inscripta literis: nuntial per sese*  
*ad quem pertineat. Nunc certe vocabo hanc sacerdotem e fano, ut auferat hanc*

1518. *præfestine*.—5 *Ut nequam Ven.* 1518. *ut pro te S. Lips.* Ven. 1. *pro te*  
*Ven.* 1518. *amare inceperim Ven.* 1518.—6 *Pll. S. Lips.* B. 1. *Ven.* 1. *Ven.*  
 1518. *tu bellata*.—8 *Sed ubi es S. Lips.* Ven. 1. *hanc sic S. Lips.* Ven. 1. *Ven.*  
 1518.—10 C. 2. *ancurnam acceptura's; τὸ es deest in C. ubinam es Ven.* 1518.—  
 —12 Lamb. *es acceptura*.—13. 14 *Hæc verba bis quatnor, equidem . . . hercle*  
*desint in S. B. 1. Lips.* Ven. 1. *Ven.* 1518. *in media sistam via Ven.* 1518.—  
 15 *Sedentem quid si Valla.*—16 *S. Lips. exhibebat.*—18 *Ut comprehendar S.* *Ut*  
*comprendas Lips.*—19 *Pronomen me deest in B. 1. S. Lips.* Ven. 1. *vincis S.*  
*Lips.*—20 *Magram jussi S. Lips.* *nisi S. a. m. sec.*—21 *S. Lips. litterata est.*  
*C. capse cantat.* *Mox, Ven.* 1518. *quoia sit.*—22 *Nam hercle Ven.* 1518.—23  
*Pro urnam, Ven. 1. et Ven.* 1518. *habent nam.* *Mox jam huc Ven.* 1518.—

## NOTÆ

21 *Litterata 'st]* Id est, literis inscripta.

Heus sis, Ptolemaia! cape hanc urnam tibi:  
 Muliercula hanc nescio quae huc ad me detulit. 25  
 Introferunda est: reperi negotium:  
 Siquidem his mihi ulti aggerunda etiam est aqua.

*urnam. Accedam huc ad januam. Heus si libet, Ptolemaia! sume tuam urnam: nescio quae muliercula ad me hanc attulit huc. Oportet eam inferam in favnum. Si mihi ferenda est ulti aqua iis qui haustam veniunt, non inveni parum negotii.*

---

24 *Heus si ptolemaio gratia* B. 1. *Eus si Pl. Heus si ptolemeo gratia* S. Lips. Ven. 1. *Heus si tolloni gratia* Ven. 1518. *Heus sis, tolle mea gratia* Carpenter. —26 *Inproferundast* B. 1. *In proferundast* Pl. S. Lips. Ven. 1. *Introferundast* codd. Lamb. *In proferunda abiit* Lamb. *reperi* Camer. Lamb. —27 Schneider. *mihi his ulti.*

---

## ACTUS SECUNDI SCENA SEXTA.

LABRAX, CHARMIDES.

LA. QUI homo sese miserum et mendicum volet,  
 Neptuno credat sese atque ætatem suam:  
 Nam si quis quid cum eo rei commiscuit,  
 Ad hoc exemplum amittit ornatum domum.  
 Edepol, Libertas, lepida es, quæ nunquam pedem 5  
 Voluisti in navem cum Hercule una imponere.

LA. Qui optabit esse infelix et egenus, sese committat mari et suam vitam: nam si quis contraxit aliquid commercii cum eo, illum remittit domum instructum hoc modo. Sine dubio fuisti callida, Libertas, quæ nunquam voluisti inferre pedem in

---

1 *Qui homo hominem* Ven. 1518.—3 Pl. S. Lips. Ven. 1. *quis cum eo quid.*—  
 5 *Edepol* Ven. 1518. Lamb. *Edepol* deest in B. 1. S. a m. pr.—6 Ven. 1518. *navim.* Ven. 1. Ven. 1518. *mecum.* Mox, *hercile* Pl. S. Lips. Ven. 1. Ven.

## NOTÆ

1 *Qui homo*] Terentius, ‘Nescis quid mali præterieris, qui nunquam es ingressus mare.’ Ovidius, ‘Et prope tam letum quam prope cernit aquam Navita.’ Juvenalis, ‘Nauta est digitis a morte remotus Quatuor, aut septem, si sit latissima tæda.’

2 *Ætatem suam*] Id est, vitam suam. Quod idem est ac ‘se;’ unde supra,

‘Væ ætati tuæ;’ id est, vœ tibi.

4 *Ornatum*] Adjuvat orationem suam Labrax indicatis laciniis vestimenti manantis aqua marina.

6 *Cum Hercule*] Quæ sit ea Libertas, quæ noluerit inferre pedem cum Hercule in navem, ignoratur. Ego crederim esse hanc Fabulam ex eorum numero, quæ circumferuntur in

- Sed ubi ille meus est hospes, qui me perdidit ?  
 Atque ecce huic venit ! Cn. quo, malum, properas, Labrax ?  
 Nam equidem te nequeo consequi tam strenue.  
**La.** Utinam te prius quam oculis vidisse mei,  
 Malo cruciatu in Siciliam perbiteres ; 10  
**Que**m propter hoc mihi obtigit misero mali !  
**Ch.** Utinam, cum in aedes me ad te adduxisti tuas,  
 In carcere illo potius cubuisse die !  
**Deosque** immortales quæso, dum vivas, uti 15  
**Omnes** tui similes hospites habeas tibi.  
**La.** Malam Fortunam in aedis te adduxi meas.  
**Quid** mihi scelesto tibi erat auscultatio ?  
**Quidve** hinc abitio ? quidve in navem insensio ?  
**Ubi** perdidisti etiam plus boni quam mihi fuit. 20  
**Ch.** Pol minime miror, navis si fracta'st tibi,  
 Scelus te, et scelestae parta quæ vexit bona.  
**La.** Pessum dedisti me blandimentis tuis.  
**Ch.** Scelestiorem cœnam cœnavi tuam,  
 Quam quæ Thyestæ quondam anteposita est, et Tereo. 25

*navem una cum Hercule. At ubi est ille meus hospes, qui me rocavit in periculum ? Atque ecce huic venit ! Cn. Quo vadis, malum, Labrax ? Nam non valeo te sequi tam celeriter. La. Utinam antequam consperisssem te meis oculis, periisse in Siciliu mulo cruciatu, cuius causa hac calamitas mihi accidit inflicti ! Cn. Utinam illo die, quo me adduxisti in tuas aedes, dormivisse potius in carcere ! Et rogo Deos immortales, ut sint tibi, dum vitam ages, omnes hospitestui similes. La. Induxi malum fortunam in aedes meas, quando te adduxi in eas. Quare tibi præbui uires, scelestæ ? Quare hinc sum profectus ? Quare concendi navem ? In qua periret plus fortunarum quam habebam. Cn. Sane minime miror, si tua navis est scopulis allisa, que te portavit scelestum, et fortunas comparatas scelere. La. Me perdidisti tuis blanditiis. Cn. Sumsi cœnam magis nefarium apud te, quam quæ*

1518.—10 *Utinam ego* Schneider.—11 *Sicilia* Camer. Lamb. *proficisceres* B. 1. S. Lips. *perbiteres* Ven. 1. *præbiteres* Ven. 1518.—13 S. Lips. Ven. 1. *vadis* ; Ven. 1. Ven. 1518. *meas* te adduxi. Mox, tuas deest in S. Lips. Ven. 1.—16 S. *similes*, et in marg. *siculos*.—18 C. 2. et Ven. 1. *tibi erit*.—19 Q. h. *abitu* Pl. *navim* Ven. 1518.—21 S. Lips. *fracta sit*, Pl. Ven. 1. Ven. 1518. *ibi* pro tibi ; *Carpentar. ubi*.—23 Schneider. *blandimentis* me.—25 *Thiestæ* S. est

## NOTÆ

ima plebe, et quæ cum tempore exolescant, ab eruditis non usurpatæ, et monumentis literarum minime consignatae.

25 *Thiestæ*] Fabula nota est, qua

Atrens Thyestæ frater suis liberos epulandos apposuisse narratur. Neque minus notum Proenæ Tereo viro suo, quod is Philomelam Proenæ sororem vitiasset, eique postea,

- LA. Perii, animo male fit! contine, quæso, caput.  
 CH. Pulmoneum edepol nimis velim vomitum vomas.  
 LA. Eheu Palæstra atque Ampelisca! ubi estis nunc?  
 CH. Piscibus in alto, credo, præbent pabulum.  
 LA. Mendicitatem mihi obtulisti opera tua, 30  
 Dum tuis auscultò magnidicis mendaciis.  
 CH. Bonam est quod habeas gratiam merito mihi,  
 Qui te ex insulso salsum feci opera mea.  
 LA. Quin tu hinc is a me in maxumam malam crucem.  
 CH. Eas! easque res agebam commodum. 35  
 LA. Eheu! quis vivit me mortalis miserior?  
 CH. Ego multo tanto miserior, quam tu, Labrax.  
 LA. Qui? CH. quia ego indignus sum, tu dignus, qui sies.  
 LA. O scirpe, scirpe! laudo fortunas tuas,  
 Qui semper servas gloriam aritudinis. 40  
 CH. Equidem me ad velitationem exerceo:

*est apposita olim Thystæ et Tereo. LA. Perii, est ægre animo; rogo, tene caput. CH. Utinam excrees pulmonem. LA. Heu Palæstra, atque Ampelisca! ubi estis jam? CH. Puto sunt pabulo piscibus in mari. LA. Me compulisti in sunnam inopiam, tua culpa, dum aurem præbeo tuis mendaciis magnificis. Cn. Est in quo mihi habeas jure gratiam, qui te reddidi meo beneficio ex insulso salsum. LA. Quin tu abis hinc a me in maximam malam crucem. Cn. Abi tu ipse! molitus sum id in te feliciter ut abeas. LA. Heu! quis homo est infelior me! CH. Ego sum tanto infelior, quam tu, Labrax. LA. Quomodo? Cn. Quia ego sum indignus, qui sim miser: tu vero dignus. LA. O scirpe, scirpe! laudo tuam sortem, qui tueris semper laudem siccitatis. CH. Equidem me exercito ad pugnam velitarem:*

omittit Ven. 1518. et atreco S. Lips. ab Tereo Ven. 1518.—26 *Peri* S. Lips. Pll.—27 *Polumoneum* S. Lips. *Pulmonem* Ven. 1518. *vomitum* Ven. 1518.—28 *Heu* S. Lips. *Heu* Ven. 1. Ven. 1518. *nunc miseræ* Ven. 1518.—34 S. Lips. Ven. 1. *maximam*.—35 *Das eas q̄ res* B. 1. *Das easque res* Pll. *Das etiam* S. Lips. *Da* Ven. 1. Ven. 1518. *cas qua* S. Ven. 1. *quas* Ven. 1518. *meas* qui *Carpentar.* *res tecum in navi* Ven. 1518. *Meas tuasque res agebam* Diss.—36 *Heus* B. 1. S. Lips. *Heu* Ven. 1. Ven. 1518. *me alter* Ven. 1518.—41 S. Lips.

## NOTÆ

ne enuntiaret, linguam præcidisset, Ityn communem filium dilaceratum patri comedendum objecisse.

33 *Ex insulso salsum feci*] Charmides Labracem irridet: habet enim gratiam ei quivis qui ab aliquo ex insipiente sapiens factus sit; sed non qui e sicco madidus.

35 *Eas! easque res*] Labrax dixit Charmidi; ‘quin is in malam cru-

cem!’ Respondet Charmides, *Eas!* *res*, id est, id agebam; id est, ibam in malam erneem, quando subibam tecum tempestatem. Sed est et jo-  
cūs in *Eas! res*; ‘eas’ enim verbum significat; ‘eas ipse in malam er-  
neem;’ et præterea inseruit phrasī, ‘eas res agebam.’

39 *O scirpe*] Seirpus etiam aqua im-  
mersus non madet.

**Nam omnia corusca præ tremore fabulor.**

**LA.** Edepol, Neptune, es balneator frigidus :

**Cum vestimentis posteaquam abs te abii, algeo.**

**Ne thermopolium quidem ullum instruit :**

45

**Ita salsam præbet potionem et frigidam.**

**CH.** Ut fortunati sunt fabri ferrarii,

**Qui apud carbones assident ! semper calent.**

**LA.** Utinam fortuna nunc anatina uterer,

**Uti cum exivissem ex aqua, arerem tamen !**

50

**CH.** Quid, si aliquo ad ludos me pro manduco locem ?

**LA.** Quapropter ? **CH.** quia pol clare crepito dentibus.

**Jure optumo me lavisse arbitror.**

**LA.** Qui ? **CH.** quia auderem tecum in navem ascendere,

**Qui a fundamento mibi usque movisti mare.**

55

**LA.** Tibi auscultavi, tu promittebas mihi

*nam mitto præ trepidatione verba vibrantia.* **LA.** Certe, Neptune, es balneator gelidus : rigeo ex quo excessi a te cum vestibus. Sane non est apud eum thermopolium, sic propinat potionem salsam et frigidam. **CH.** Quam fabri ferrarii sunt felices, qui semper stant ad prunas ! fruantur calore perpetuo. **LA.** Utinam essem similis anatii, ut quando prodirem ex aqua essem siccus ! **CH.** Quid, si me collacem ad ludos pro manduco ? **LA.** Quare ? **CH.** Quia crepito clare dentibus. Existimo me naufragium fecisse merito. **LA.** Quare ? **CH.** Quia sum anus me conferre tecum in navem, quia concitasti mare ab imo. **LA.** Tibi credidi ; tu mihi

B. 1. *mea tu elitationem*; Ven. 1. *Ven. 1518. meum relitationem*; codex Turnebi, *me ad relitationem*; Pll. *me at relitationem*.—42 S. Lips. *præ timore*.—44 S. Lips. Pll. *Ven. 1. postquam*; Ven. 1518. *abs te postquam. C. a te. B. 1. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. abi.*.—45 *Ne temopolium B. 1. Ne temopolium S. Lips. ullum ille edd. quædam vett. et Schneider. instructum hodie Ven. 1518.*.—49 *Ven. 1518. nunc ego. Pll. anetina; S. a net in a; Lips. auet ina; Ven. 1518. anthracina.*.—50 *Ut S. Lips. Ven. 1. Ut postquam Ven. 1518. exissem S. Lips. Ven. 1. in aerem S. Lips.*.—51 *Ven. 1518. manduca.*.—53 *Sed nunc jure edd. quædam vett. et Schneider. Vino, pro Jure, S. Lips. larissem S. Lips. opinor arbitror S.*.—54 *Ven. 1518. navim.*.—56 *Tibi autem S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518.*

#### NOTÆ

41 *Ad relitationem*] Festns: ‘Velitatio dicta est ultro citroque proborum objectio ab exemplo velitaris pugnae.’ Hic de trepidatione, qua membra vibrantur.

42 *Corusca*] Cornucat maxime lux, quando tremula est. Sie cornucantia sua verba dixit Charnides propter trepidationem vocis. Corusee vero

inx videtur radios circumquaque vibrare.

49 *Fortuna anatina*] Anas est perpetuo in aqua: neque tamen, aut alget, aut madet, quando exit.

51 *Manduca*] Manducus erat formidolosa persona, magnis malis, lateque dehiscens, et clare crepitans dentibus, terriculamentum puerorum.

Illic esse quæstum maximum meretricibus,  
Ibi me corrucere posse aiebas divitias.

CH. Jam postulabas te, impurata bellua,  
Totam Siciliam devoraturum insulam.

60

LA. Quænam balæna meum voravit vidulum,  
Aurum atque argentum ubi omne compactum fuit?

CH. Eadem illa, credo, quæ meum marsupium,  
Quod plenum argenti fuit, in sacciperio.

LA. Eheu! redactus sum usque ad hanc unam tuniculam,  
Et ad hoc misellum pallium: perii oppido!

66

CH. Vel consociare mihi quidem tecum licet:  
Æquas habemus partes. LA. saltem si mihi  
Mulierculæ essent salvæ, spes aliquæ forent.  
Nunc si me adolescens Pleusidippus viderit,

70

A quo arrhabonem pro Palæstra acceperam,  
Jam se exhibebit hic mihi negotium.

CH. Quid, stulte, ploras? tibi quidem edepol copia 'st,  
Dum lingua vivet, qui rem solvas omnibus.

*affirmabas meretrices facere illic maximum lucrum; dicebas me posse corrudere illic opes.* CH. *Impura bestia, putabas jam te voraturum universam insulam Siciliam.* LA. *Quæ balæna voravit meum vidulum, in quo fuit inclusum omne aurum atque argentum?* CH. *Illa eadem, ut puto, quæ voravit meum marsupium, quod plenum erat pecunia, in sacco.* LA. *Heu! haec una tunicula mihi superest, et hoc miserum pallium. Interii plane!* CH. *Mihi licet quidem inire societatem fortunarum tecum. Sumus pares in fortunis.* LA. *Saltem si mulierculæ essent incolumes, esset spes aliqua. Nunc si adolescens Pleusidippus, qui dedit mihi arrhabonem pro Palæstra, me conspicatus sit, mihi conflabit jam hic negotium.* CH. *Quare lacrymaris, insane? Profecto semper poteris reddere rem cuivis dum lingua valebit.*



—57 *Illi Lamb.*—58 *Pll. alebas.*—59 *C. 2. inpura bellula.*—60 *Ven. 1. devorat.*—  
61 *S. Lips. C. <sup>æ</sup>belleu; C. 2. bellana.*—63. *C. marsippium.*—65 *Ehu S. Lips. Heu Ven. 1. Ven. 1518. sum redactus Ven. 1518. unum hanc C. ad hanc usque unam Ven. 1518.*—67 *Vel consciare B. 1. Pll. S. Lips. Ven. 1. Vel consiliare Valla; Vel conciliare al.*—69 *Carpentar. aliqua foret.*—70 *Pronomen me deest in Ven. 1518. plesidippus Ven. 1.*—71 *Pll. S. Ven. 1518. arrabonem; Ven. 1. arabanem.*—72 *Jam is Lamb. 1595. Jam his Lamb. 1577.*—73 *S. Lips. tibi equidem.*

## NOTÆ

58 *Corruere*] Coacervare magnas di-      medio cumulum dejicere, et æquare.  
vitias. Varro, ‘Corruuntur spicæ in      Cicero de laudibus Dolabellæ, ‘di-  
corbem.’ Inde ‘rutrum;’ instrument      ruam cumulum.’  
à remuer du mortier. ‘Ruere,’ est de

## ACTUS SECUNDI SCENA SEPTIMA.

SCEPARNIO, CHARMIDES, LABRAX.

**Sc.** Quid illuc, obsecro, negotii, quod duæ mulierculæ  
Hic in fano Veneris signum flentes amplexæ tenent?  
Nescio quem metuentes miseræ; nocte hac vero proxuma  
Se jactatas atque ejectas hodie esse aiunt e mari.

**La.** Obsecro hercle, adolescens, ubi istæc sunt, quas memoras, mulieres? 5

**Sc.** Hic in fano Veneris. **La.** quot sunt? **Sc.** totidem  
quot ego et tu sumus.

**La.** Nempe meæ. **Sc.** nempe nescio istuc. **La.** qua  
sunt facie? **Sc.** scitula.

Vel ego amare utramvis possim, si probe appotus siem.

**La.** Nempe, puellæ? **Sc.** nempe, molestus es: vise, si  
lubet.

**La.** Meas oportet intus esse hic mulieres, mi Charmides. 10

**Ch.** Juppiter te perdat, et si sunt, et si non sunt tamen.

**La.** Intro rumpam jam huc in Veneris fanum. **Ch.** in  
barathrum mavelim.

Obsecro, hospes, da mihi aliquid, ubi condormiscam, loci.

**Sc.** Iстic ubi vis condormisce: nemo prohibet, publicum  
est.

**Sc.** Quare, amabo, duæ mulierculæ lacrymantæ amplectuntur imaginem Veneris  
in templo; formidantes nescio quem, infelices? Narrant autem supra nocte se  
fuisse jactatas tempestate, atque ejectas e fluctibus. **La.** Ubi sunt, queso, istæ  
mulieres, quas dicis? **Sc.** Sunt hic in templo Veneris. **La.** Quot sunt? **Sc.**  
Totidem quot sumus ego et tu. **La.** Ninirum sunt meæ. **Sc.** Nimirum ne latet  
istud. **La.** Quo sunt rutili? **Sc.** Venusto. Vel ego possim amare utramque, si  
sim bene potus. **La.** Videleict sunt puellæ? **Sc.** Videleict es importunus: ride si vis.  
**La.** Mi Charmides, oportet meas mulieres esse in hoc templo. **Cu.** Jupiter te per-  
dat, sive sint, sive non sint! **La.** Nunc irrumptam illuc in templum Veneris. **Cu.**  
Malim in barathrum irrumgere. Quapropter, hospes, præbe mihi aliquem locum in quo  
sonnum capiam. **Sc.** Sonnum cape hic ubi libet: nullus impedit; est commune.

1 Quid est illuc S. Lips. B. 1. C. 2. Ven. 1. Quid illud Ven. 1518. Quid est  
illud Carpenter. Quid illuc est Lamb. negoti Ven. 1518.—3 C. hac nunc; C.  
2. hac non; B. 1. et Diss. nocte hac vero proxima.—4 Se jectas Ven. 1518. Se  
jactatas: atque ejctas Diss.—6 Ven. 1518. quod . . . quod.—7 Ven. 1518. istuc  
nescio.—8 S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. possum; mox, S. Lips. B. 1. Ven. 1.  
adpotuissem; PII. atpotus siem; C. 2. sim.—9 Camer. vise intro si lubet.—10  
S. Lips. meæ Char. PII. me Char.—12 S. a m. pr. hic in. S. Lips. Ven. 1.  
barathrum.—13 S. Lips. B. 1. Ven. 1. loci ubi condormiscam; Ven. 1518. loci

CH. At vides me, ornatus ut sim vestimentis uvidis: 15  
 Recipe me in tectum, da mihi vestimenti aliquid aridi,  
 Dum mea arescunt: in aliquo tibi rescram gratiam.  
 Sc. Tegillum eccillud mihi unum arescit: id si vis, dabo:  
 Eodem amictus, eodem tectus esse soleo, si pluvit.  
 Tu istae mihi dato: exarescunt faxo. CH. echo! an te  
 pœnitet, 20  
 In mari quod elavi, ni hic in terra iterum eluam?  
 Sc. Eluas tu an exungare, ciccum non interduim.  
 Tibi ego nunquam quicquam credam, nisi accepto pignore.  
 Tu vel suda, vel peri algu: vel tu ægrota, vel vale:  
 Barbarum hospitem mihi in ædes, nihil moror: sat li-  
 tium est. 25

CH. Jamne abis? venales illic ductitavit, quisquis est:

CH. Sed cernis quemadmodum ego sum induitus vestibus madidis. Admitte me in ædes, cedo mihi aliquam vestem siccum, usque eo dum mea exarescat; tibi agam gratias aliquando. Sc. Ecce vestimentum angustum siccum: commodabo, id si libet. Consuevi esse induitus eodem et tectus, si pluit. Tu duto mihi tua vestimenta; curabo ut siccentur. CH. Echo! an doles quod naufragium feci in mari, nisi faciam hic iterum in terra? Sc. Tu lares an ungaris nihil curo: ego nunquam tibi tradam vestes, nisi accepto arrhabone. Vel suda, vel morere frigore, vel ægrota, vel sis sanus: nolo habere in ædibus hospitem peregrinum: est satis con-  
 troversiurum. CH. Janne excedis? Iste quisquis est, fuit mangio: est ferus.

ubi condormiscam purum.—14 S. condormiscere.—15 S. Lips. sim v. humidis.—16 R. me in tectum Ven. 1518. vesti a. aridi Pll. vestum a. aristi S. Lips.—17 Dum arescunt mea S. Lips. Dum a. meæ Ven. 1. tibi gratiam referam S. Lips. Ven. 1.—18 Tigillum Pll. S. Ven. 1. eo illud C. Ven. 1. et illud C. 2. habeo il-  
 lud S. Lips. echo illud Ven. 1518. uret Festus, Salm. Pll. S. Lips. it si vis Pll. —19 Ven. 1518. tectus eodem.—20 Lips. et Pll. exarescent.—21 In mare delavi ne hic in terra eluam B. 1. delavi etiam Lips. S. Ven. 1. hic deest in ed. Car-  
 pentar. iterum deest etiam in S. Lips. C. 2. Ven. 1. in eluam C.—22 Eluas tu, an emungare Gulielm. et Schneider. E. tu hanc S. Lips. exungere ed. Carpen-  
 tar. siccum vero interdum S. Lips. Ven. 1. siccus verum interim Ven. 1518. sic-  
 cus verum interdum Carpentar.—23 Ven. 1518. nunquam hodie.—24 S. a m-  
 sec. vel pigri. S. Lips. B. 1. argens.—25 S. Lips. in ædem; Ven. 1. in æde is.

#### NOTÆ

18 *Tegillum*] Festns, ‘Tegillum, integumentum corporis vile et plebeium.’

21 *Elavi*] Translatione ducta a balneis. Dicitur ‘eluere’ et ‘elavare,’ qui bona in deliciis consumit. Hic Charmides dicit se ‘elavisse in mari,’ id est, in doloribus, non in voluptatibus.

22 *Exungare*] Id est, ntrum in balneis an in unguentis rem tuam dilapides, non magnopere enro.

*Ciccum non interduim*] Membrana tenuis, quæ est in malo punico, cellularum discrimin. ‘Pluma non interest;’ ‘flocci facio.’ *Interduim*, id est, dem.

Non est misericors : sed quid ego hic asto infelix, uvidus ?  
 Quin abeo hinc in Veneris fanum, ut edormiscam hanc  
 crapulam,

Quam potavi praeter animi, quam libuit, sententiam.  
 Quasi vinis Græcis Neptunus nobis suffudit mare : 30  
 Itaque alvom prodi speravit nobis salsis poculis.  
 Quid opu'st verbis ? si invitare nos paulisper pergeret,  
 Ibidem obdormissemus : nunc vix vivos amisit domum.  
 Nunc lenonem, quid agit intus, visam, convivam meum.

*Sed quid sto hic miser madidus ? Quare non ingredior in templum Veneris, ut edormiscam hanc crapulam, quam exhausti præter voluntatem, ac libidinem ? Quasi Neptunus miscerit vina Græca in mari : itaque voluit solei ventrem laticibus sal-sis. Quid est opus verbis ? Si nobis plura pocula propinasset, obdormissemus ibi-dem : nunc remisit viros in ædes fere mortuos. Nunc video, quid agat in templo leno, meus compotor.*

Mox, Carpenter. *nihil mihi.*—26 S. Lips. Ven. 1. *renalis venalis.*—27 Pro uxi-dus, Lips. et S. habent *invidus.*—31 PII. Ven. 1. *prodisperavit;* S. *predisper-a-vit;* Lips. *prædisperavit.* S. Lips. Ven. 1. *falsis.*—32 S. Lips. *opus est.* Mox, pro nos, C. 2. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. habent *nobis.*—33 Lips. *obdormirisse-mus.*—34 Acidal. *quid agat.* Mox, *intervisum C. intervisan Parei 3.*

## NOTÆ

31 *Prodi speravit]* Id est, Neptu-nus largioribus poculis invitatos nos prodere voluit ; id est, nos extin-guere. Qui enim invitatos largioribus poenlis provocant, quam sanitati vi-tæque conducat, eos prodere dicun-

tur. 34 *Convivam]* Charmides jocatur de tempestate, a qua elapsi sunt ipse et Labrax ; et convivam appellat, quia simul potaverunt.

## ACTUS TERTII SCENA PRIMA.

## DÆMONES.

MIRIS modis Di ludos faciunt hominibus,  
 Mirisque exemplis somnia in sonnis danunt.

D.E. *Dii ludificantur homines mirum in modum, et mittunt somnia dormienti-*

1 *Miris deest in PII. hominibus Ven. 1.*—2 B. 1. et Gulielm. *omnia in sonnis ;* S. et Lips. *etiam omnia ;* Ven. 1. Ven. 1518. *nam omnia.*—3 S. Ven. 1. *dormi-*

## NOTÆ

2 *Somnia]* Alii, *Dii omnia in sonniis danunt, id est, dant.*

Ne dormientes quidem sinunt quiescere.  
 Velut ego hac nocte, quæ præcessit, proxuma  
 Mirum atque inscitum somniavi somnum. 5  
 Ad hirundinimum nidum visa est simia  
 Ascensionem ut faceret, admolirier :  
 Neque eas eripere quibat inde : postibi  
 Videbatur ad me simia aggredirier,  
 Rogare, scalas ut darem utendas sibi. 10  
 Ego ad hoc exemplum simiae respondeo,  
 Natas ex Philomela atque ex Procne esse hirundines :  
 Ago cum illa, ne quid noceat meis popularibus.  
 Atque illa animo jam fieri ferocior,  
 Videtur ultro mihi malum minitarier. 15  
 In jus vocat me : ibi ego nescio quomodo  
 Iratus videor medium arripere simiam :  
 Concludo in vincla bestiam nequissumam.

*bus mirifica. Ne patiuntur quidem dormientes somnum capere quietum. Mihi contigit somnum admirabile atque obscurum, hac nocte, quæ præcessit, ultima. Simia visa est conari ascendere ad nidum hirundineum: neque poterat eas detrahere inde. Postea simia videbatur venire ad me rogatum ut sibi commodarem scalas ad ascendendum. Ego repono hoc modo simiæ, hirundines esse natus ex Philomela atque ex Procne. Illi præcipio ne injuriam faciat meis ciribus. Simia videtur fieri jam iracundior. Videtur mihi minitari ultro malum. Me appellat ad judicem. Tum ego nescio quomodo videor occupare simiam medium iratus: conjicio bestiam*

\*\*\*\*\*

*entis; Ven. 1518. dormienteis.—4 Pl. processit.—6 S. Lips. *hyrundinum* : duo codd. Prisciani *hirundinum*. Sex codd. Prisciani *visa est mihi*.—7 Unus cod. Prisciani *ascensione*. S. Lips. *admolier*; sex codd. Prisciani *adoririer*; unus cod. *adhoriri*; duo *adorier*.—8 Lamb. ex codd. *deripere*. Mox, C. S. Lips. *post ibi*.—9 Videtur Schneider. *adgredier* S. Lips.—12 *Philomena* Ven. 1. Ven. 1518.—13 C. *ne quit*.—14 *At illa* B. 1. S. Lips. *illæc* Ven. 1518. *Atque illa nimio* Acidal. et Schneider.—16 Schneider. *ibi tum ego*. Camer. et Lamb.*

## NOTÆ

**6 Hirundinum]** Pro hirundineum, possessivo.

**8 Postibi]** Id est, postea, interibi, interea. ‘Postidem’ et ‘postidea’ dicuntur pro ‘postea’.

**12 Natas]** Philomela et Procne duæ filiæ sunt Pandionis Athenieum regis. Altera dicitur mutata in philomelam, altera in hirundinem. Quare comica licentia dixisse videatur ambas esse mutatas in hirundines. Finguntur enim comicae per-

sonæ parum esse versatæ in historia et fabula. Revera tamen forte Plautus occasionem sumsit hujus Metamorphoseos confundendæ, quod non desuerint autores, qui dicant Philomelam esse versam in hirundinem: talis est Gorgias apud Aristotelem.

**13 Popularibus]** Dæmones erat Atheniensis exul; Procne et Philomela Athenienses: idcirco hirundines vocat populares suas.

Nunc quam ad rem dicam hoc attinere somnium,  
Nunquam hodie quivi ad conjecturam evadere. 20  
Sed quid hic in Veneris fano  
Clamoris oritur? animus mirat.

*pessimam in vincula. Nunc nunquam potui assequi conjectura ad quam rem potissimum attineat hoc somnium. Sed quis clamor auditur hic in templo Veneris? animus stupet.*

---

*ibi nescio ego.* Ven. 1518. *quoniam modo.*—18 Carpenterar. *in vincula.*—20 C. *colecturam.*—21 Pronomen *hic* deest in B. I. S. Lips. Ven. I. pro quo Ven. I. *habet nam.* Mox, Lamb. *fano meæ vicinia;* C. *fanom [laenna];* C. 2. *fano [lacuna];* alii legunt ex conj. *fano:* *intus obsecro.*—22 S. Lips. *miratur animus;* Ven. I. *an miratur;* Lamb. *an miratur meus;* voc. *animus mirat* desunt in Ven. 1518.

## NOTÆ

22 *Mirat*] Miratur.

---

## ACTUS TERTII SCENA SECUNDA.

## TRACHALIO, DÆMONES.

TR. PRO, Cyrenenses populares! vostram ego imploro  
fideim,  
Agricolæ, accolæ, propinquæ qui estis his regionibus,  
Ferte opem inopiam, atque exemplum pessum pessum date,  
Vindicate: ne impiorum potior sit pollutia,  
Quam innocentium, qui se scelere fieri nolunt nobiles. 5  
Statuite exemplum impudenti, date pudori præmium.  
Facite hic lege potius liceat, quam vi, victo vivere.

TR. *Pro Cyrenenses mei cives!* Ego invoco restraint opem, agricolæ, vicini, qui estis finitimi his plagiis, opitulemini destitutis ope, et prohibete rem pessimam, ulciscamini: ne potentia impiorum sit major quam innocentum, qui nolunt evadere celebres criminæ. Infligite pœnas irrereundo; afficte mercede verecundiam. Date operam ut liceat potius civi Cyrenaico vivere ex legum præscripto, quam ex

---

1 Porro al. ap. Parenm.—2 Agricolæ deest in B. I. S. Lips.—3 Forte B. I.—5 B. I. S. Lips. Ven. I. Ven. 1518. *innocentum.* Mox, volunt B. I. S. Lips.—6 Lamb. *impudentia.*—7 S. a m. pr. *quam victo.* Al. delent *victo*; al. scri-

## NOTÆ

7 *Victo*] Id est, liceat potius civi pressit; id est, non vis, sed leges in Cyrenaico vivere sub legibus, quam republica valeant. sub potestate ejus, qui enim vi op-

Currite *huc* in *Veneris* fanum: vostram iterum imploro  
fidem,

Qui prope hic adestis, quique auditis clamorem meum,  
Ferte suppetias, qui *Veneri*, *Veneriaeque* antistitiae 10  
*More antiquo* in custodiam suum commiserunt caput.  
Prætorquete injuriæ prius collum, quam ad vos perveniat.  
DÆ. Quid istuc est negotii? TR. per ego te hæc genna  
obtestor, senex, [mihi expedi,  
Quisquis es. DÆ. quin tu ergo omitte genua, et quid sit,  
Quid tumultus? TR. teque oro et quæso, si speras tibi 15  
*Hoc anno* multum futurum sirpe et laserpitium,  
Eamque eventuram exagogam Capuam salvam et sospitem,  
Atque ab lippitudine usque siccitas ut sit tibi.

*vi. Accelerate huc in delubrum Veneris: inroco rursus vestram opem, qui habitatis in vicinis; quique accipitis meam vociferationem, ferte auxilium iis, qui ex veteri instituto commendarunt suum caput in tutelam Veneris, et Veneriae sacerdotis. Obtorguete collum iniquitati, ante quam accedat ad vos.* DÆ. Quid rei est id?  
TR. Quisquis es senex, ego te precor per hæc genua. DÆ. Quin ergo tu non dimittis genua, et mihi exponis cur tumultueris? TR. Et te precor, rogoque, si sperras te habiturum multum silphium et laserpitium, et eam copiam venturam salvam et in colum, ad Capuanos, et sis semper sanus a lippitudine. DÆ. Esne compos

bunt vitam vivere.—10 C. 2. S. Lips. Ven. 1. *antistitiae*.—11 *More audito* Lips. custodeam Schneider. et edd. quædam vett. tutelam Ven. 1518.—12 *Prætor* que te S. Lips. *Prætorque* te Ven. 1. *Prætorquere* Carpentar. pervenit Ven. 1518.—13 Ven. 1518. *negocii est.* Mox, B. 1. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *hæc genua te.* S. Lips. ob te obtestor.—14 Ven. 1518. *quin ut.* Mox, pro mihi, Ven. 1. habet nihil.—15 *Et qui qui tu es* B. 1. S. Lips. *Equi tu es* Ven. 1. *Et qui tu es primum* Ven. 1518. [Lacuna] *multus* C. [Lacuna] *tues* al.—16 [Lacuna] *hoc anno* Pll. *scyrpe et* B. 1. S. *scirpe et* Lips.—17 *Eamque venturam* Lamb. *capram* B. 1. S. Lips. *captam* Carpentar. *Hæc vox deest in*

#### NOTÆ

10 *Ferte suppetias*] In more positum erat apud veteres, ut neque liberi neque servi per vim educi possent e templis, locisque sacris in quæ confugissent. Cicero: ‘Hic aræ sunt, hic foci, hic Dii Penates, hic saceræ religionis cærimoniae continentur. Hoc perfugium est ita sanctum omniibus, ut inde abripi neminem fas sit.’

13 *Obtestor*] Donatus: ‘Obtestatio est preeatio cum mentione earum re-

rum per quas petimus.’

15 *Tumultus*] Vetns, *tumultueris.*

16 *Sirpe*] Quoddam genus silphii arboris thuriferæ.

*Laserpitium*] Quasi dicas, ‘lac sirpitum,’ seu silphium; *du benjoin.* Laserpitio autem felix erat Cyrenensis ager.

17 *Exagogam*] Id est, exportationem, sive evocationem eam, ut eas merces Cyrenis, aut ex Libya exportatas, salvas Capuam venturas.

DÆ. Sanun' es? TR. seu tibi confidis fore multam  
magudarim, 19

Ut te ne pigate dare operam mihi, quod te orabo, senex.

DÆ. At ego te per erura et talos, tergumque obtestor tuum,  
Si tibi ulmeam uberem esse speras virgidemiam,  
Et tibi eventuram hoc anno uberem messem mali,  
Ut mihi istuc dicas negotii quid sit, quod tumultus.

TR. Qui lubet maledicere? equidem tibi bona exoptavi  
omnia. 25

DÆ. Bene equidem tibi dico, qui, te digna ut eveniant,  
precor.

TR. Obsecro, hoc prævortere ergo. DÆ. quid negotii  
est? TR. mulieres

Duae innocentes hic sunt, tui indigentes auxilii,  
Quibus advorsum jus legesque insignite injuria hic  
Facta est, fitque in Veneris fano: tum sacerdos Veneria 30  
Indigne afflictatur. DÆ. quis homo est tanta confidentia,  
Qui sacerdotem audeat violare? sed eae mulieres  
Quæ sunt? aut quid iis iniqui sit? TR. si das operam,  
eloquar.

*mentis?* TR. *Seu speras te habiturum maguam copiam magniaris, ut non ægre  
feras exaudire, quod te rogo.* DÆ. *At ego te rogo per senora et talos, et tuum  
tergum, si speras te facturum vindemiam copiosam virginarum ulmearum, et te col-  
lecturum hoc anno messem copiosam malorum, ut mihi aperias quamobrem tumultu-  
tuaris.* TR. *Quare mihi conciariis?* Projecto tibi comprecatus sum omnia geuera  
bonorum. DÆ. Equidem tibi bene dico, qui oro, ut tibi contingant ea quæ incre-  
ris. TR. Prohibe id, obtestor. DÆ. Quid rei impediam? TR. Sunt hic duæ  
mulieres immunes a crimine, quibus est opus tuo adjutorio; nam his infertur atroc  
injuria, contra ius et leges, et fit etiamnum in templo Veneris. Quin etiam sacer-  
dos Veneris vexatur indigne. DÆ. Quis est homo adeo audax, ut non vereatur  
afferre vim sacerdoti? Sed quæ sunt illæ mulieres? aut quid iis fit contra fas?

Ven. 1518.—19 Pll. *magidari*; C. S. Lips. *maguderim*; et sic Priscian.—  
20 *Ut ne, omisso pronomine te*, Ven. 1518.—22 *Ut tibi* S. et Pll. *vimeam* Pll.  
*speres* S. Lips. Pll. Ven. I.—23 *Parei* 3. *esse erenit*; Bipont. *esse eventuram*.  
—25 *Qui libet* C.—27 *Obsecro te revertere* S. *huc Lamb.* *hoc revertere* B. I. Lips.  
—28 S. Lips. *innocens*.—30 Ritters. *idque in Veneris fano*.—32 Pll. S. Lips.

#### NOTÆ

- 19 *Magudarim*] Radix est silphi.      21 *nibus saeculis nationes omnes eundem*  
22 *Virgidemiam*] *Virginarum vindemiam, nomen factum e duobus.*      22 *ferme honorem habuere ordini sa-*  
32 *Sacerdotem audeat violare*] Om- *cerdotali, quem ipsis quibus minis-  
trarent numinibus.*

Veneris signum sunt amplexæ: nunc \* \* \*  
 Eas deripere volt: eas ambas esse oportet \* \* \* 35  
**DÆ.** Quis istic est, qui Deos tam parvipendit?  
**TR.** Fraudis, sceleris, parricidii, perjurii plenus,  
 Legirupa, impudens, impurus, inverecundissimus:  
 Uno verbo absolvam, leno 'st: quid illum porro prædi-  
 cem?  
**DÆ.** Edepol infortunio hominem prædicas donabilem. 40  
**TR.** Qui sacerdoti scelestus fauces interpresserit.  
**DÆ.** At malo cum magno suo fecit hercle: ite istinc foras,  
 Turbalio, Sparax! ubi estis? **TR.** i, obsecro, intro;  
 subveni  
**Illis.** **DÆ.** iterum haud imperabo: sequimini hac. **TR.**  
 age nunc jam,  
**Jube** oculos elidere, itidem ut sepiis faciunt coqui. 45  
**DÆ.** Proripite hominem pedibus huc, itidem quasi occisam  
 suem.  
**TR.** Audio tumultum: opinor, leno pugnis pectitur.

**TR.** Aperiam, si audias. Complexæ sunt imaginem Veneris. Nunc vult eas  
 avellere. Oportet eas esse ambas. **DÆ.** Quis est ille, qui aspernatur adeo Deos?  
**TR.** Homo conflatus ex dolis, crimen, parricidio, perjurio, qui violavit leges; ef-  
 frons, inverecundus, impudentissimus: uno verbo complectar, est leno: quid dicam  
 amplius de illo? **DÆ.** Sane commemorans hominem dignum infortunio. **TR.** Qui  
 nequam inrascerit in jugulum sacerdotis. **DÆ.** Sed non impure fecerit. Exite,  
 Turbalio, Sparax! ubi estis? **TR.** Ingredere quæso, succurre illis. **DÆ.** Non  
 jubebo rursus. Sequamini me. **TR.** Age nunc; manda, a lorariis erui oculos, ut a  
 coquis eruantur sepiis. **DÆ.** Protrahite huc hominem pedibus, sicut suem occisam.  
**TR.** Audio tumultum: arbitror leno pectitur pugnis. Utinam excusserint dentes

\*\*\*\*\*

violare audeat.—33 S. B. 1. Lips. quid his. S. inquam fit.—34. 35 Nullum hic  
 lacunæ signum est in B. 1. C. et C. 2. S. Lips. Ven. 1. nunc homo audacissi-  
 mus Lamb. ex codd. suis.—35 S. diripere; al. eripere. Mox, eas deest in  
 Ven. 1518. oportet liberas Lamb.—36 Quis hic Ven. 1. Ven. 1518. tam parvi  
 Deos Ven. 1518. pendit? paucis expedi Lamb.—37 C. perjurii plen, sine lacuna;  
 C. 2. perjurii plenis [lacunæ]; Lamb. perjurii pleuissimus.—39 Verbo uno Ven.  
 1518.—40 Ven. 1518. hominum in fortunio.—41 Qui sacerdotis B. 1. S. Lips.  
 Ven. 1. Ven. 1518. fauicis B. 1. S. Lips. Ven. 1. iter presserit Camer.—42 At  
 magno cum malo Ven. 1. Ven. 1518. hercle fecit edd. quedam vett. et Schneider.—43 Tr. obsecro intus B. 1. S. Lips.—44 Illis deest in Ven. 1518. iterum  
 aut C. 2. iterum haud imperabis Pist. iterum autem imperabo B. 1.—45 Illi jube  
 Ven. 1518. sepiis S. sepius Ven. 1518.—46 Porrigite C.—47 C. 2. S. Lips.

#### NOTÆ

40 *Donabilem*] Donandum, macta- 43 *Turbalio, Sparax*] *Lorarii Dæ-*  
*bilem.* *monetis, mutæ personæ.*

Nimis velim improbissimo homini malas edentaverint.  
Sed ecce ipsæ huc egrediuntur timidæ e fano mulieres.

*malis nequissimi hominis. Sed ecce mulieres ipsæ egrediuntur huc trepidæ e templo.*

---

Ven. 1. Ven. 1518. *plectitur.*—48 Ven. 1. *hominii improbissimo.* Mox, *mala sedentaverint* S. Lips. *mala se dentaverint* B. 1.—49 *Sed eccas Schneider. ipse* Ven. 1. *huc deest in* S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *ac faudæ* B. 1. S. Lips. *efan-de C. æfundæ* C. 2.

## NOTÆ

47 *Pectitur]* Pugnis pectere est putque pugnis hominem verberare. allegoricum pro impactis in os, ca-

---

## ACTUS TERTII SCENA TERTIA.

PALÆSTRA, AMPELISCA, TRACHALIO.

PA. NUNC id est, cum omnium copiarum atque opum,  
Auxilii, præsidii viduitas nos tenet;  
Nec ulla specula est quæ salutem afferat:  
Nec scimus quam in partem ingredi persequamur.  
Maxumo miseræ in metu nunc sumus ambæ; 5  
Tanta importunitas, tantaque injuria  
Facta in nos est modo hic intus ab nostro hero;  
Qui scelestus sacerdotem anum præcipem

PA. Jam inopia omnium divitiarum et fortunarum, adjutoris atque defensionis nos circumvenit, neque est ulla spes, vel minima, quæ ostendat incolumitatem: neque intelligimus in quam partem nos conferamus. Jam versamur utraq[ue] in summo timore; adeo magna est molestia, adeo magna est contumelia, quæ nobis allata est a nostro hero in hoc templo; hic nefarius, qui egit præcipitem atque exturbavit sa-

---

1 *Nunc idem* S. Lips. Ven. 1. *Hunc idem* B. 1.—2 *Al. ap. Pareum viduer-tas.*—3 *Pro Nec ulla specula est,* B. 1. C. 2. Lips. habent *Cuja est;* C. *Cuja'st.* Mox, *asserat* edd. quidam vett. et Schneider.—4 *Nec scimus quam in desunt* in codd. [Lacuna] *artem ingredi* C. [Lacuna] *rtem ingredi* C. 2. *Item ingredi* B. 1. S. Lips.—5 *Maxumo misere* desunt in B. 1. C. C. 2. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518.—6 *Tanta deest* in B. 1. C. C. 2. S. Lips. Ven. 1. *Lacuna* est in Plt. et Ven. 1.—7 *Apud nos est* B. 1. S. Lips. [Lacuna] *nos est* C. C. 2. Ven. 1. *intus hic* S. Lips. *nosta herus* Carpenter.—8 *Qui deest* in B. 1. C. C. 2. S.

## NOTE

8 *Præcipem]* Pro ‘præcipitem.’ ‘præcipes;’ pro ‘anceps,’ ‘ancipes.’ Veteres, pro ‘præceps,’ dicebant

Reppulit, propulit, perquam indignis modis ;  
 Nosque ab signo intimo vi deripuit sua. 10  
 Sed nunc, sese ut ferunt res fortunæque nostræ,  
 Par est moriri : neque est melius morte, in malis  
 Rebus, miseris. Tr. quid est ? quæ illæc oratio 'st ?  
 Cesso ego has consolari ? heus, Palæstra ! Pa. qui vocat ?  
 Tr. Heus, Ampelisca ! Am. obsecro, quis est, qui vo-  
 cat ? 15  
 Pa. Quis is est, qui nominat ? Tr. si respexit, scies.  
 Pa. O salutis meæ spes ! Tr. tace, ac bono animo es.  
 Me vide. Pa. si modo id liceat, vis ne opprimat :  
 Quæ vis, vim mibi afferam ipsa, adigit. Tr. ah, desine !  
 nimis inepta es.  
 Am. Desiste dictis nunc jam miseram me consolari. 20  
 Pa. Nisi quid re præsidium apparas, Trachalio, acta hæc  
 res est :  
 Certum 'st moriri, quam hunc pati grassari lenonem in me.  
 Sed muliebri animo sum tamen : miseræ ubi venit in mentem

*cerdotem anum per summam contumeliam, et nos detraxit ab imagine, quæ est in ipso sanctuario, vi aperta. At nunc ut res nostræ et fortuna sese habent est æquum oppetere mortem. Neque est quicquam optubilis exitio in ærumnis et adversis.* Tr. Quid est ? qualis est ille sermo ? Quid, moror illas consolari ? Heus, Palæstra ! Pa. Quis me nominat ? Tr. Heus, Ampelisca. Am. Quæso, quis est qui me nominat ? Pa. Quis est ille qui appellat ? Tr. Si retro spectarcris, videbis quis te vocet. Pa. O spes meæ salutis. Tr. Sile, ac esto æquo animo : intuere me. Pa. Da operam, si fieri possit, ne miki afferatur vis : quæ vis me cogit mihi violentas manus afferre. Tr. Ah, ne sic loquaris ; es insulsior. Am. Ne mihi afferas solutum tuis verbis. Pa. Nisi afferas revera aliquod auxilium, o Trachalio, actum est de me : deliberatum est mortem obire potius, quam sinere hunc lenonem invadere in me. Attumen sum animo muliebri : quando mors renit in



Lips. Ven. 1. Lacuna est in Pll. et B. 1. Qui sacram Ven. 1518. scelestu Pll. sacerdote manum S. Lips. Ven. 1. præcipes Pll. S. Lips. Ven. 1. præceps Ven. 1518.—10 Ritters. vi deripuit summa ; B. 1. S. Lips. Ven. 1. videri potuit suas. Ven. 1518. eripere voluit sua.—11 Ven. 1518. ut sese ; Schneider. se ut res fortunæque nostræ ferunt.—12 Pars est Pll. S. Lips. Mori par est Ven. 1518.—13 Rebus mei seris C. Rebus meis seris C. 2. Ven. 1. Rebus miserrimis S. Lips. est oratio S. Lips.—14 Pll. consulari.—15 Voc. obsecro deest in S. Lips. Ven. 1.—16 Quis est S. Lips. respexes Pll.—18 Schneider. licet ut ne.—19 B. 1. Quis vim mihi ; Menrs. Tr. Quæ vis ? Pa. vim mihi afferam, ipsa adigit ; Schneider. Vis quæ, vim mihi.—20 S. Lips. Ven. 1. dictu ; Pll. dictus. Mox, S. Lips. consolare.—22 Certum est morire B. 1. S. Lips. Ven. 1. grussari deest in B. 1. C. C. 2. S. Lips. Ven. 1. pati t. in me grassari Ven. 1518.—23 B. 1. S. Lips. tam miserae ; Ven. 1518. tamen ut miserae. Mox, ubi venit desunt in B. 1. C. C. 2. S. Lips. Ven.

Mihi mortis, metus membra occupat edepol. Tr. etsi hoc acerbum,

Bonum animum habete. Pa. nam, obsecro, unde animus mihi invenitur? 25

Tr. Ne, inquam, timete: assidite hic in ara. Am. istae quid ara

Prodesse nobis plus potest, quam signum in fano hic intus Veneris, quod amplexæ modo, unde abreptæ per vim miserae? [habete hanc

Tr. Sedete hic modo: ego hinc vos tamen tutabor: aram Vobis pro castris: moenia hinc ego defensabo. 30

Præsidio Veneris malitiæ lenonis contra incedam.

Am. Tibi auscultamus: et, Venus alma, ambæ te obsecramus,

Aram amplexantes hanc tuam lacrymantes, genibus nixæ, Nos in custodiam tuam ut recipias, et tutere:

Illos scelestos, qui tuum fecerunt fanum parvi, 35

Ut ulciscare, nosque ut hanc tua pace aram obsidere

Patiare, quæ elautæ ambæ sumus opera Neptuni noctu:

*animum, timor occupat artus. Tr. Quamris hoc est crudele, estote æquo animo. Pa. Nam, quæso, unde mihi adessel animus? Tr. Ne metuite, inquam: constide hic ad aram. Am. Quid ista ara nobis magis salutaris erit, quam imogo Veneris, quæ est in hoc templo, quam sumus amplexæ modo, et unde sumus avulsæ vi uperta? Tr. Sedete hic: ego vos defendam, ne hinc avellamini: hæc ara vobis erit vallum; ego propugnabo muros. Ibo obriam nequitiaæ lenonis, favente Venere. Am. Te audimus, o Trachalio. Et te obtestanur utraque, o Venus alma, flentes amplexæ hanc aram tuam, provolutæ genibus, ut nos admittas in tuum præsidium et tutelam, ut animadvertis illos in scleratos, qui aspernati sunt tuum delubrum, et ut liceat per te occupare hanc tuem aram, quæ sumus laute utraque hac nocte a*

1.—24 Particula etsi deest in B. 1. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *hunc acerbum* S. Lips. Ven. 1. B. 1.—25 Ven. 1518. *habe te.* Pll. unde [lacuna] *mus mihi;* Ven. 1. *unde.* Tr. *mus mihi;* S. Lips. *unde?* Tr. *mox mihi;* B. 1. *unde mox mihi.* Ven. 1518. *inveniatur;* Schneider. *invenietur;* Carpenter. *inibi invenitur.*—26 Ven. 1518. *in haec aram;* Camer. *in aram.* Mox, *quid ista* S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *hara C. a m. sec.*—27 *Plus prodesse nobis* Ven. 1. Ven. 1518. *plus de-* est in B. 1. C. C. 2. S. Lips.—28 S. Lips. *abruptæ;* Pll. *arreptæ.*—29 Ven. 1518. *tamen vos.*—30 Pll. B. 1. *ego vos defensabo;* Acidal. *mania hunc: ego vos de-* fensabo. —31 S. Lips. B. 1. *militum;* Ven. 1. *maliciam;* Ven. 1518. *et mali-* cia. Ven. 1. *incendam.*—32 S. Lips. Ven. 1. *alma Venus.*—34 *In custodiam* nos Pll. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *ut tuam* Ven. 1518.—36 [Lacuna] *arc-* nosque S. Lips. Ven. 1. *Araneosque* B. 1.—37 [Lacuna] *aut eæ ambe* B. 1. S.

#### NOTE

30 *Mania defensabo]* Pro, hic vobis ero præsidio.

*Delph. et Var. Clas.*

*Plaut.*

5 A

Ne invisas habeas, neve idcirco nobis vitio vortas,  
Si quippiam 'st, minus quod bene esse lautum arbitrare.

TR. Æquum has petere intellego: decet abs te id impe-  
trari: 40

Ignoscere his te convenit: metus has, id ut faciant, subigit.  
Te ex concha natam esse autumant: cave tu harum con-  
chas spernas.

Sed optume eccum exit senex, patronus mihique et vobis.

*Neptuno: ne simus tibi odiosæ, et ne nobis crimini vertas, si est aliquid quod putas non esse satis bene lantum. Tr. Video has rogare quod par est. Oportet eas obtinere id a te. Expedit tc his parcer: timor eas cogit, ut amplectuntur tuam aram. Sciunt te genitam ex conchu: vide ne tu contemnas harum conchas. Sed ecce senex prodit opportune, qui est mens patronus et vester.*

\*\*\*\*\*

Lips. Ven. 1. [Lacuna] elantea Pl. Neptunei B. 1. C. et C. 2. S. Lips. Ven. 1. noctu deest Ven. 1518. nunc tu Carpentar.—38 Ne invisas desunt in B. 1. S. Lips. Ven. 1. Ejectos perditos hostes Ven. 1518.—39 Si quippium est S. Lips. bene quod S. Lips. Ven. 1. quam decet Ven. 1518. lautum esse tu Schneider.—40 Carpentar. impetrare; Bipont. impetrarier.—41 Ven. 1518. id faciant.—42 Te concha Lamb. 1577.

#### NOTÆ

42 *Care tu conchas spenus]* In mun- odores reponerentur. Mundum au-  
do muliebri esse solebant conchæ tem muliebrem duarum puellarum  
multæ; aliae quibus in vultum aqua periisse putabat Trachalio. Non  
instillaretur ad lavandum; aliae in nulli hæc verba detorquent in obscœ-  
quibus purpurissum aut cerasua ad num sensum.

### ACTUS TERTII SCENA QUARTA.

DÆMONES, TRACHALIO, LORARII, LABRAX, MULIERES.

DÆ. Exi e fano, natum quantum est, hominum sacrile-  
gissime.

Vos in aram abite sessum: sed ubi sunt? TR. huc re-  
spice.

DÆ. Egredere e templo, sceleratissime omnium hominum qui hactenus nati sunt.  
Vos puellæ pergitte occupatum aram; sed ubi sunt puellæ? TR. Aspice huc.

#### NOTÆ

2 *Sessum]* Jubet Dæmones puellæ res enim sedentes adorabant Deos  
las sedere ad aram Veneris. Vete. suos.

DÆ. Optume. Lo. istuc volueramus: jube modo accedat prope. [tulas?

DÆ. Tune legirupionem hic nobis cum Dis facere posse Pugnum in os impinge. LA. iniqua hæc patior cum pretio tuo. 5

DÆ. At etiam minitatur audax. LA. jus meum erectum est mihi,

Meas mihi ancillas invito me eripis. TR. ergo dato De senatu Cyrenensi quemvis opulentum arbitrum, Si tuas esse oportet, nive eas esse oportet liberas, Nive te in carcerem compingi est æquom, ætatemque ibi Te usque habitare, donec totum carcerem contriveris. 11

LA. Non hodie isti rei auspicavi, ut cum furcifero fabuler. Te ego appello. DÆ. cum istoc primum, qui te novit, disputa.

LA. Tecum ago. TR. atqui mecum agendum 'st: suntne illæ ancillæ tuæ?

DÆ. Bene est. Lo. Optabamus illud. Impera jam ut leno veniat proprius. DÆ. Visue violatorem legum sacrificeare Diis nobiscum? Incute pugnum in os. LA. Perfero id injuste; sed dabis pœnas. DÆ. At temerarius minus intentat etiamnum! LA. Mea justa sunt ablata, mihi adimis invito meas ancillas. TR. Igitur sume quemvis judicem locupletem de senatu Cyrenensi, ut statuat, si tuæ sint, an non oporteat eas esse liberas, et utrum non sit pars te conjici in carcerem, et te in ea manere, usque eo dum detriversis universum carcerem. LA. Auspicia non mihi ostenderunt hodierna die, ut dissererem cum isto cruciario. Ego te appello ad judicem, Dæmones. DÆ. Litiga anteas cum illo, cui notus es. LA. Lis est mihi tecum. TR. Sed tibi decertandum

-----

2 B. 1. abile sexum.—4 Hunc S. Lips. Ven. 1. legerupionem S. Ven. 1. Legerupionem hunc Ven. 1518.—5 Ven. 1. impunge. Ven. 1518. patier.—7 Meas uneillas mihi S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. mihi invito cripas B. 1. me omittunt etiam S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. ergo dato omittunt S. Lips. B. 1. Pll. Ven. 1. Ven. 1518.—8 Ven. 1518. quamvis opulentus; Carpenter. quemvis opulentus. Mos, arbitrum drest in B. 1. S. Lips. Pll. Ven. 1. Ven. 1518.—9 S. Lips. oportet esse.—10 Neu te S. Lips. Ven. 1. compingi in carcerem Schneider. in carcerem compingier Lamb.—12 Ven. 1518. auspicari rei.—

#### NOTÆ

4 *Tune legirupionem*] ‘Legirupio,’ a legibus rumpendis, seu violandis: id est, Tune putas, o leno, nos passurores te, qui violator es legum, nobiscum sacrificium offerre? Nimirum etiam ab ethniciis putabatur sacrificium non nisi puris manibus offerendum. Itaque Dæmones Labracem

lenonem ejecit e templo; aut certe se dicit eo consilio ejicere, ne summum sacrificium minime gratum sit Deæ, si homo impurus intersit.

5 *Cum pretio*] Id est, cum malo tuo. Horatius, ‘Et peccare nefas, aut pretium est mori:’ id est, more pretium peccati.

- LA.** Sunt. **TR.** agedum ergo, tange utramvis digitulo minimo modo. 15  
**LA.** Quid, si attigero? **TR.** extemplo hercle ego te follem pugilatorium  
Faciam, et pendentem incurso abo pugnis, perjurissume.  
**LA.** Mihi non licet meas ancillas Veneris de ara abducere? [tris legibus  
**DÆ.** Non licet: ita est lex apud nos. **LA.** mihi cum vos Nihil est commercii; equidem istas jam ambas educam foras. 20  
Tu, senex, si istas amas, huc arido argento 'st opus.  
**DÆ.** Hæ autem Veneri complacuerunt. **LA.** habeat, si argentum dabit. [tiam,  
**DÆ.** Do tibi argentum! nunc adeo ut scias meam senten-

*est mecum. Illæ mulieres suntne tuæ ancillæ?* **LA.** Sunt. **TR.** Age ergo, admove ad alterutram vel minimum digitum. **LA.** Quid fiet, si admoveo? **TR.** Prefecto ego te agitabo illico, ut follem pugilatorium; persequar pugnis suspensus in aëre, infidissime!

**LA.** Prohibebo avocare ab ara Veneris meas ancillas?

**DÆ.** Prohibeberis: est ejusmodi lex apud nos. **LA.** Nullum habeo commercium cum vestris legibus. **Profecto** jamjam extraham foras istas duas. Tu vero, senex, si diligis istas, opus est præsenti pecunia. **DÆ.** At hæ sunt gratae Veneri. **LA.** Si Venus numeret pecuniam, ei dabuntur. **DÆ.** Tibi numero pecuniam. **Demum,**

\*\*\*\*\*

**14** Carpenter. *agedum.*—**15** Ven. 1. Carpenter. *agendum.* S. Lips. Ven. 1. *minimo.* Pro modo, al. habent *indo.*—**16** Ven. 1518. *attigere.* S. Lips. *ego hercle.* S. Lips. Pll. Ven. 1. Ven. 1518. *pugillatorium.*—**18** Ven. 1518. *ancillas meas;* Ven. 1495. *me has ancillas.*—**19** Non licet: ita desunt in B. 1. Pll. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. Non licet inquam conj. Camer. *quid mihi* S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518.—**20** Nihil est desunt in B. 1. S. Lips. Pll. Ven. 1. Ven. 1518. *commordi* equidem B. 1. S. Lips. *commerli eq.* Pll. *commercii est* Ven. 1518. Pro *educam* foras, quod exhibit Pll. B. 1. S. et Lips. al. ap. Pareum habent *abducam* uvidas.—**21** Camer. *si sistas;* Pll. *si istas amabas;* B. 1. S. Lips. Ven. 1. *si istas ambis;* Pist. *si istas ambis.* Mox, huic arido Carpenter. *argento est* S. Lips.—**23** *Dem tibi argentum!* modo adeo Lamb. *Dettibi* Diss.—

#### NOTÆ

**12** *Isti rei auspicavi]* Non hodie primum consilium cepi.

**16** *Follem pugillatorium]* 'Follis pugillatorius' est vesica, seu pellis vento distenta. Pugillatorius a pugil, et pugil a pugno. In eo ludo certatur ne terram attingat follis, sed semper sit in aëre sublimis.

**21** *Arido argento]* Siccum; seu 'aridum argentum' dicitur, ut diffe-

rat ab hydrargo; quasi dicas humidu, liquido. Hic putavero Labracem de arido argento mentionem facere, quia de virginibus aqua marina manantibus agitur; quasi dicat; Madidae quidem illæ sunt; sed sicca pecunia tibi opus est, si eas emere vis.

**23** *Do tibi argentum]* Per ironiam dictum.

Occipito modo illis asserre vim joculo pausillulum,  
Ita hinc ego te ornatum amittam, tu ipsus te ut non nove-  
ris. 25

Vos adeo, ubi ego innuero vobis, si ne ei caput exocula-  
sitis,

Quasi myrteta juncis, item ego vos virgis circumvinciam.

LA. Vi agis mecum. TR. etiam vim opprobras, flagitii  
flagrantia?

LA. Tun', trifurcifer, mihi audes inclementer dicere?

TR. Fateor, ego trifurcifer sum: tu es homo apprime pro-  
bus. 30

Num qui minus hasce esse oportet liberas? LA. quid, li-  
beras? [Græcia:]

TR. Atque heras tuas quidem, hercle, atque ex germana  
Nam altera hæc est nata Athenis ingenuis parentibus.

DÆ. Quid ego ex te audio? TR. hanc Athenis esse na-  
tam liberam.

*ut teneas meam mentem, incipe illis facere vim tantillum vel joco; ego te dimittam  
hinc ita contum, ut ignores quis sis. Tum vos, o lorarii, nisi statim atque vobis  
nunu significavero, illi crueritis oculos de capite, ego vos succingam virgis, ita ut  
cinguntur myrteta junco. LA. Contendis mecum vi. TR. Mihi objicis quoque  
vim, flagitiosissime? LA. Tuque trina cruce dignus, adeo temerarius es, ut mihi  
insultes verbis? TR. Haud nego, ego sum dignus trina cruce: tu es homo appri-  
me probus. An oportet idcirco eas non esse liberas? LA. Quid dicas, liberas?  
TR. Et quidem tuas heras, et ex vera Græcia: nam hæc altera est nata Athenis  
parentibus liberis. DÆ. Quid ego audio ex te? TR. Hanc esse natam libe-  
rum Athenis. DÆ. Hæc est mea civis, quæso? TR. Non tu es Cyrenensis?*

24 S. Lips. *rim oculo.* Mox, S. a m. pr. *pauxillum.*—25 Schneider. *ego te hinc.*  
—26 Pro *innuero*, Camer. habet *invenero*; Lamb. 1577. *enimvero.* Mox, *si non*  
S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *sine PII.*—27 Q. m. *luncis PII.* S. Lips. *circum-  
vinclam* S. Lips. Ven. 1.—28 S. Lips. PII. Ven. 1. *rim proportionis;* Ven. 1518. *im-  
proportionis.*—29 Tum S. Ven. 1518.—30 C. 2. *tu es h. at prime.*—31 *Nunc qui*  
PII. S. Lips. Ven. 1. *Nunc quidem Ven. 1518. oportet esse* S. Lips. Ven. 1.—  
32 Gretia C. 2.—33 C. *ine* [lacuna] *tibus;* C. 2. *sine* [lacuna] *tibus;* S. a m.  
*sec.* *sine libtibus;* Lips. et S. a m. pr. *sine snumis parentibus;* Ven. 1. *sine testi-  
bus;* Ven. 1518. *sincerissumis testibus.*—34 DE. [lacuna] *quid ego Ven. 1.*—

## NOTE

26 *Exoculassitis]* Si oculos ipsi non  
erneritis. Cyprianus, ‘Cæcos et  
ignaros ad agnitionem veritatis ocul-  
lare.’

27 *Quasi myrteta]* Fasciculi myr-  
torum junco colligati Veneri offere-  
bantur. Est enim myrtus Veneri sa-

era: similitudo capta e re nata, quia  
versabantur in templo Veneris, et  
forte ante oculos erant ejusmodi fas-  
ces quando hæc dicebat Demones:  
quasi dicat; Vos sic succingam fla-  
gris, ut succinguntur myrtlei fascien-  
ti: id dicit ad significandas lorario-

DÆ. Mea popularis, obsecro, hæc est? TR. non tu Cyrenensis es? 35

DÆ. Immo Athenis natus altusque educatusque Atticis.

TR. Obsecro, defende cives tuas, senex. DÆ. o filia Mea! cum ego hanc video, mearum me absens miseriarum commones:

Trima quæ periit mihi: jam tanta esset, si vivit, scio.

LA. Argentum ego pro istisee ambabus, cujæ erant, domino dedi: 40

Quid mea refert, hæ Athenis natæ, an Thebis sient,  
Dum mihi recte servitutem serviant? TR. itane impudens,  
Tune hic, felles virginalis, liberos parentibus  
Subiectos habebis, atque indigno quæstu conteres?

Nam huic alteræ patria quæ sit, profecto nescio, 45

Nisi scio probiorem hanc esse, quam te, impuratissime.

LA. Tuæ istæ sunt? TR. contendere ergo, uter sit tergo  
verior.

Ni offerumentas habebis plures in tergo tuo,

DÆ. Immo sum ortus Athenis in Attica, nutritusque et instructus. TR. Propugna, o senex, quæso, tuas populares. DÆ. O mea filia! quando ego conspicio hanc, mihi refricas memoriam, quoniam absens, meæ orbitatis. Hæc perdita est nata tribus annis: si vivit, est tanta, quanta est hæc. LA. Ego numeravi pecuniam domino, ad quem pertinebant, pro hisce duabus: quid mea interest, si hæc sint natæ Athenis, an Thebis, dummodo mili ministrent bene? TR. Siccine impudens, prædo virginum, tu habebis hic liberos subductos parentibus, et expones ad indignum lucrum? Nam non constat quidem, quæ sit patria hujus alterius; unum scio, hanc esse meliorem te, o homo impure. LA. Istæ sunt tuæ? TR. Decerta tecum scapulis nudatis, uter sit menducior. Nisi geras plures vibices in tuo tergo impres-

38 Pronomen *me* omittunt B. I. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *commonet* Diss.  
—39 Schneider. *perusti m. j. t. est*; Lips. etiam *est*.—40 Pronomen *ego*, quod servant B. I. et C. deest in C. 2. S. Lips. Ven. 1.—41 Schneider. *hæc Athenis*; Lamb. *Athenis hæc*. Mox, Ven. 1. Ven. 1518. *Thebæ*.—43 Pll. S. Lips. B. I. Ven. 1. Ven. 1518. *fallis*; Cam. *fulsis*; Lamb. et Bipont. *feles*.—44 *Subjectos* Pl. prior, S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *Subreptos* al.—45 *Nanque* Schneider.—46 Ven. 1. *impuratissime*; S. *impuratissimæ*.—47 *Veran' ista sunt?* Diss. *Nugæ istæ sunt* Bipont. *Tuan' Lamb.* Pro ergo, Schneider. *habet tergo*. Mox, Ven. 1. Ven. 1518. *intersit tergo*; S. Lips. B. I. *uter sit ergo*; Pll. *reri*; B. I. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *utri*.—48 *Ni tu* Schneider. *Ni ferramentas* B. I.

#### NOTÆ

rum vires in verberando.

bades,' et 'pædotribæ.'

44 *Subiectos*] Furto ablatos.

48 *Offerumentas*] Plagæ et vibices.

*Contres*] Id est, conterendas *da-*  
*bis*: flagitii plena vox; unde 'tri-

Festus: 'Offerumenta sunt quæ of-  
feruntur, præsertim Diis. Donaria

Quam ulla navis longa clavos, tum ego ero mendacissimus :  
 Postea aspicio meum, quando ego tuum inspectavero, 50  
 Nisi erit tam sincerum, ut quivis dicat ampullarius,  
 Optimum esse opere faciendo corium, et sincerissimum ;  
 Quid causae est, quin virgis te usque ad saturitatem sau-  
 ciem ?

Quid illas spectas ? quas si attigeris, oculos eripiam tibi.

LA. Atquin, quia vetas, utramque jam mecum abducam  
 simul. 55

DÆ. Quid facies ? LA. Volcanum adducam, is Veneris  
 est advorsarius. [si attigeris ostium,

DÆ. Quo illic it ? LA. heus, ecquis hic est ? heus ! DÆ.  
 Jam, hercle, tibi messis in ore fiet mergis pugneis.

LO. Nullum habemus ignem, ficis victitamus aridis.

*sas, quam navis longa clavos, tum ego sum mendacissimus. Deinde, quando ego conspexero tuum tergum, aspice meum: nisi erit tam integrum, ut quivis ampullarius dicat esse optimum corium, et integerrimum in faciendo suo opere; quanobrem non te plectam virgis usque ad satietatem? Quare eas intueris? Si eas attigeris, tibi effodiā oculos.* LA. Atqui, quia prohibes, abducum jam utramque mecum. DÆ. Quid ages ? LA. Adducam Vulcanum; ille est inimicus Veneris. DÆ. Quo it ille ? LA. Heus, ecquis est hic ? heus ! DÆ. Si vel attigeris limen, tibi fiet in ore messis pugnis tanquam furcis. LO. Non est nobis ignis; manducamus ficos

---

S. Lips. *Ni offerrumentas Ven. I. Ven. 1518. pluris S. Lips. Ven. I.—51 Ni erit S. Lips. Ven. I. Ven. 1518.—52 Schneider. operi.—53 Ven. I. sautiem.—54 Quidem S. Lips. tibi eripiam Ven. 1518.—55 At, quia S. Lips. Atqui quia Lamb. et Bipont. vocas Ven. I.—56 S. Lips. Lamb. 1577. abducum.—57 Quo illie abit Schneider. hecquis Pll.—58 Carpentar. mersis, pro mergis. Mox, pugnis Pll. S. Lips. Ven. I. pugnis probe Ven. 1518.—59 Nullum habent Car-*

#### NOTÆ

autem Deorum parietibus templorum defigebantur.' Sic plage et vibiees tergo offeruntur, et quasi defiguntur.

51 *Ampullarius*] Qui ampullas facit, id est, lagenas coreaceas. Recentiores vocaverunt 'pilaseas,' quasi dicas 'pelliceas:' *flacons*. Isidorns, 'Vas vinarium ex corio.' Varro, 'Antiquissimi in conviviis utres vini primo, postea tinas ponebant.'

58 *Mergis pugneis*] *Mergis* est, aut a 'mergus,' vel a 'merga.' *Mergi* aves sunt, quæ crebro aquas subeunt. *Vernaeole*, *un plongeon*. Minatur Dæmones pugnos tam crebro esse

Labracis ore condendos, quam merguntur in aqua mergi. 'Mergæ' vero, auctore Festo, 'sunt furenlæ quibus acervi frugum sunt, dictæ a volucribus mergis; quia ut illi se in aquam mergunt, dum pisces persequuntur; sic messores eas in fruges demergunt, ut elevare possint manipulos.' De 'mergis,' ac 'mergæ' hie verba facere Plautus videtur, quia ibidem de messe mentio: quasi dicat; *Quemadmodum* in messe demerguntur mergæ in manipulos, ita mergam in os tuum pugnos.

DÆ. Ego dabo ignem, siquidem in capite tuo conflandi copia 'st. 60

LA. Ibo, hercle, aliquo quæritatum ignem. DÆ. quid, cum inveneris? [exuras tibi.

LA. Ignem magnum hic faciam. DÆ. quin ut humanum

LA. Immo hasce ambas hic in ara, ut vivas, comburam.

DÆ. id volo : [conjiciam,

Nam, hercle, ego te barba continuo arripiam, et in ignem

Teque ambustulatum objiciam magnis avibus pabulum. 65

Cum conjecturam egomet mecum facio, hæc illa est simia,

Quæ has hirundines ex nido volt eripere ingratiiis,

Quod ego in somnis somniavi. TR. scin' quid? tecum  
oro, senex,

Ut illas serves, vim defendas, dum ego herum adduco meum.

DÆ. Quære herum, atque adduce. TR. at hic ne. DÆ.

maxumo malo suo, 70

Si attigerit, sive occemptassit. TR. cura. DÆ. curatum  
est, abi.

*siccus.* DÆ. Ego tradam ignem; nam potest accendi supra tuum caput. LA. Pergam sane aliquo ad quærendum ignem. DÆ. Quid ages cum nactus fueris?

LA. Excitabo hic magnum ignem. DÆ. Videlicet ut tibi exuras sacrificium ferale. LA. Immo ut incendam hic in ara hasce ambas vivas. DÆ. Id velim vi-

dere: nam ego statim te occupabo barba, et præcipitem dabo in ignem, et te apponam ambustum escam prædatoriis avibus. Quando egomet conjicio mecum, est illa

simia, quæ vult detrahere crudeliter hirundines ex nido, ut ego vidi in somnis. TR. Scisne quid agendum? Te, obsecro, senex, ut eas tuearis, arceus vim usque eo dum reversus fuero cum meo hero. DÆ. Quære herum, atque revertere cum eo. TR. Sed interim vide, ne hic attingat. DÆ. Profecto, si vel attigerit, fecerit suo maximo periculo, vel si egressus fuerit. TR. Curu. DÆ. Est curatum, perge.

pentar.—60 Ven. 1518. *confundi in capite tuo.*—61 Ven. 1518. *ignem quæratum.* Mox, quid tun Schneider, contra codd.—62 Edd. quædam vett. quine ut tu manum; al. quin ut tu fanum e. ibi. S. Lips. *exurius.*—63 Particula ut deest in Ven. 1518.—64 Pronomen ego deest in S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. et *ignem* Ven. 1. *coicium* C. 2.—65 Teque ambustulatum Pll. S. Lips. *papulum* C. 2.—67 Lamb. *deripere.* S. Lips. Ven. 1. *ingratus.*—68 *Quid* Ven. 1. *sonniis* Ven. 1. Ven. 1518.—69 *Ut i. servas* S. Lips. Ven. 1. *vi defendas* B. 1. S. Lips. *abduco* S. Lips.—70 S. Lips. *abduce.* Verba, *maxumo m. s.* Si u. s. o. TR. cu-

## NOTÆ

62 *Ut humanum exuras]* Festus, 'Sacrificium est humanum, quod mortui causa fit.' Igitur 'exurere sibi humanum,' est se exurere.

65 *Ambustulatum]* Cicero, 'Semi-*ustulatum.'*

*Magnis avibus]* Hoc nomine rapaces aves intelligit, ut vultures, aquilas, corvos.

68 *Tecum oro]* Oro te.

71 *Occemptassit]* Id est, incepérít.

**TR.** Hunc quoque asserva ipsum, ne quo abitat: nam promisimus

Carnifici aut talentum magnum, aut hunc hodie sistere.

**TR.** Observa etiam hunc ipsum, ne abeat aliquo. Videlicet polliciti sumus hodie carnifici aut hunc tradere, aut magnum talentum, nisi traderemus.

ra, desunt in B. 1. sive occentussit Douz. sire occepsit Parei 3. nere occentari codd. Lambini.—72 Ven. 1518. asservato; Pl. at serva. S. Lips. Ven. 1518. abiat; Lamb. et Bipont. abitet; C. habitet. S. Lips. permisimus.—73 Parei 3. et Schneider. aut istunc.

### ACTUS TERTII SCENA QUINTA.

DÆMONES, LABRAX, PALÆSTRA, AMPELISCA, LORARII.

**DÆ.** UTRUM tu, leno, cum malo libertius

Quiescis, an sic sine malo, si copia est?

**LA.** Ego, quæ tu loquere, flocci non facio, senex.

Meas quidem te invito, et Venere, et summo Jove,

De ara capillo jam deripiam. **DÆ.** tange dum. 5

**LA.** Tangam herele vero. **DÆ.** agedum ergo! accede hu modo.

**LA.** Jube dum recedere istos ambo illuc modo.

**DÆ.** Immo ad te accendent. **LA.** non herele egomet censeo.

**DÆ.** Quid ages, si accendent propius? **LA.** ego recessero.

Verum, senex, si te unquam in urbe offendero, 10

Nunquam herele quisquam me lenonem dixerit,

Si non te ludos pessimos demisero.

**DÆ.** Marisne cessare, o leno, cum infortunio, an sine infortunio, quando potes?  
**LA.** Senex, nihil pendo tua verba; statim avellam etiam capillis de ara meas milie-  
res te reclamante, et Venere, et summo Jove. **DÆ.** Vel admore manum. **LA.** Admo-  
rebo enim vero. **DÆ.** Age igitur! fer huc pedem. **LA.** Monda modo illos duos lora-  
rios hinc absistere. **DÆ.** Immo te convenient. **LA.** Profecto non cis auctor sim  
nt accedant. **DÆ.** Quid ages, si sese confruant propins? **LA.** Ego absistam.  
Sed si unquam te invenero in urbe, o senex, nunquam quisquam me vocaverit leno-  
nem, si te sivero abire, nisi ludificatum pessime. **DÆ.** Age id quod dicis te actu-

2 Particulam si omittunt S. Lips.—3 S. Lips. B. 1. nunc facio.—4 Mediol.  
1500. tñd invito.—6 Ven. 1518. acce das.—7 C. ambos; C. 2. amabo.—9 B. 1. C.  
2. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. si propius accendent; Lamb. 1577. si accedunt pro-  
pius.—10 S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. si senex. Ven. 1518. unquam te.—

DÆ. Facito istuc, quod minitaris: sed nunc interim  
Si illas attigeris, dabitur tibi magnum malum.

LA. Quam magnum vero? DÆ. quantum lenoni sat est.

LA. Minacias ego istas flocci non facio tuas. 16

Equidem te invito jam ambas rapiam. DÆ. tange dum.

LA. Tangan hercle vero. DÆ. tange! sed scin', quomodo?

I dum, Turbalio, curriculo asser

Duas clavas. LA. clavas? DÆ. sed probas: propera  
cito. 20

Ego te hodie faxo recte acceptum, ut dignus es.

LA. Eheu! scelestus galeam in navi perdidi:

Nunc mihi opportuna hic esset, salva si foret.

Licet saltem istas mihi appellare. DÆ. non licet.

Ehem! optume edepol, eccum, clavator advenit! 25

LA. Illud quidem, edepol, tinnimentum est auribus.

DÆ. Age, accipe illanc alteram clavam, Sparax:

Age, alter istinc, alter hinc assistite.

Assistite ambo: sic! audite nunc jam:

Si hercle illic illas hodie digito tetigerit 30

*rum. Sed interea si illis manum admoveris, dabis magnas pœnas.* LA. Quantas  
vero? DÆ. Quantæ satis erunt lenoni. LA. Ego nihil pendo istas tuas commi-  
nationes. Projecto in illas invadum duas, te reluctant. DÆ. Vel attinge illas.  
LA. Attingam enim vero. DÆ. Attinge! At intelligisne, qua ratione? Ijam,  
Turbalio, asser duas clavas celeriter. LA. Clavas? DÆ. Sed grares: accelera  
velociter. Ego curubo, ut excipiaris recte, sicut mereris. LA. Heu! infelix  
amisi cassidem in navi: mihi esset nunc hic commoda, si foret salva. Saltem mihi  
licitum est vocare in jus istas puellas. DÆ. Non sinam. Ehem! ecce opportune  
clararum faber accedit. LA. Projacto ille tinnitus est aurium. DÆ. Age, Spa-  
rax; sume illam alteram clavam. Agite! astate unus ab hac parte et alter ab illa.  
Astate uterque. Sic! auscultate nunc: si hic illas contigerit hodierna die contra

\*\*\*\*\*

12 Pll. dimiserio; et sic Bipont.—13 S. Lips. minitaires.—15 C. quam magnum  
lenoni sat est.—16 Minas Schneider. nunc facio B. I. S. Lips.—17 S. Lips. B.  
I. Pll. Ven. I. Ven. 1518. eas te. Mox, jam deest in Ven. 1518. jam jun ha-  
bet Lamb. amabus Carpenter.—18 Pll. S. Lips. Ven. I. tange sat scin'; Ven.  
1518. tanges? at scin.—19 Cam. Lamb. atque curriculo. Mox, asser hue domo  
edd. vett. at fer C. asser hue, omisso domo, Cam. Lamb. hue domo desunt in  
S. Lips. B. I. Pll. Ven. I. Ven. 1518.—20 Cam. et Lamb. delect rō sed.—  
22 Ehu S. Lips. Heu Ven. I. Heu, heu Ven. 1518.—23 Nunc ni Schneider.  
contra omnes codd. si fortet Pll.—25 Hem S. Lips. Ven. I. Ven. 1518. cla-  
vatorem S. Lips.—27 Pro illanc, S. Lips. habent illi; Ven. I. illam; Pll. et

#### NOTÆ

25 *Clavator*] Qui clavam gestat. Quia cum caput ea tunditur, aures  
26 *Tinnimentum*] Clavam intelligit. tinnitus audiunt.

Invitas, ni istunc istis invitassitis  
Usque adeo, donec, qua domum abeat, nesciat,  
Peristis ambo : si appellabit quempiam,  
Vos respondetote istinc istarum vicem :  
Sin ipse abire hinc volet, quantum potest,      35  
Extemplo amplectitote crura fustibus.  
  
LA. Etiam me abire hinc non sinent ? DÆ. dixi satis.  
Et ille ubi servos cum hero huc advenerit,  
Qui herum arcessivit, itote extemplo domum.  
Curate hæc sultis magna diligentia.      40  
  
LA. Heu, hercle, næ istic fana mutantur cito !  
Jam hoc Herculi est, Veneris fanum quod fuit,  
Ita duo destituit signa hic cum clavis senex.  
Non, hercle, quo hinc nunc gentium aufugiam scio,

*voluntatem vel digito, occidistis ambo, nisi exceperitis sic istis clavis istum, ut ignoraret qua repeatat suas ades. Si vocaverit aliquem, vos reponite istinc vice isturum puellarum: si ipse tentet proficisci, statim succingite, quantum in eobis erit, ejus crura fustibus. LA. Non patientur quoque me proficisci ex hoc funo? DAE. Fecisi satis verborum. Et quando ille servus, qui irit vocatum herum, sese contulerit huc cum hero, revertimini e vestigio in ades. Curam agite harum rerum, si libet, sedulo. LA. Heu! profecto templa subito mutantur. Hoc templum, quod Veneris erat, est iam Herculis; ideo senex collocavit has duas imagines tenentes clavas. Ego ignoro in quem locum me conferam, adeo terra et mare debacchantur nunc in*

*Ven. 1518. illinc.—28 Lamb. assiste.—31 Pll. nei. S. Lips. nisi sic tunc ; Ven. 1. nisi tunc ; Carpenter. nisi hunc ; B. I. nisi sic tunc invitatis sitis ; Meurs. nisi istunc istis exoculassitis ; tñ istis deest in S. Lips. Ven. 1. illum vos Ven. 1518. invitatis istis S. Lips. exoculassitis Ven. 1. Ven. 1518.—32 Pll. qua d. habeat.—33 Ven. 1518. Carpenter. et Lamb. quapiam.—34 Ven. 1518. rice.—35 Sin ipsus hinc abire Schneider. abire hinc C. 2. S. Lips. abire hin B. I. Sinedps abire hinc C. Si vero hic ipse abire hinc Cam. Lips. potest Lamb.—36 Acidal. ampectitote.—37 S. Lips. non desinat ; Ven. 1. non desinent.—38 Et ubi ille S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. hero suo Ven. 1518. ubi hac Schneider.—40 C. h. stultis Pll. C. h. salutis Ven. 1518.—41 Eheu Lips. Cam. Lamb. Ehi S. neistic Pll. S. Ven. 1. Ven. 1518. mittantur Ven. 1.—42 Hoc Herculist jum Schneider. Hoc Herculis est jam Ven. 1518. Jam hoc Herculist modo Acidal. ex eodd. Herculis est etiam Ven. 1. Carpenter. Cam. Lamb. et Bipont. phunum.*

## NOTE

**31 Invitassitis]** Metaphora ab iis ducta, qui largioribus poculis invitati, qua domum eant nesciunt. De lenone fustibus implendo loquitur. Vel Indit in verbis *invitus* e *invitas-*  
*sitis.*

42 *Herculi*] Hoc eo dicit leno,  
quod Dæmones duos servos cum cla-

vis jusserset astare, ac si essent duæ statuæ clavas sicut Hercole gerentes. Silius, 'Clavigeri venerantur numinis aras,' id est, Herculis.

<sup>43</sup> *Destituit*] Id est, statuit, desigit. Cicero, ‘*Destituit omnes servos ad mensam ante se.*’ Livius, ‘*Duo armati in medio destituntur.*’

Ita nunc mihi utrumque sœvit et terra et mare. 45  
 Palæstra! Lo. quid vis? LA. apage! controversia est.  
 Hæc equidem Palæstra, quæ respondit, non mea est.  
 Heus, Ampelisca! Lo. cavesis infortunio.  
 LA. Ut potest, ignavi homines satis recte monent.  
 Sed vobis dico, heus vos! num molestia est, 50  
 Me adire ad illas propius? Lo. nihil nobis quidem.  
 LA. Numquid molestum mihi erit? Lo. nihil, si caveris.  
 LA. Quid est, quod caveam? Lo. hem, a crasso infortunio.  
 LA. Quæso, hercle, abire ut liceat. Lo. abeas, si velis.  
 LA. Bene hercle factum! habeo vobis gratiam. 55  
 Non: accedam potius. Lo. illic astato illico.  
 LA. Edepol proveni nequier multis modis.  
 Certum 'st hasce hodie usque obsidione vincere.

*me? Palæstra! Lo. Quid rogas? LA. Apage! est certamen inter te et me. Profecto illa quæ mihi reposuit, non est mea Palæstra. Heus, Ampelisca! Lo. Vide, si libet, ne in te irruat malum. LA. Imbellis homines admonent prudenter, quantum in se est. At vobis dico, heus vos! vobisne est molestum me accedere propius ad illas? Lo. Non nobis quidem erit molestum. LA. Mihine erit acerbum? Lo. Non erit si tibi cautum esse volueris. LA. A quo mihi cautum esse velim? Lo. Hem, a gravi infortunio. LA. Obscoro, ut concedatur hinc proficisci. Lo. Proficiscere, si libet. LA. Profecto, est recte factum! devinxistis me beneficio. Non proficiscar; adibo potius ad eas propius. Lo. Consiste tu illic statim. LA. Profecto res processerunt infeliciter multis rationibus. Deliberatum est hasce expugnare hodie.*

\*\*\*\*\*

veneris Ven. 1518.—43 S. hic signa.—45 Ita mihi nunc S. Lips. Ven. 1. nunc deest in Ven. 1518.—46 Acidal. apage controversias.—47 Hæc quidem Schneider.—49 Lamb. pote 'st.—50 Ven. 1518. vos num nam; Schneider. vobis num.—53 Ven. 1518. hehem. C. croaso; C. 2. Craeso.—54 Schneider. adire . . . adreas.—55 Bene ergo hercle S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518.—56 Non? accedam propius Ven. 1518. Accedam propius, omisso Non, Schneider. astate Pll. Ven. 1. astare S. Lips. Ven. 1518. tu asta Cam. Lamb.

#### NOTÆ

53 *Crasso infortunio*] Id est, a crasis et gravibus clavis impendente. qui re vel liberis aucti. Bene pro-

57 *Proveni*] Provenisse dicuntur, venire: contrarium, nequier pro-

venir.

## ACTUS TERTII SCENA SEXTA.

PLEUSIDIPPUS, TRACHALIO, MULIERES, LABRAX,  
LORARII, CHARMIDES.

- PL. MEAMNE ille amicam leno vi, violentia,  
De ara deripere Veneris voluit? TR. admodum.  
PL. Quin occidisti extemplo? TR. gladius non erat.  
PL. Caperes aut fustem, aut lapidem. TR. quid ego,  
quasi canem,  
Hominem insectarer lapidibus nequissimum? 5  
LA. Nunc pol ego perii! Pleusidippus eccum adest:  
Converret jam hic me totum cum pulvisculo.  
PL. Etiamne in ara tunc sedebant mulieres,  
Cum ad me profectus ire? TR. ibidem nunc sedent.  
PL. Quis illas nunc illic servat? TR. nescio quis senex,  
Vicus Veneris; is dedit operam optumam. 11  
Is nunc cum servis servat: ego mandaveram.  
PL. Duc me ad lenonem recta: ubi illic est homo?  
LA. Salve. PL. nihil salutem moror: opta ocyus,  
Rapi te obtorto collo mavis, an trahi? 15

PL. Ille leno aggressusne est arellere meam amicam, vi atque impetu in eas facto,  
de ara Veneris? TR. Maxime. PL. Quin interfecisti e restigio? TR. Non ha-  
bebam ensem. PL. Dehebas arripere, aut baculum, aut saxum. TR. Quid? Ego  
insequerer hominem sclestissimum saxis, quasi canem? LA. Nunc profecto ego  
interii! Adest Pleusidippus: hic me deterget jam funditus cum pulvere rel minu-  
mo. PL. Mulieres sedebant tum ad aram, quando discessisti e templo ut venires  
ad me? TR. Sedent ibidem etiamnum. PL. Quis eas custodit nunc in illo loco?  
TR. Nescio quis senex, finitimus templo Veneris. Ille opitulatus est maxime.  
Ille tuerit nunc cum servis: ego eas illi commendavi. PL. Duc me recta ad leno-  
nem. Ubi est ille homo? LA. Salvus sis. PL. Non curo tuam salutem. Elige  
velociter; utrum libet raptari obtorto collo, an trahi? Elige utrum placuerit, dum

-----

1 Meramne S. Meamne est Ven. 1518. violenta S. Lips. Ven. 1. ac violen-  
tia Ven. 1518.—2 Veneris deest in S. a m. pr.—3 Ven. 1. Ven. 1518. occidis-  
tis.—4 B. 1. Lips. quasi non amem; S. quas non amem; Ven. 1. canem amens.  
—5 Hominum S. Lips. insperarer Pli.—7 Carpenter. Cam. Lamb. jam hoc.—  
8 Pli. in ara nunc. S. scedebat, cum p sub c.—9 Carpenter. ires; et sic Douz.—  
11 Veneris deest in S.—12 Lips. servus.—14 S. Lips. Pli. salutem nihil. Ven.  
1518. moror tuam.—15 Rapite Ven. 1. Rapite hunc Ven. 1518. naris S. Lips.

## NOTÆ

9 Profectus ire] Id est, cum pro- 11 Vicinus Veneris] Id est, templi  
fectus es, ut ad me venires. Veneris.

Utrum vis opta, dum licet. LA. neutrum volo.  
 PL. Abi sane ad littus curriculo, Trachalio :  
 Jube illos in urbem ire obviam ad portum mihi,  
 Quos mecum duxi, hunc qui ad carnificem traderent. 20  
 Post huc redito ; atque agitato hic custodiam :  
 Ego hunc scelestum in jus rapiam exulem.  
 Age, ambula in jus. LA. quid ego deliqui ? PL. rogas ?  
 Quin arrhabonem a me accepisti ob mulierem, et  
 Eam hinc abduxisti. LA. non avexi. PL. cur negas ?  
 LA. Quia pol provexi ; avchere non quivi miser. 25  
 Evidem tibi me dixeram præsto fore  
 Apud Veneris fanum : quid muto ? sumne ibi ?  
 PL. In jure causam dicio : hic verbum sat est :  
 Sequere. LA. obsecro te, subveni, mi Charmides :  
 Rapior obtorto collo. CH. quis me nominat ? 30  
 LA. Viden' me, ut rapior ? CH. Video, atque inspecto  
 lubens.  
 LA. Non subvenire mihi audes ? CH. quis homo te rapit ?

*potes.* LA. Neutrum placet. PL. Truchalio, perge, curre ad littus : impera illos occurrere mihi ad portum urbi proximum, qui venerunt mecum, ut hunc raperent ad tortorem : postea revertere huc, atque esto hic in præsidii : ego traham ad judicem hunc nefarium extorrem. Age, perge ad prætorum. LA. Quid ego commisi ? PL. Petis ? nonne dedi tibi arrhabonem pro muliere, et eam abstulisti hinc ? LA. Non abstuli. PL. Quare id inficias ? LA. Quia protuli ; infelix, non potui auferre. Evidem pollicitus eram me affuturum apud delubrum Veneris : nonne sto promissis ? versorne in hoc templo ? PL. Perorabis causam apud judicem : est satis verborum : sequere. LA. Obtestor te, mi Charmides ! fer opem ; trahor obtorto collo. CH. Quis me nominat ? LA. Cernisne quemadmodum ego trahor ? CH. Cerno, atque conspicor ultro. LA. Non vis mihi ferre opem ? CH. Quis homo te

\*\*\*\*\*

*majus Ven. 1.—17 Abi fane Ven. 1.—18 Schneider. ad portam.—19 S. Lips. Pll. Ven. 1. Ven. 1518. qui hunc. Ven. 1518. traherent.—21 Schneider. rapiam jam in jus.—23 Quine Donz. Qui S. Lips. Ven. 1.—24 Jam hinc Pll. Jam hic S. Lips. Eam hinc avexti Bipont. adduxisti S. Lips. non advexi S. Lips. negas leno al.—26 Evidem tibi hodie dixeram Bentl. ad Terent. Andr. I. 1. 13.—27 B. I. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. quid multa ; Schneider. num. quid muto.—29 S. Lips. Pll. mei pro mi.—30 C. opto collo.—33 S. Ven. 1.*

#### NOTÆ

- 20 *Agitato custodiam*] ‘ Agitare vi- ere.  
 gilias,’ ‘ agitare exubias,’ idem. 27 *Quid muto*] Id est, Quid contra  
 21 *In jus*] Id est, ad locum judici- promissum facio ? nonne sum in tem-  
 orum, sive ad sellam prætoris. plor ?  
 23 *Ob mulierem*] Id est, pro muli-

- LA.** Adolescens Pleusidippus. **CH.** ut nactu's, habe  
Bono animo: melius est te in nervom correpare.  
**Tibi** obtigit, quod plurimi exoptant sibi. 35  
**LA.** Quid id est? **CH.** ut id, quod querant, inveniant sibi.  
**LA.** Sequere, obsecro, me. **CH.** pariter, suades, qualis es.  
Tu in nervom rapere; eo me obsecras, ut te sequar.  
Etiam retentas? **LA.** perii! **PL.** verum sit velim!  
**Tu**, mea Palæstra et Ampelisca, ibidem illico 40  
Manete, dum huc ego redeo. **LO.** equidem suadeo,  
Ut ad nos abeant potius, dum recipis. **PL.** placet:  
Bene facitis. **LA.** fures mihi estis. **LO.** quid, fures?  
**PL.** rape.  
**LA.** Oro, obsecro, Palæstra. **PL.** sequere, carnifex.  
**LA.** Hospes! **CH.** non sum hospes: repudio hospitium  
tuum. 45  
**LA.** Siccine me spernis? **CH.** sic ago: semel bibo.  
**LA.** Di te infelicent. **CH.** isti capiti dicio.

*trahit?* **LA.** Adolescens Pleusidippus. **CH.** Perfer animo æquo malum quod tibi accidit. *Prestat te mitti in vincula.* Ceterum id quod plurimi expectunt tibi erexit. **LA.** Quid est? **CH.** Ut reperiant id quod querunt. **LA.** Quaso, sequere me! **CH.** Das consilium dignum te: tu in vincula traheris, et me obtestaris ut te comiter. Etiam apprehendis? **LA.** Interii. **PL.** Utinam sit verum! Tu, mea Palæstra, et Ampelisca, manete ibidem illic usque eo dum ego revertar huc. **LO.** Projecto si mihi credant, pergant potius in nostras aedes, donec eas recuperes. **PL.** Placet: facitis recte. **LA.** Estis prædones meorum fortunaru[m]. **LO.** Quid dicis, fures? **PL.** Trahe. **LA.** Rogo, obtestor, Palæstra. **PL.** Sequere, carnifex. **LA.** Hospes! **CH.** Non sum hospes: recuso tuum hospitium. **LA.** Itane vero me contemnis? **CH.** Sic ago: nolo potare denuo aquam marinam. **LA.** Dii te per-

\*\*\*\*\*

nactus; Ven. 1518. *nactus es abi.*—34 Bonum animum B. 1. S. Lips. melius 'st Lamb. nervum S. Lips. Ven. 1. corripere S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518.—37 C. obsecrom; pronomen ne deest in C. 2. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. qualis es tu Ven. 1. suades tu qualis es Ven. 1518.—38 Tu deest in Ven. 1. Ven. 1518. nervum S. Ven. 1.—39 Etiam me tentas Pist. sic velim S. Lips.—41 S. Lips. Ven. 1. ego huc.—43 Schneider. mi estis. Alterum fures omittit Ven. 1518.—44 Ora obsecro Gulielm. Pro carnifex, Ven. 1. habet carnifex; S. Lips. car-mides.—46 Lips. sic mel bibo; Carpenter. semel bibi.—47 Sambuci codex,

#### NOTÆ

33 *Ut nactu's]* Ut tibi accidit.

malus male consulis.

36 *Inveniant sibi]* Id est, te damnum et malum inveniat. Horatius, ' Raro antecedentem scelestum Deseruit pede poena clando.'

46 *Semel bibo]* Quasi dicat Charmides Labraci: Semel periclitatus sum tecum; non periclitabor iterum. Tempestatis recordatur.

37 *Pariter, suades, qualis es]* Id est,

47 *Te infelicent]* Id est, te infeli-

Credo alium in aliam belluam hominem vortier;  
 Illic in columbum, credo, leno vortitur:  
 Nam in columbari collum haud multo post erit. 50  
 In nervom ille hodie nidamenta congeret.  
 Verumtamen ibo, ei advocatus ut siem,  
 Si qui mea opera citius addici potest.

*dant. CH. Imprecare id capiti tuo. Arbitror alios homines mutari in aliam belluam. Credo illum lenonem mutari in columbam: nam ejus collum erit mox in vinculo columbario: ille conferet hodie res idoneas nido struendo in carcerem. Attamen pergam, ut ei patrociner, ut addicatur Pleusidippo velocius mea ope.*

Ven. 1. Ven. 1518. Lamb. 1577. infelicitent.—50 Ven. 1. *in columbari*. Mox, Priscian. multum.—51 *In nervo mille* B. 1. Pll. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518.—52 Schneider. *eii pro ei*. B. 1. *ut si est*.—53 *Siquidem* Ven. 1518. *ad-duc i C.*

#### NOTÆ

cem reddant.

50 *In columbari*] Columbar est genus vinculi, quo inseritur collum reorum, quasi dicas collarium.

51 *In nervom*] ‘Nervus,’ quodvis genus vinculi.

*Nidamenta*] Pergit ludere in verbo columbar, quasi non vineulum, sed peristerostrophum significet: ludit

autem in hoc verbo poëta; nam quia columbar est, et vinculi genus ad continendos reos, et foraminis, in quo ponit columba nidum, dicit Laboracem lenonem vulturem rapacem esse mutantum in columbam, quia in columbari insertum habebit collum.

## ACTUS QUARTI SCENA PRIMA.

### DÆMONES.

BENE factum, et volupe est, hodie me his mulierculis  
 Tetulisse auxilium: jam clientas repperi;  
 Atque ambas forma scitura atque æstatula.

DÆ. *Actum recte, et est jucundum, me fuisse auxilio his mulieribus. Hubeo jam clientas, atque duas egregias pulchritudine utque ætate. Sed molestus conjux me ob-*

1 Pll. S. Lips. Ven. 1. *me hodie*; Ven. 1518. *mihi hodie*; τὸ *me deest* in B. 1.—2 *Retulisse* S. Lips. *Retulixe* S. a m. pr.—3 C. 2. *forma sortula*;

#### NOTÆ

1 *Mulierculis*] ‘Mulierculæ’ alibi juvenes, seu virgines adolescentes, nonnunquam per contemptum; quasi dicas mulieres sortis infimæ. Hic sed dimiuntivo utitur ad blandientiæ tribuitur; quasi dicas mulieres

3 *Forma scitura*] *Scitura*, a ‘scita’; sed dimiuntivo utitur ad blandientiæ duni.

Sed uxor scelesta me omnibus servat modis,  
Ne qui significem quidpiam mulierculis. 5  
Sed Gripus servos noster, quid rerum gerat  
Miror, de nocte qui abiit piscatum ad mare.  
Pol magis sapisset, si dormivisset domi.  
Nam nunc et operam ludos facit, et retia;  
Ut tempestas est nunc, atque ut noctu fuit: 10  
In digitis hodie percoquam quod cuperit;  
Ita fluctuare video vehementer mare.  
Sed ad prandium uxor me vocat; redco domum;  
Jam meas opplebit aures sua vaniloquentia.

*servat omnibus rationibus, ne dem aliquod indicium amoris mulierculis. At scire velim, quid agat Gripus, noster servus, qui itit piscatum hac nocte ad mare. Fecisset melius, si somno induxisset domi. Nam perdit nunc et operam et retia; adeo magna tempestas est nunc, et fuit nocte. Coquam hodie in digitis quod piscatus fuerit; adeo mare agitatur vehementer. Sed uxor me monet ire ad prandium; revertor in aedes; ejus loquacitus vana obtundet meas aures.*

Ven. 1. *forma soitula*.—5 *Nequid* B. 1. *Ne quid* Pl. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518.—6 *Grippus servus* S. Lips. Ven. 1.—7 Ven. 1. Ven. 1518. *denocte*.—8 Codd. Lambini, Ven. 1. Mediol. Ven. 1518. et Priscian. p. 477. ed. Krehl. *sapisset*; Priscian. p. 328. *sapivisset*. Mox, *dormisset* Priscian. pp. 328. 477.—9 Jan S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. et *ludos dut* S. Lips. *ludos dat* Pl. l. danit Both. et *retiam* Ven. 1. et Priscian. p. 328. ed. Krehl.—11 *Indigit* S. *per quo quam* S. Lips. *per coquam* Ven. 1. *cepit* B. 1.—14 Grut. *oppilabit*; Pl. *oppilebit*. Mox, *loquentia* Schueider.

## NOTÆ

5 *Ne qui]* Id est, ne aliquo modo.

8 *Sapisset]* Pro ‘sapisset.’

11 *In digitis]* Hyperbolica parsimonia: tam parum piscinum capiet Gripus, quam in digitis sen in cruce torri possit.

14 *Opplebit]* Alii, *oppilabit*. Lucretius, ‘Congestus arenæ oppilat os-

tia,’ id est, ostia fluviorum implet et ocludit. ‘Oppilatio’ aurum dicitur obstructio. Cicero: ‘Nisi se ille sub scalas tabernæ librariæ conjecisset, hisque oppilatis impetum tuum compressisset.’ ‘Oppilare’ est, quasi pila injecta obstruere.

## ACTUS QUARTI SCENA SECUNDA.

## GRIPUS.

NEPTUNO has ago meo patrono gratias,

GR. Ego ago gratias Neptuno meo Deo tutelari, qui habitat in locis salsis, quæ Delph. et Var. Clas. Plaut. 5 B

Qui salsis locis incolit pisculentis,  
 Cum me ex suis pulchre ornatum expedivit  
 Templis reducem, plurima præda onustum,  
 Salute horiæ, quæ in mari fluctuoso       5  
 Piscatu novo me uberi compotivit.  
 Miroque modo atque incredibili hic piscatus mihi  
 Lepide evenit: neque piscium ullam unciam hodie  
 Pondo cepi, nisi hoc, quod fero hic in rete.  
 Nam ut de nocte multa impigreque exsurrexi,       10  
 Lucrum præposui sopori et quieti:  
 Tempestate sæva experiri expetivi,  
 Paupertatem heri qui et meam sententiam  
 Tolerarem, opera haud sui parcus mea. Nimis homo  
 Nihili est, qui piger est; nimisque id genus odi ego male. 15  
 Vigilare decet hominem, qui volt sua temporis confidere  
 officia:

*abundant piscibus, quia me dimisit ex suis templis egregie instructum, et me reduxit  
 hoc oneratum maximo quæstu, salva navi piscatoria, que me cumulat hic pescatione  
 nova et felici in mari infesto fluctibus. Hæc pescatio jucunda mihi contigit, et ra-  
 tione mira atque præter expectationem: neque cepi hodie ullos pisces, præter id  
 quod gero in hoc rete. Quando enim surrexi diligenter de media nocte, prætuli  
 quæstum somno et quieti: exoptavi ut mihi contingat quo levarem paupertatem  
 heri, et meam servitutem. Non pepercit meo labore. Qui est negligens, est nihil  
 faciens: et ego aversor ejusmodi homines. Oportet hominem esse vigilem, qui*

1 *Ven.* 1. *has ego.* Schneider. *gratias* *meo patrono;* al. *grates.*—2 *Lips.*  
*pisculentis.*—3 *Cum me ex suis locis* B. 1. *Pl. S. Lips.* *Ven.* 1. *Ven.* 1518. *orna-*  
*tum pulchre* *Ven.* 1518.—4 *Pl. S. Lips.* *honestum;* C. a m. sec. *honustum.*—  
 5 *Salute horiæ* B. 1. . *Sedate horreia* S. a m. sec. *horeia* C. *horreia* *Lips.* C. 2.  
*Ven.* 1. *horriæ* *Ven.* 1518.—7 *Miro modo* *Ven.* 1518. *incredibile* C. S. *Lips.*  
*Ven.* 1.—8 *S. Lips.* *ullam uno jam;* *Ven.* 1. *ullum una jam;* *Carpentar.* *li-*  
*bram unam jam.* *Mox, pondo hodie* *Ven.* 1518.—9 *Ven.* 1495. *huc quod;*  
*Ven.* 1518. *hoc quod nunc;* *τὸ* *hoc* *delet* Schneider. *Mox, hic deest* in *S. Lips.*  
*Ven.* 1. *Ven.* 1518.—10 *Ven.* 1. *Ven.* 1518. *denoche.* *Lamb.* *impregre*  
*exsurrexi;* *S. Lips.* *Pl.* *Ven.* 1. *Ven.* 1518. *exurrexi.*—11 Schneider. *et Bi-*  
*pont.* *præposiri.*—12 *S. Lips.* *et expetivi.*—13 *Paupertatem qui heri mea sen-*  
*tentia Tolerarem* Galielm. *qui heri etiam Bipont.* *servientiam Lamb.* *ex conj.*  
*Camerarii,* *qui etiani servitutem scribi posse putabat.*—14 *S. Lips.* *parcus*  
*mei.*—15 *Nihilist* *S. Lips.* *Ven.* 1. *Ven.* 1518. *quis Pl. est piger* C.—16 *Pl.*

## NOTÆ

2 *Incolit locis pisculentis]* Pro, ha-      incolumi horia. *Horia* autem est na-  
 bitat in locis pisculentis.      viciaula piscatoria.

4 *Templis]* Neptuni templo fluctus      6 *Compotivit]* Id est, compotem  
 sunt.      fecit.

5 *Salute horiæ]* Id est, salva atque      14 *Tolerarem]* Sallustius, ‘Tolerare

Non enim illum expectare oportet, dum herus se ad suum suscitetur officium.

Nam qui dormiunt libenter, sine lucro et cum malo quietescunt. [si velim, siem.

Nam ego nunc mihi, qui impiger fui, reperi, ut piger, Hoc ego in mari, quicquid inest, reperi: quicquid inest, grave quidem est: aurum 20

Hic ego inesse reor: nec mihi conscientius est ullus homo: nunc haec tibi

Occasio, Gripe, obtigit, ut liberet ex populo praetor te.

Nunc sic faciam, sic consilium est, ad herum ut veniam docte atque astute:

Pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, ut sim liber.

Jam ubi liber ero, igitur demum instruam agrum, aedes, mancipia: 25

*gaudet fungi suo officio tempestive. Nam non par est quiescere, usque dum herus eum excitet, ut obeat suum munus. Num qui somno delectantur, non faciunt quiescum, et sibi accersunt infortunium. Nam ego, qui fui diligens, inventi id cuius opera possimi quiescere, si libeat. Ego inventi in mari hoc, quicquid sit. Quicquid inest, est sane grave: ego arbitror inesse aurum. Neque illas est qui sciat mecum. Hoc tibi obtigit nunc, o Gripe, ut praetor te insignem faciat inter populares. Agam sic nunc; sic decrevi, ut convenientiam herum prudenter et callide. Offeram paulatim pecuniam pro me ut manumittar. Deinde quando ero liber, concinnabo villam, ex-*



S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *temperi*.—18 Ven. 1518. *libenter*. Carpenter. *quiescent*.—19 Schneider. *ut, si relim, piger sim, contra omnes codd.*—20 B. 1. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *quicquid hic inest reperi*; Grut. *quequid inest grave quid inest*. Mox, quidem thesaurum B. 1. S. Lips. Ven. 1518. *quidem instaurum C. quid est instaurum C. 2. quidem thesaurum Ven. 1.*—21 Ven. 1. *in esse*. Ven. 1518. *reos*. Schneider. *conscientius est mihi*.—22 *Occasio pigre B. 1. S. Lips. C. 2. ut liberes B. 1. Pll. S. Lips. Ven. 1. extemplo codd. Lambini; extemplo Pist. et Ven. 1518. prater B. 1. Pll. S. Lips. Ven. 1.*—23 S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *sicut consilium est*. Mox, *ad h. veniam d. a. astu Schneider. omnes tamen codd. agnoscent rā ut et astute*.—24 *Ego illi pauxillatim Ven. 1518. liber, ac me emittat manu Ven. 1518.*—25 *Jam deest in S. ero deest in S. Lips. C. 2. Ven. 1. Ven. 1518. erigitur demum C. atque aedis C. ad*

#### NOTÆ

inopiam merecede manum.' Virgilius, 'Tolerare colo vitam tenuique Minerva.'

16 *Tempori]* Tempestive.

22 *Ex populo]* Alii, *extemplo*. Admiratur hic laetitia hominis, qui semper in summa inopia sit versatus,

et qui nunc primum habet aliquid. Ille enim sibi videtur habere non vidulum, qui ne sic quidem gravis est, ut portare non possit; sed montem quendam aureum ærariumque totius reipublicæ.

25 *Igitur demum]* Tum demum.

Navibus magnis mercaturam faciam: apud reges rex per-  
hibebor: [tonicum :

Post animi causa mihi navem faciam, atque imitabor Stra-  
Oppida circumvectabor: ubi nobilitas mea erit clara,  
Oppidum magnum communibo: ei ego urbi Gripe indam  
nomen,

Monumentum meæ famæ et factis: ibique regnum magnum  
instituam. 30

Magnas res hic agito in mentem instruere: nunc hunc vi-  
dulum condam. [mento.

Sed hic rex cum aceto pransurus est et sale, sine bono pul-

*struam domum, mancipia parabo, faciam mercaturam magnis navibus; habebor rex inter reges. Deinde condam navem animi gratia; imitabor Stratonicum; circumnavigabo per urbes: quando meum nomen erit nobilitatum, condam magnam urbem: ego eam vocabo nomine meo Gripum, ut sit monumentum meæ celebritatis et facinorum: inibi faciam fundamenta magni regni. Statuo in animo moliri res magnas. Nunc occultabo hanc peram. Sed prandium hujus regis erit acetum et sal, cum malo cibo.*

*ædes C. 2.—26 Naribu' Schneider. Navibus inde Ven. 1518. ad reges Schneider. faciam atque imitabor C.—28 Opida Lips. Oppidaque Schneider. ibi nobilitas al. ap. Parenum.—29 Oppidum Lips. et ego S. Lips. elegi Pil.—30 Ven. 1. ubique.—31 S. Lips. in mente. B. I. S. num hunc; Schneider. vidulum nunc hunc.—32 Ven. 1518. atque sale. Mox, sine bono pulmento deest in eadem editione.*

#### NOTÆ

27 *Navem faciam*] De navi cubiculata et lusoria loquitur, quæ thalamus dicitur et parada. Hæc autem navis erat tecta, ut tamen liber esset venti, ad refrigerandos eos qui in ea versarentur, transitus: intus autem erat toris et enclitis strata. Hujus usus erat in Garnmua frequentissimus.

*Stratonicum*] Stratonicus fuit quæ-

stor regis Philippi, et deinde Alexander Magni filii, quem recte vocaverimus Crassum Græcorum propter divitias, ut Crassus fuit Stratonicus Romanorum.

32 *Sed hic rex*] Paucis contrahit apparatum cœnæ servilis, enjus condimentum est universum sal et acetum.

### ACTUS QUARTI SCENA TERTIA.

TRACHALIO, GRIPUS.

TR. HEUS, mane! GR. quid maneam? TR. dum hanc tibi, quam trahis, rudentem complico.

TR. *Heus, tu Gipe, consiste.* GR. *Quare consistam?* TR. *Donec ego tibi com-*

**GR.** Mitte modo. **TR.** at, pol, ego te adjuvabo : nam bonis quod

Bene fit, haud perit. **GR.** turbida tempestas heri fuit : Nihil habeo, adolescens, piscium : ne tu mihi esse postules.

**Non** vides referre me uidum rete, sine squamoso pecu ? 5

**TR.** Non edepol pisces expeto, quam tui sermonis sum indigens. [ego abire hinc te : mane.

**GR.** Enicas jam me odio, quisquis es. **TR.** Non sinam

**GR.** Cave sis malo : quid tu, malum, nam me retrahis ?

**TR.** audi. [loquere quid vis.

**GR.** Non audio. **TR.** at pol quin audies. **GR.** quin post

**TR.** Echo, modo est operæ pretium, quod tibi ego narrare volo. 10

**GR.** Eloquere, quid id est. **TR.** vide num quispiam consequitur prope nos. [consiliis

**GR.** Ecquid est quod mea referat ? **TR.** scilicet ! sed boni

plieem hunc funem nauticum quem trahis. **GR.** Ne me retine. **TR.** Sed ego tibi opitulabor. Nam beneficium quo afficiuntur viri probi, non perditur. **GR.** Marc fuit hesterna die procellis infestissimum : adolescens, nulli sunt mihi pisces ; ne arbitriteris mihi esse. Non cernis me reportare retia madentia, sine ulla pecude squamata ? **TR.** Per ædem Pollucis non tam a te postulo pisces, quam egeo tuis verbis. **GR.** Mihi vitam adimis odio, quisquis es. **TR.** Ego non patiar te discedere hinc : consiste. **GR.** Cave, si libet, ab incommodo. Quare me reroeas, malum ? **TU.** Ausculta. **GR.** Non ausculto. **TR.** At per Poluem auscultabis. **GR.** Quin diec quid cupias. **TR.** Echo ! est res magni momenti quam tibi opto proponere. **GR.** Die quid sit illud. **TR.** Obserra un aliquis nos subsequatur. **GR.** Quid mea interest ? **TR.** Scilicet ! Sed quod bonum consilium mihi dabis ?

\*\*\*\*\*

1 Ven. 1518. rudentem quam trahis. Schneider, trahi'.—2 Schneider, ego adjuvabo : nam bonis bene quod fit ; Ven. 1518. quod bene fit bonis.—4 Nil habeo Cam. Lamb. neu tu S.—5 Nam ride C. me referre B. 1. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. proferre me Priscian. p. 327. ed. Krehl. rividum Prisciani codd. humidum dua edd. riduum Putsch. uidum retem B. 1. et Priscian. lib. vii. Mox, pro sine s. pecu, S. habet sicutque mosopte.—6 S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. piscis. Mox, quam deest in Ven. 1518. sermonis tui eadem editio. sum delect B. 1. S. Lips. Ven. 1.—7 Both. delect es. Mox, abire te, omisso hinc, Ven. 1518.—8 Schneider, me retractus.—9 S. Lips. Ven. 1. qui audies post. Gr. quin; Pll. et Ven. 1518. quon audies post. Gr. quin.—10 Echo deest in S. a m. pr. Eo S. a m. sec. Lips. et Ven. 1. modo, modo Schneider. pretium operæ q. t. e. rolo narrare idem.—11 Carpenter. riden ; Pll. S. Lips. ride nuspian ; Schneider. prope hic nun quispiam consequitur. Mox, nos deest in Ven. 1518.—12 Pro est, S. habet eu ; Lips.

#### NOTÆ

1 Rudentem] Nonius, ' Rndens, 5 Sine squamoso pecu] Sine pisci- fundis nauticus ;' utriusque generis. bus. Periphrasis. Lucretius, ' Squa-

Ecquid in te mihi est? Gr. quid negotii est? modo dic.

Tr. dicam.

Tace, si fidem modo das mihi te non fore infidum.

Gr. Do fidem tibi, fidus ero, quisquis es. Tr. audi : furtum ego vidi 15

Qui faciebat: neveram dominum, id cui siebat; post ad Furem egomet devenio, feroque ei conditionem hoc pacto: Ego istuc furtum scio cui factum est: nunc mihi si vis Dare dimidium, indicium domino non faciam: is mihi nihil Etiam respondit: quid inde æquum est dari mihi? dimidium 20

Volo ut dicas. Gr. immo hercle etiam amplius: nam nisi dat, domino dicundum

Censeo. Tr. tuo consilio faciam: nunc advorte animum; Namque hoc attinet omne ad te. Gr. quid est factum?

Tr. vidulum [quid est?

Iustum, cuius ille est, novi ego hominem jampridem. Gr.

Gr. Quid rei est? cedo. Tr. Eloquar; sile, si mihi spondes te fore fidum. Gr. Tibi spondeo; ero fidus, quisquis es. Tr. Auscultu; ego vidi hominem qui committebat furtum: dominus, in quem id committebatur, mihi erat notus. Postea ego accedo ad prædonem, et ei propono conditionem hoc modo: is, in quem commissum est hoc furtum, mihi notus est: nunc si libet mihi tribuere dimidiam partem, non indicabo furtum domino. Is nihil mihi adhuc reposuit. Quid par est mihi tribui? Opto ut dicas dimidium. Gr. Immo per Herculem adhuc amplius etiam: nam nisi tribuat, existimo esse aperiendum domino. Tr. Sic agam te suadente. Nunc animadverte: namque hac omnia spectunt ad te. Gr. Quid est octum? Tr. Homo ad quem pertinet ille vidulus, ille mihi est notus jumjudum.



ex. Schneider, *id referat*. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *bonis consiliis*.—13 Eo quid B. 1. S. Ven. 1. Eo quod Lips. Echo quid Ven. 1518. nihil est Carpenterar. modo dice Schneider.—14 Voc. modo deest in S. a m. pr. mihi mihi te idem.—15 Do fidem, fidus esco tibi Schneider. audin Ven. 1. Ven. 1518.—16 Qui faciebant Lips. noram Schneider. fiebat porro ad B. 1. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518.—18 Ego istuc hoc Lips.—21 Ven. 1. i modo hercle. Voc. hercle deest in Ven. 1518. etiam omittunt Ven. 1. Carpenterar. Cam. Lamb. nam si non dat S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. dicendum S. Lips.—22 Parei 3. hunc advorte; C. 2. num advorte; Schneider. nunc advortes.—23 Nam hoc omne attinet B. 1. S. Lips. omne attinet etiam C. C. 2. Ven. 1. et Ven. 1518. factum est B. 1. S. Lips. Pll. quid factunst Carpenterar.—24 Pronomen ille omittunt B. 1. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. cuius nest C. et C. 2.—25 S. Lips. Pll. perit. Mox, in-

#### NOTÆ

migerum peccades, id est, pisces. dem novi hominem cuius est iste vi-  
23 Vidulum Iustum] Id est, jampri- dulus.

TR. Et quo pacto periit. GR. at ego quo pacto inventu'st  
scio, 25

Et qui invenit, hominem novi: et dominus qui nunc est, scio.  
Nihilo pol pluris tua hoc, quam quanti illud refert mea.  
Ego illum novi, cuius nunc est; tu illum, cuius antehac fuit.  
Hunc homo feret a me nemo: ne tute spores potius. TR.  
non ferat,

Si dominus veniat? GR. dominus huic nemo, ne frustra  
sis, 30

Nisi ego, nemo natu'st, hunc qui cepi in venatu meo.

TR. Itane vero? GR. ecquem esse dices in mari piscem  
meum?

Quos cum capio, siquidem cepi, mei sunt; habeo pro meis:  
Nec manu asseruntur; neque illinc partem quisquam pos-  
tulat.

In foro palam omnes vendo pro meis venalibus. 35

Mare quidem commune certo 'st omnibus. TR. assentio:  
Qui minus hunc communem, quaeso, mihi esse oportet vi-  
dulum? [pudens!]

In mari inventu'st, commune est. GR. næ impudenter im-

GR. Quid est? TR. Et quo modo perditus est. GR. At ego novi quo pacto est  
repertus, et homo qui eum reperit mihi est notus, et quis sit nunc hujus dominus:  
per Pollucem hoc nihilo pluris tua, quam mea interest. Ego illum novi ad quem  
pertinet nunc; tu illum ad quem pertinebat ante: nullus homo hunc auferet a me.  
Ne spores te a me ablaturum potius quam alii. TR. Si dominus sese offerat, non  
auferat? GR. Nullus est dominus hujus viduli, nisi ego, ne erres; hunc compre-  
hendi revando. TR. Siccine autem? GR. Quem piscem contendes ad me perti-  
nere in mari? Pisces quos comprehendi ad me pertinent: duco eos esse meos: nec  
manu vindicantur; neque ullus est qui ex illis partem flagitet. Vendo universos  
publice in foro, quasi essent mei venales. Profecto mare est commune universis.  
TR. Fateor: sed quare, obsecro, hic vidulus non debet mihi esse communis tecum?  
Est repertus in mari, est rescommunis. GR. Profecto es gnaviter impudens!

\*\*\*\*\*

centumst Pll. S. Lips. Ven. I. inventumst Carpenterar.—27 Nihil S. Lips.  
quantii omittit Lamb. illut C. Parei 3.—28 Ego novi illum Ven. 1518.—  
29 Nunc homo Ven. 1518. ne tu Lamb. 1577. spores ocyus Guil.—30 C.  
ne frustra ses; C. 2. ne frustrasses; S. Lips. Ven. I. ne frustassis;  
Ven. 1518. ne frustra es; Cam. Lamb. ne frustra sies.—31 Nisi ego mutuo  
S. a m. pr.—33 Quos capio Ven. 1518.—35 Ven. I. rende.—36 Schneider.  
certumst omnibus esse. Mox, at sentio Pll.—38 In m. inventumst Ven. I. Ven.

#### NOTÆ

29 Potius] Redundat. Nisi ad- jicit, ‘ne tu spores potius te ablatus,  
quisvis alius: quia dixit, ‘hunc rum.’  
vidulum a me auferet nemo,’ sub-

Nam si istuc jus sit, quod memoras, piscatores perierint :  
 Quippe cum extemplo in macellum pisces prolati sient, 40  
 Nemo emat: suam quisque partem piscium poscat sibi :  
 Dicat, in mari communi captos. Tr. quid ais, impudens ?  
 Ausus etiam comparare vidulum cum piscibus ?  
 Eadem tandem res videtur ? Gr. in manu non est mea :  
 Ubi demisi retem atque hamum, quicquid hæsit, extraho.  
 Meum, quod rete atque hami nacti sunt, meum potissu-  
 mum 'st. 46

Tr. Immo hercle, haud est; siquidem quod vas excepisti.  
 Gr. Philosophè !

Tr. Sed tu en unquam piscatorem vidisti, venefice,  
 Vidulum piscem cepisse ? aut protulisse ullum in forum ?  
 Non enim tu hic quidem occupabis omnis quæstus, quos  
 voles. 50

Et vietorem et piscatorem te esse, impure, postulas :  
 Vel te mihi monstrare oportet, piscis qui sit vidulus,

*Nam si illud esset æquum quod dicis, piscatores essent perditæ. Nimur statim-  
 atque pisces proponuntur in macello, nemo mercetur: uniusquisque postularet suam  
 partem piscium: alleget deprehensos in mari communi. Tr. Quid dicas, impudens?  
 Non dubitus conferre vidulum cum piscibus? Putasne esse idem? Gr. Antequam  
 demersi rete et hamum, nihil est in mea potestate; quando demersi, educo quicquid  
 captum est: quod retia atque hami deprehenderunt, ad me pertinet præsertim.  
 Tr. Immo per Herculem non est ita. Nam cepisti quoddam vas. Gr. Philosophè!  
 Tr. Sed tu, venefice, vidistine unquam piscatorem cepisse vidulum piscem? aut  
 proposuisse venalem illum in forum? non enim tu hic quicquid collubricrit lucri ha-  
 bebis: et vis esse mercator riminis et pector, sceleste. Aut necesse est te mihi*



1518. communist Schneider.—39 Lips. *vis sit*; τὸ jus deest in Ven. 1518. per-  
 ierunt Ven. 1.—40 Quippe quam, vel quod, codd. Prisciani. prolati si essent  
 iidem codd.—41 Priscian. poscant.—42 Dicant Priscian. in mare commune B.  
 1. in mare etiam Priscian.—44 S. Lips. est non.—45 Ut dimisi Priscian. p.  
 328. Putsch. rete C. quicquid exit S. Lips. q. hæc sit codex Prisciani; qui-  
 quit æ sit C.—46 Meum omittit Ven. 1518. quot rete C. hami meum S. Lips.  
*humus* mei Ven. 1. Ven. 1518. natti S. nancti Pll. potissimum C. et C. 2.—  
 47 Pll. haut est. Ven. 1518. capisti. Ven. 1. philosophiae.—48 Sed tue nun-  
 quam Pll. Sed tu unquam S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. Sed tun' unquam Car-  
 pentar. Sed tun' inquam Lamb.—49 Ven. 1. pro Tulisse illum.—51 Et deest  
 in Ven. 1518. vitorem Pll. S. Ven. 1. victorem Lips. et S. pro var. lect. venato-

## NOTÆ

40 Cum extemplo] Extemplo quam, statim quam, et statim atque.

47 Philosophè] Id est, ratiocinator. Dictum ironice.

48 En unquam] Id est, umquamne.

51 Vietorem] 'Vietor' a 'vieu,' a quo 'vimen.' 'Vietor' igitur est vi-  
 minis mercator.

**Vel, quod in mari non natum est, neque habet squamas, ne feras.**

**GR. Quid tu, nunquam audivisti esse antehac vidulum pisces? TR. scelus!**

**Nullus est. GR. immo est profecto: ego, qui sum pescator, scio:** 55

**Vero rare capitum: nullus minus saepe ad terram venit.**

**TR. Nil agis: dare verba speras mihi te posse, furcifer.**

**Quo colore est? GR. hoc colore capiuntur pauxilluli.**

**Sunt alii puniceo corio, magni item atque atri. TR. scio.**

**Tu hercle, opinor, in vidulum te pisces convortes, nisi caves:** 60

**Fiet tibi puniceum corium, postea atrum denuo.**

**GR. Quod scelus hodie hoc inveni! TR. verba facimus: it dies.**

**Vide sis, quojus arbitratu nos facere vis? GR. viduli**

**Arbitratus. TR. ita enim vero? stultus es. GR. salve, Thales!**

*ostendere pisces qui sit vidulus, aut ne archas id, quod non est ortum in mari, neque habet squamas. GR. Quid tu, ignoraristi haecenius esse pisces nomine vidulum? TR. Scelestus, est nullus. GR. Immo est sane. Ego, qui sum pescator, novi: sed apprehenditur non saepe. Nullus venit minus frequenter ad terram. TR. Nihil assequeris! Putas, cruciarie, te posse mihi imponere. Quo colore est? GR. Deprehenduntur non ita multi hoc colore. Alii sunt corio puniceo magni etiam et nigri. TR. Te audio. Per Herculem tu mutaberis in vidulum pisces, arbitror, nisi careas tibi. Tua cutis ficit punicea, deinde nigra. GR. Quod crimen reperi hodie! TR. Sermocinatur! effluit dies: statue, si libet, cuius judicio libeat nos agere? GR. Judicio viduli. TR. Siccine vero? Es amens. GR. Sal-*

\*\*\*\*\*

*rem Ven. 1518.—54 Qui tu B. I. S. Lips. Ven. I. Ven. 1518. andisti Schneider.—56 Verum Schneider, raro Carpenter, at terram C.—57 Ven. 1518. verbam.—59 Sunt a. p. colore S. Lips. Ven. I. Ven. 1518.—magnitem C. atque deest in Ven. 1518.—60 Ven. 1518. te in vidulum. S. Lips. Ven. I. Ven. 1518. convertes.—62 Quot C. hoc deest in Lamb. 1595.—63 Ven. 1518. rem*

#### NOTÆ

**64 Salve, Thales]** Id est, salve sapiens. Crediderim hoc loco Thalem Milesium unum e sapientibus Græciæ positum potius quam ceteros, quia pescatores Milesii educto e mari tripode aureo consuluerunt oracula cui darent: respondit, ‘Sapi-entissimo totius Græciæ:’ itaque ad Thalem communis consensu de-

tulerunt. Huc alludit Gripus, quasi dicat: Tu forte expectas vidulum judicio arbitri, ut Thales habuit tri-podem judicio Apollinis. Si sapientem tantum significat hoc loco Thales; id dicit ut joco refutet convictionem Trachalionis, a quo stultus est appellatus.

TR. Tu istunc hodie non feres, nisi das sequestrum aut arbitrum,

65

Quojuſ haec res arbitratu fiat. GR. quæſo ſanus eſ?

TR. Helleborosus ſum. GR. ego cerritus; hunc non amittam tamen.

TR. Verbum adde etiam unum, jam in cerebro colaphos abſtrudam tuo. [ſolet,

Ego jam hic te, itidem quaſi penicillus novus exurgeri Ni hunc amittis, exurgebo quicquid humoris tibi 'ſt. 70

GR. Tange! affligam ad terram te itidem, ut pifcēm ſoleo polypum. [divide.

Viſ pugnare? TR. quid opuſt? quin tu potius prædam

GR. Hinc tu, niſi malum, fruisci nihil potes; ne poſtules.

*vus ſis, Thales!* TR. Tu non asportabis hodie hunc vidulum, niſi assignes apud quem deponamus, aut eligas arbitrum cuius judicio haec res agatur. GR. Esne compos mentis, obſcro? TR. Sum madidus helleboro. GR. Ego Cerere instinctus; tamen non patiar mihi eripi hunc vidulum. TR. Adjice vel unum verbum, ego jamjam abſcondam in tuo cerebro colaphos, niſi dimittis hunc ridulum: ego exſugam jam quicquid est humoris in te, quemadmodum novus penicillus ſolet exſugere. GR. Attinge me: te proſternum ſolo, ut ſoleo proſternere pifcēm polypum. Viſ decertare? TR. Quid necesse eſt? Quare tu non partires potius inventum? GR. Tu nequis quicquam inde adipisci, niſi infortunium; ne expectes. Ego abeo hinc.

nos. Schneider. et edd. vett. *ris facere*.—65 *Tu is nūc B. I. S. Lips. arbitratum* S. Lips.—67 S. Lips. B. I. Ven. 1. Ven. 1518. *at ego*. Ven. 1. Ven. 1518. *cerritus*. Ven. 1518. *mittam*.—68 C. *apſtrudam*.—69 S. Lips. Ven. 1. *te hic*. PII. B. I. S. Lips. Ven. 1. *exurgere*; Ven. 1518. *exngere*; Lamb. ſolet *exurgere*.—70 S. Lips. Ven. 1518. *exugebo*; et ſic Douz. *tibi ſit* B. I. S. Lips. —71 S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *te ad terram*; C. *at terram*.—72 S. Lips. *opus eſt*.—73 Ven. 1. *fruisti*; Carpenter. Cam. Lamb. *fruisci*. Mox, niſi *poſtulas* B. I. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. niſi *poſtules* C. 2. ne *poſtules* C.—

## NOTÆ

65 *Sequeſtrum*] Tertullianus: ‘Sa-tis idonens patientiæ ſequeſter De-us; ſi injuriā deponueris penes eum, ultor eſt; ſi dāmmum, reſtitu-tor eſt; ſi dolorem, mēdius eſt; ſi mortem, reſuſcitator eſt.’

67 *Helleborosus ſum*] Sum ſtultus. Helleboris enim levat iuſaniam.

*Cerritus*] Cerere irata instinctus. De hoc in Amphitruo et Menech-mis.

68 *Abſtrudam*] Id eſt, tam valide

feriam, ut ictus ad cerebrum uſque penetrent.

69 *Exurgeri*] Id eſt, urgeri. Quem-admodum exprimitur et urgetur, ſeu premitur manibus ſpongia, ut ſicce-tur.

71 *Polypum*] Polypus eſt pifcēs du-ruiſculus: ut mollior fiat, et coctu-facilior, ſaepius affligitur humo. *Un-polye*.

73 *Fruisci*] Frui.

Abeo ego hinc. Tr. at ego hinc offlectam navem, ne quo abeas: mane.

Gr. Si tu proreta isti navi es, ego gubernator ero. 75

Mitte rudentem, sceleste. Tr. mittam: omitte vidulum.

Gr. Nunquam, hercle, hinc hodie ramenta fies fortunatior.

Tr. Non probare pernegrando mihi potes, nisi pars datur,  
Aut ad arbitrum redditur, aut sequestro ponitur.

Gr. Quemne ego excepti in mari? Tr. at ego inspectavi  
e littore. 80

Gr. Mea opera, labore, et rete, et horia. Tr. num qui  
minus, [cul,

Si veniat nunc dominus, quojus est, ego qui inspectavi pro-  
Te hunc habere, fur sum, quam tu? Gr. nihilo. Tr.  
mane, mastigia! [sciam.

Quo arguento socius non sum, et fur sum? fac dum ex te

Gr. Nescio: neque ego istas vostras leges urbanas scio,  
Nisi quia, hunc meum esse, dico. Tr. et ego item esse  
aio meum. 86

Tr. Sed ego hinc deducam narem, ne quo proficisearis: mane. Gr. Si tu ad  
proram sedes istius naris, ego ero nararchus. Scelerate, ne tene rudentem. Tr.  
Dimittam: dimittit vidulum. Gr. Per Herculem non evades hinc hodie ditor ra-  
mento. Tr. Non potes mihi probare tuam causam, negando, nisi aut mihi tribua-  
tur pars, aut deferatur ad arbitrum, aut deponatur apud sequestrum. Gr. Depo-  
namne ego apud sequestrum vidulum, quem cepi in mari? Tr. Sed ego pro-  
spexi e littore. Gr. Meis viribus, meo labore, meo rete, et mea navi. Tr. An  
ego haberer aliquo pacto minus fur quam tu, si dominus, cuius est vidulus, veniret  
nunc, quia vidi procul te auferre hanc prædam? Gr. Nihilo minus. Tr. Con-  
siste, mastigia! quo indicio non sum sodalis, et sum fur? Fac dum intelligam  
ex te. Gr. Nescio: ego ignoro vestras illas leges urbanas, nisi quia contendo hunc  
vidulum esse meum. Tr. Et ego contendo etiam esse meum. Gr. Mane jam:

\*\*\*\*\*

74 Habeo Pll. et a m. sec. Habeas.—75 Schneider. ei ero; Erasm. κυβερνή-  
της ero.—77 S. Lips. hic hodie.—79 S. Lips. arbitrium. Ven. I. redditura aut;  
S. Lips. redditura in.—80 Schneider. ast ego. Ven. 1518. quem inspectari.—  
81 Priscian. vii. p. 327. omittiit τὸ labore. Ven. 1518. num quid.—82 C. do-  
mini.—83 Ven. I. furtum. Pro mane, Carpenter. habet minus.—85 S. Lips.  
Ven. I. vestras. Sic Bentl. ad Terent. Andr. iv. I. 39.—86 Schneider. iti-

#### NOTÆ

74 *Offlectam*] In contrarium partem fleetam.

75 *Proreta*] Id est, qui sedet ad proram.

Gubernator] Gubernator opponitur proretæ; hic ad proram, ille ad pup-

pim sedet.

77 *Ramenta*] Ramentum, ramenta, scobs, rasura, rasamen, serrago: hoc a 'seira.'

79 *Redditur*] Impersonale, id est, redditus fit.

- GR.** Manc jam : reperi rem, quo pacto nec fur, nec socius  
sies. [tuam viam :  
**TR.** Quo pacto ? **GR.** sine me hinc abire : tu abi tacitus  
Nec tu me quoiquam indicassis, neque ego tibi quicquam  
dabo.
- Tu taceto ; ego mussitabo : hoc optumum atque æquissu-  
mum est. 90
- TR.** Ecquid conditionis audes ferre ? **GR.** jamdudum fero :  
Ut abeas, rudentem amittas, mihi molestus ne sies.
- TR.** Mane, dum refero conditionem. **GR.** te obsecro,  
hercle, aufer te modo.
- TR.** Ecquem in his locis novisti ? **GR.** oportet vicinos  
meos.
- TR.** Ubi tu hic habitas ? **GR.** porro illic longe usque in  
campis ultimis. 95
- TR.** Vin' qui in hac villa habitat, ejus arbitratu fieri ?
- GR.** Paulisper remitte restem, dum concedo, et consulo.
- TR.** Fiat. **GR.** euge ! salva res est : præda hæc perpetua  
est mea. [meas.
- Ad meum herum arbitrum vocat me hic intra præsepis

*inveni rationem qua nec sis fur, nec socius furis.* **TR.** Quam ? **GR.** Per te liceat  
mihi demigrare hinc : tu prosequere tacitus tuum iter : neque tu me indicaveris  
cuiquam, neque ego tibi dabo quicquam. *Sile tu ; ego silebo :* hoc est rectissimum,  
atque justissimum. **TR.** Nonne offeres aliquam conditionem ? **GR.** Jampridem  
offerò ; ut absistas, laxes rudentem, ne sis mihi importunus. **TR.** Mane, dum  
offerò conditionem. **GR.** Per Herculem te obsecro, absiste modo. **TR.** Quem no-  
visti in his locis ? **GR.** Oportet me noscere meos vicinos. **TR.** Ubi habitas tu ?  
**GR.** Illic procul usque in campis remotis longissime. **TR.** Visne nostram contro-  
versiam disceptari arbitrio illius qui manet in hac villa ? **GR.** Remitte paululum  
fusum, donec eo rado et deliberem. **TR.** Esto ! **GR.** Euge ! res incolumis : hæc  
præda est mea universa. *Me vocat ad meum herum arbitrum intra præsepes meas.*



dem.—87 Ven. 1. *reperirem*.—88 S. a m. pr. omittit *hinc*.—90 S. Lips. Pl. II.  
Ven. 1. Ven. 1518. *mussitabo*.—91 *Eho quid* S. Lips. Ven. 1. *Eo quid* Ven.  
1518.—93 Ven. 1518. omittit *hercle*. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *aufer mo-  
do*, omisso pronomine *te*.—94 *Carpentar. ob meos*.—96 Lamb. *rem ejus arbi-  
tratu fieri* ; Ven. 1518. *fiat hoc* ; Cam. *tu fieri*.—97 *Pro restem*, S. et Lips.  
habent *rudentem*.—98 B. 1. *est perpetua mea*.—99 S. Lips. *præsepiis meis* ;

## NOTÆ

99 *Præsepis*] Pro *præsepes*. Noni- tur, sed et omnia loca clausa et tuta  
us : ‘Non solum ubi pecora pabulan- *præsebia dicta*’

Nunquam, hercle, hodie abjudicabit ab suo triobolum. 100  
 Næ iste haud scit, quam conditionem tetulerit: ibo ad arbitrum.  
[scio,

TR. Quid igitur? GR. quanquam istuc esse jus meum certo  
 Fiat istuc potius, quam nunc pugnem tecum. TR. nunc  
 places.

GR. Quanquam ad ignotum arbitrum me appellis, si ad-  
 hibebit fidem,  
104

Etsi est ignotus, notus: si non, notus, ignotissimus est.

*Per Herculem herus non eripiet hodie suo judicio ab suo servo tres obolos. Hic nescit quam conditionem sibi imposuerit. Pergam ad arbitrum. TR. Quid igitur?*  
 GR. Quanquam non ignoro id ad me pertinere, id fiat potius, quam decertem nunc tecum. TR. Nunc mihi probaris. GR. Quanquam me ducis ad arbitrum ignotum, si mihi crediderit, tametsi est ignotus, tamen erit notus: si non crediderit, est ignotissimus, tametsi notus.

---

Ven. 1. *præsepis meis*; Nonius VIII. 160. *præsepias meas*.—100 Lips. *triobulum*.—101 S. Lips. Lamb. 1595. *retulerit*; Ven. 1518. *tulerit*; Schneider. *tetulit*.—102 S. a m. sec. *esse vis*. S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *certe*.—104 C. *mea pillis*; C. 2. *meu pellis*.—105 *Etsi ignotust, notust* Schneider. *notus est Cam. Alterum notus deest in Ven. 1. ignotissumust* Schneider.

#### NOTÆ

100 *Abjudicabit*] Eo judge causa non cadam.

---

### ACTUS QUARTI SCENA QUARTA.

DÆMONES, PALÆSTRA, AMPELISCA, GRIPUS,  
 TRACHALIO.

DÆ. SERIO, edepol, quanquam volo vobis quæ voltis,  
 mulieres,

Metuo, propter vos, ne uxor mea me extrudat ædibus:  
 Quæ me pellices adduxisse dicet ante oculos suos.

DÆ. *Quanvis robis revera exopto, quæ exoptatis ipsæ, mulieres, tamen, per ædem Pollucis, pertimesco ne mea uxor me ejiciat ex ædibus, propter vos: hec exprobrubit me adduxisse in suum conspectum meretrices. Vos confugite potius in*

---

1. *Cnipo adepol* B. 1. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *Grippus, cupio* S. *volo* omit-  
 tunt S. Lips. C. C. 2. B. 1. Ven. 1. Ven. 1518. *cupio, pro volo*, Cam. Lamb.—  
 2 Schneider. *med extrudat*. Mox, *pedibus, pro ædibus*, Cam. Lamb.—

Vos confugite in aram potius, quam ego. Mu. miseræ perimus.

4

Dæ. Ego vos salvas sistam : ne timete : sed quid vos foras Prosequimini ? quoniam ego assum, faciet nemo injuriam.

Ite, inquam, domum ambo nunc jam ex præsidio præsides.

Gr. O here, salve ! Dæ. salve, Gripe : quid fit ? Tr. tuusne hic servos est ?

Gr. Haud pudet. Tr. nihil ago tecum. Gr. ergo abi hinc sis. Tr. quæso responde, senex.

Tuus hic servos est ? Dæ. meus est. Tr. hem ! istuc optume, quando tuus est.

10

Iterum te saluto. Dæ. et ego te : tune es, qui haud multo prius [quid nunc vis tibi ?]

Abiisti hinc herum arcessitum ? Tr. ego is sum. Dæ.

Tr. Nempe hic tuus est ? Dæ. meus est. Tr. istuc optume, quando tuu'st.

aram, quam ego. Mu. Sumus perditaæ infelices. Dæ. Ego vos præstabo incolunes ; ne metuite. Sed quid me persecuimini foras ? Dum ego adsum, nullus uictiet injuria. Pergite, inquam, in ades ambo præsidiarii e præsidio. Gr. Salvus sis, o here. Dæ. Sis salvus, Gripe. Quid geritur ? Tr. Estne hic tuus servus ? Gr. Non pudet. Tr. Est nihil niki rei tecum. Gr. Igitur migra hinc, si libet. Tr. Senex, responde, obsecro ; hic estne tuus servus ? Dæ. Est meus. Tr. Hem ! res bene est, quandoquidem est tuus servus. Dico iterum salutem. Dæ. Et ego tibi. Esne tu qui non multo antea ivisti hinc ad vocandum herum ? Tr. Sum ego ipse. Dæ. Quid vis dicere nunc ? Tr. Nimurum hic est tuus servus ? Dæ. Est

\*\*\*\*\*

3 Edd. vett. et Schneider. adduxer. Carpenter. dicent.—4 Ven. 1. misere perimus ; Ven. 1518. perimus misere ; S. et Lips. etiam perimus.—5 Diss. sed quia vos foras.—6 C. 2. quō ego ; S. qn̄ ego.—7 Ven. 1. Ven. 1518. amabo nunc. Ven. 1518. præsidis.—8 O præsalre B. 1. S. Lips. O præses Ven. 1518. grippe S. Lips. Ven. 1. servus est S. Lips. Ven. 1.—9 Haec verba, Haud pudet. Tr. n. c. t. Gr. e. a. h. sis. Tr. q. r. s. Tuus h. s. est, desunt in S. a. m. pr.—10 Schneider. servost ; S. Lips. Ven. 1. servus est. Mox, tuust Schneider.—11 S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. saluto te.—12 Abisti S. Lips. Ven. 1. Ven.

### NOTÆ

4 *Vos confugite in aram*] Id est, malo vos cogi confugere ad aram, ut a vobis vim lenonis deprecemini, quoniam me adversus impetum uxoris.

7 *Præsides*] A præsidio in quo fuerant collocati, dicuntur *præsides* locarii : quasi dicas, ‘præsidiarii milites.’ Nam cum clavis hinc inde ab utroque latere lenonis fuerant constituti, ut si leno vim pararet adversus

Palæstram et Ampeliscam, statim comminuerent caput. Amoto igitur lenone, et in judicium rapto per Pleunidippum, amoventur custodes duo virginum.

9 *Haud pudet*] Trachalioni Dæmonetem interroganti, numquid Gripus ejus esset servus, respondet ipse Gripus, *Haud pudet* ; id est, non est quod pudeat herum me fateri, et ag-

- DÆ. Quid negoti'st? TR. vir scelestus illic est. DÆ.  
quid fecit tibi  
Vir scelestus? TR. homini ego isti talos suffringi volo. 15  
DÆ. Quid est? qua de re litigatis nunc inter vos? TR.  
eloquar.  
GR. Immo ego cloquar. TR. ego, opinor, rem facesso.  
GR. siquidem [ac tace.  
Sis pudicus, hinc facessas. DÆ. Gripe, animum advorte,  
GR. Utin' istic prius dicat? DÆ. audi, loquere tu. GR.  
alienon' prius  
Quam tuo dabis orationem? TR. ut nequitur comprimi!  
Ita ut cecepi dicere; illum quem dudum 21  
Lenonem extrusisti, hic ejus vidulum, eccillum.  
GR. Non habeo. TR. negas, quod oculis video? GR. at  
ne videas, velim.  
Habeo, non habeo, quid tu me curas, quid rerum geram?  
TR. Quomodo habeas, illud refert; jurene an injuria. 25

*meus.* TR. *Bene est, quandoquidem est tuus.* DÆ. *Quid rei est?* TR. *Hic est vir scelestus.* DÆ. *Quid tibi fecit vir scelestus?* TR. *Ego volo elidi talos isti homini.* DÆ. *Quid est? de qua re decertatus nunc inter vos?* TR. *Edicam.* GR. *Immo ego edicam.* TR. *Ego sum, arbitror, qui accuso reum.* GR. *Profecto si es probus, fuge hinc.* DÆ. *Gripe, ausculta, et sile.* GR. *An ut hic loquatur prior?* DÆ. *Ausculta, dic tu.* GR. *Dabisne locum dicendi alieno, priusquam tuo?* TR. *Quam difficile potest coereri!* Ecce odest vidulus illius lenonis quem ejecisti jam-  
pridem, sicut exorsus eram dicere. GR. *Non habeo.* TR. *Negas id quod cerno oculis?* GR. *Sed utinam non videas.* Sive habeam, sive non habeam, quid curas tu, quid negotii agam? TR. *Refert curare, si quod habes, habeas jure an injuria.*

- 1518.—13 S. Lips. *tuus est.*—11 S. Lips. *negociist.*—15 Ven. 1518. omittit  
*ego.* Carpenter. *istos talos.* S. Lips. *substringi;* Ven. 1. Both. *subfringi.*—  
16 S. Lips. B. 1. Ven. 1. Ven. 1518. *nunc litigatis.* C. 2. *litigatis nunc nunc.*—17  
C. *egopinor.* Douz. *qui reum facesso.*—18 Si *pudicus* C. *hinc discendas* B. 1. S.  
Lips. et nonnulli codd. Lambini.—19 *Ut istic* S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518.  
*alicon prius Carpenter.*—20 Schneider. *et, ut.* S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518.  
*nequier comprimiritur;* C. 2. *nequier;* C. *compremi.*—21 Lamb. *dudum e fano Veneris Lenonem, &c.* ‘In codd. Pil. lacuna est, quæ sic a m. sec. suppletur,  
quomodo expressit Lambinus: *illum quem tu e fano Venerio Dudum lenonem,*  
&c.’ Schneider.—22 Carpenter. *extrudisti.* B. 1. S. Lips. *vidulum illum.*  
Schneider. *vid. ecc. habet.*—24 Ven. 1. *quod tu.*—25 C. *it refert;* C. 2. S. Lips.  
Ven. 1. *id refert;* Ven. 1518. *nihil id refert.* S. Lips. Ven. 1. Ven. 1518. *jure*

## NOTÆ

- noscere suum servum.* pudorem et verecundiam. Non hic  
17 *Rem facesso]* Litem moveo. Ac de pudicitia.  
cusrator priore loco dicere debet. *Hinc facessas]* Id est, recede hinc.  
18 *Sis pudicus]* Si non depositisti Ludit in verbo ‘facesso.’

GR. Ni istum cepi, nulla causa est, quin me condones cruci:  
Si in mari reti apprehendi, qui tuum potius est, quam meum?

TR. Verba dat: hoc modo res gesta est, ut ego dico. GR.  
quid tu ais? [est.

TR. Quoad primarius vir dicat; comprime hunc sis, si tuus

GR. Quid? tu idem mihi vis fieri, quod herus consuevit  
tibi? [30]

Si ille te comprimere solitus, hic noster nos non solet.

DÆ. Verbo illo modo ille vicit: quid nunc tu vis? dic  
mihi. [vidulo,

TR. Evidem neque ego partem posco mihi istinc de istoc  
Neque meum hodie esse unquam dixi: sed istic inest cis-  
tellula

Hujus mulieris, quam dudum dixi fuisse liberam. [35]

DÆ. Nempe tu hanc dicis, quam esse aiebas dudum po-  
pularem meam?

TR. Admodum: et ea, quæ olim parva gestavit, crepundia  
Istic in ista cistula insunt, quæ istic inest in vidulo.


Hoc neque isti usus est, et illi miseræ suppetias feret,

GR. Nisi piscatus sum istum vidulum, nihil est quominus me devoreas cruci: si  
cepi in mari vidulum retibus, quare est potius tuus quam meus? TR. Fallit: id  
est actum sicut ego loquor. GR. Quid dicis tu? TR. Si hic ad te pertinet,  
comprime eum, si libet, judex jubeat. GR. Quid? tu cupis agi tecum sicut  
herus consuerit agere tecum? Si ille consuerit te comprimere, hic noster non  
solet nos comprimere. DÆ. Ille te superavit jam illo dicto. Quid cupis tu  
nunc? Cedo mihi. TR. Profecto neque ego postulo fieri particeps istius vi-  
dulii, neque unquam dixi cum ad me pertinere: at est in hoc vidulo cistella hujus  
mulieris, quam mouui jampridem esse liberam. DÆ. Nimirum loqueris de hac  
quam affirmabas jampridem esse meam civem? TR. Maxime: et illa crepundia  
quæ attulit quondam, quando erat infans, sunt in illa cistula, quæ est in vidulo.  
Hic non habet opus his; et si restituat, erit adjumento illi infelici ad querendos


an injuria.—27 Si in mare S. Lips. rete S. Lips. Both. retia prehendi C. et C.  
2. deprehendi Lamb. 1577.—29 Quod S. Lips. Pll. B. 1. Ven. 1. Ven. 1518.  
nunc scis S. Lips. num sis Ven. 1. tuus Schneider.—30 Ven. 1518. mihi idem.  
—33 Pll. ego neque. Mox, de isto Schneider.—31 Lips. hodie ipse unquam.  
Mox, istinc est S. Lips. isti inest C. et C. 2. cistula Ven. 1518.—35 Ven.  
1518. dudum fuisse quam dixi.—36 Pll. esse alebas.—37 S. Lips. gestabat.—  
38 Pronomen ista deest in Ven. 1518.—39 Pro feret, Lamb. habet ferret.—


#### NOTÆ

29 Primarius] ‘Primarius vir’ dici- enim dixisset coram Dæmonete? sed  
tur Trachalio a Trachalione, non au- dicendi ordine, utpote accusator.  
toritate, aut dignitate ; qua fronte









**UNIVERSITY OF CALIFORNIA LIBRARY**

**Los Angeles**

**This book is DUE on the last date stamped below.**

**RECD LD-BR**

**A NOV 7 1988  
SEP 06 1993**

**NOV 19 1993**

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



**AA** 000 404 902 9



3 1158 01294 106

SANTA BARBARA  
UNIVERSITY OF CALIFORNIA  
LIBRARY

